Ibid. Οὐδὲν κωλύσει ἀφ' Ἡρακλέους γενεᾷ Νικόστρατον τ' Ἰσιοδότου γενάδαν ὄντα] Hic locus prima facie videtur sanus & integer, at postquam exactius praecedentia & sequentia examinavi, mihi videtur deesse una literula, ut bene quadret ad sensum auctoris, qui talis est: *si pulchritudo & vires concurrant in athleta, non erit spernendum tale consortium, sed deformitas in athleta, modo robur invictum & experientia adsint, non impediet, quominus praemia reportet, & insignis existimetur athleta.* Igitur in toto eo sermonis tractu, nullus est locus mentioni de nobilitate. Ideo τὸ ἀφ' Ἡρακλέους γενέσθαι non videtur consonare toti ratiocinationi, & aberrat ab auctoris scopo. Ideo non suspicor, sed firmissime credo, Lucianum scripsisse οὐδὲν κωλύσει ἢ ἀφ' Ἡρακλέους γενεᾷ, quod quidam non intelligentes & putantes debere intelligi Nicostratum e prolapia Herculis & octavum ab Hercule fuisse, quod est trinepotis filium, & videntes id impossibile esse ex ratione temporis, literam numeralem ἢ sustulerunt. At ὀγδόου ἀφ' Ἡρακλέους non de stirpe intelligendum, quasi fuerit ille Nicostratus Heraclides, sed de ordine eorum, qui luctae & pancratii palmam simul eadem reportaverant die, quorum primus numeratur *Hercules*, secundus *Caprus Elejus*, de quo jam supra ad Pausaniam in Heliacis p. 170. diximus, tertius *Aristomenes Rhodius*, quartus *Protophanes Magnesius*, quintus *Straton Alexandrinus*, sextus *Marioon Alexandrinus*, septimus *Aristeas Stratonicensis*, octavus *Nicostratus Cilix Aegaeates*, de quo hic loquitur Lucianus, qui luctam & pancratium vicit Olympiade 204. quem etiam memorat Pausanias Heliac. 1. Et ex hoc loco & Pausania corrigendus est Olympionicarum catalogus a *Josepho Scaligero* publicatus, ubi *Stratis* vocatur, male. Error natus ex eo, quod forte literis fugientibus legebatur παγκράτιον ὁ πάλῳ νικᾷς, unde divinavit exscriptor νίκαν φράτις. Cum ergo Nicostratus ille victor renuntiatus fuerit Olymp. 204. a Troja vero capta ad primam Olympiadem numerentur anni quadringenti octo circiter, Hercules vero vixerit ante Trojam captam una generatione ad minus, manifestum est Nicostratum illum non posse numerari octavum ab Hercule secundum generationem, nam numerando triginta annos in unaquaque generatione, ut volunt Chronologi, vix sufficerent quadraginta generationes. Itaque vero verius est debere legi, ἢ ἀφ' Ἡρακλέους, & intelligi non de stirpe, sed de victoriis Olympiacis luctae, & Pancratii. *J.P.a G.*

Οὐδὲν κωλ. ἀφ' Ἡρ.] Si cui non satisfaciat *Palmeriana* conjectura, (mihi quidem satis tanto minus facit quod video Verae Hist. lib. 2. c. 22. similiter dixisse no-

doti, generosus vir & utroque colluctatorum suorum fortior, licet adspectu esset foedissimus; Alcaeus autem Milesius, pulcher ille, cum ipso certaret, amasius idem, ut ajunt, Nicostrati. Historia igitur, si quidem jucunditatem corollarii cujusdam instar adjiciat *utilitati*, multos amatores alliciat. Verum quamdiu vel solam illam suam perfectionem habuerit, declarationem veritatis dico, pulchritudinem parum curabit.

10. *Illud* adhuc dicere e re fuerit, neque jucundum in historia esse, quod sit

ὁότυ, ᵉ γενάδαν ὄντα, καὶ τ' ἀνταγωνιστῶν ἑκατέρων ἀλκιμώτερον, εἰ αὐτὸς μὴν αἴσχιστος ὀφθῆναι εἴη τ' ὄψιν· Ἀλκαῖος δὲ ὁ καλὸς ὁ Μιλήσιος, ἀνταγωνίζοιτο αὐτῷ, καὶ ἐρώμενος, ὥς φασι, τοῦ Νικοστράτου ὤν. καὶ τοίνυν ἡ ἱστορία, εἰ μὴν ἄλλως τὸ τερπνὸν παρεμπορεύσαιτο, πολλοὺς ἂν τοὺς ἐραστὰς ὑποσπάσαιτο· ἄχρι δ' ἂν καὶ μόνον ἔχῃ τὸ ἴδιον ἐντελές, λέγω δὲ τ' τ' ἀληθείας δήλωσιν, ὀλίγον τοῦ κάλλους φροντιεῖ.

10. Ἔτι καὶκεῖνο εἰπεῖν ἄξιον, ὅτι οὐδὲ τερπνὸν ἐν αὐτῇ τὸ κωμῳδεῖν μυθῴδες, καὶ τὸ τ' ἐπαί-

ᵉ Γενάδαν] Γενάδου W. sed additum ν. ᶠ Ἐραστὰς] Sic marg. *Alii* V. A. G. P. Ἐργάτας Edd. & M.

nostrum, Κἄρ' ὁ ἀφ' Ἡρακλέους) ille cogitet, an non huc referendus sit ille Nicostratus, de quo *Diod. Sic.* XVI, 44. p. 533. Steph. Ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ οὗτος ἀγαθὸς καὶ πράξει βουλεύσασθαι, μεμιγμένην ἔχων τῇ φρονήσει μανίαν. Τῇ γὰρ τοῦ σώματος ῥώμῃ ἀλόφιτον ἐμιμεῖτο τ' Ἡρακλέα κατὰ τὰς στρατείας, καὶ λέοντ' ἐφόρει, καὶ ῥόπαλον ἐν ταῖς μάχαις. *J. M. G.*

19. Ἀφ' Ἡρακλέους] Docta est sane & acuta *Palmerii* conjectura; sed nihil tamen mutandum. Neque enim ad rem quicquam facit, quotus ordine Nicostratus ab Hercule fuerit. De hoc Nicostrato v. *Plut.* 494. f. 949. C. (Alius is est ab eo, cujus meminit *Xenophon* Ed. St. p. 276. 29.) Nostrum *Iv. Β.* c. 22. & *Quintil.* II. 8. circa finem, ex quo & aetatem ejus discas [Cilix erat. Ol. CCIV. vicit Afr. *ἀναγρ.* & *Paus.* Eliac. I.] *Loyd.* *M. du S.*

22. Ἀλκαῖος] De hoc tacent. *M. du S.*

25. Καὶ τοίνυν ἡ ἱστορία, εἰ μὴ ἄλλως τὸ τερπνὸν παρεμπορεύσαιτο, πολλοὺς ἂν τοὺς ἐργάτας ὑποσπάσαιτο] Interpres Salmuriensis: *Proinde historia si jucundum auctarii vice haberet, multos, a quibus scriberetur, alliceret.* Inepta ratio. Non plures invitarentur ad scribendas historias, de historicorum enim multitudine conqueritur, sed ad legendas. Historiae enim illae, quae posthabito vero soli studebant jucundo, ludibrio & taedio gravibus viris erant, & a nemine legebantur, nisi mulierculis & adolescentibus, ut hac tempestate, Romanensium, ut vocant, fabularum scriptores. Verum hujus loci scripturam nobis servavit codex Anglicanus, apud *Bourdelotium*, & excerpta nostra, in quibus ἐραστὰς legitur, quod pro ἐργάτας reponendum. Et sic legisse videtur *Micyllus*, ut ex versione patet: *Quare historia siquidem obiter & velut auctarium jucunditatem additam habeat, complures amatores ad se allicit.* Paucis verbis interpositis, male scribitur & intelligitur hic locus: ἔτι καὶκεῖνο αὐτῷ ἄξιον, ὅτι οὐδὲ τερπνὸν ἐν αὐτῇ τὸ κωμῳδεῖν μυθῴδες, καὶ τὸ τ' ἐπαίνων μάλιστα προσαιτεῖς, παρ' ἑκάστοις τοῖς ἀκούουσιν ἦν, μὴ τ' συρφετὸν ἐ τ' πολὺν δῆμον ἐπαινοῦσαι, ἀλλὰ τὰς διανοίας, καὶ μὴ Διὰ συκοφαντικῶς προσίοι γε ἀκροασομένους. Vertunt: *Hoc quoque dici meretur, rem valde fabulosam, quodque in laudem maximopere inclinat, utrinque audientibus non esse jucundam, dum non de faece hominum & promiscua plebe hoc intelligamus, sed de iis, qui judicantium, ac per Jovem, sycophantarum more auscultant.* μὴ ponitur quidem nonnunquam pro *nisi*, sed in hac notione non memini infinitivum sequi. παρ' ἑκάστοις ἀκούουσις, interpretantur, *utrinque audientes*, quod quid sit non intelligo. Mss. recte: παρ' ἑκάστοις ἀκούουσιν, ἢν μὴ τ' συρφετὸν ἐ τ' πολὺν δῆμον ἐπαινεῖ. *in utroque*, vel *in utrovis eorum*, (fabulis sc. nimiis, & operolis laudibus) *audientibus*, *non esse jucundum, si non faecem plebis & vulgus cogitet, sed eos*, τὸ τ' ἐπαίνων μάλιστα προσαιτεῖς, sunt *laudes nimiae, quae offendunt audientis animum.* sic προσαίτης λέγειν apud *Diod. Sic.* ea dicere quae ingrata sunt, & indignationem movent. *J. G. G.*

26. Ἐργάτας] Angl. ἐραστὰς. *J. B.*

Ἐραστὰς] Recepimus in textum, P. etiam consentiente. Vulgata enim nihili prorsus est. Exstat tamen in M. *M. du S.*

30. Ὅτι οὐδὲ — ἦν] Ὅτι οὐδὲ τερπνὸν ἐν αὐτῇ τὸ κωμῳδεῖν μυθῴδες, καὶ τὸ τ' ἐπαίνων μάλιστα προσαιτεῖς, παρ' ἑκάστοις τοῖς ἀκούουσιν ἦν. Indignis modis confundunt violantque hanc periodum & omnem ejus intelligendae viam, inque ea sententiam Luciani interpretes Latini, quorum Benedictus ita, *rem valde fabulosam, quodque in laudem maximopere inclinat, utrinque audientibus non esse jucundum.* Quod quum per se ἀτιχνῶς sit chimaericum, imo falsum (& cur in interpretatione omittit ἐν αὐτῇ?) tum si roges, cur Lucianus dicat ἦν, non ἐστὶ, profecto nullam possit dare causam. Tantundem respondebit, si roges, quid sit *utrinque audire?* Deinde pergit, *dum non de face hominum & promiscua plebe hoc intelligamus, sed de iis* &c. Quid quaeso intelligemus de iis, utrum laudatis

ἐπαίνων μάλιστα [a] πρόσαντες παρ' ἑκάτερον τοῖς [b] ἀκούουσιν· ἢν μὲν τὸ συρφετὸν καὶ τὸν πολὺν δῆμον [c] ὑποπτήσας, ἀλλὰ τοὺς δικαστικῶς, καὶ, νὴ Δία, συκοφαντικῶς προσέτι γε [d] ἀκροασομένους, οὓς οὐκ ἂν τι λάθοι [e] παραδραμόν, ὀξύτερον μὲν τοῦ Ἄργου ὁρῶντας, καὶ πανταχόθεν τοῦ σώματος, δεγυραμοιβικῶς δὲ τὴν λεγομένην ἑκάστην ἐξετάζοντας, ὡς τὰ μὲν παρεκκεκομμένα εὐθὺς ἀποῤῥίπτειν, παραδέχεσθαι δὲ τὰ δόκιμα, καὶ ἔννομα, καὶ ἀκριβῆ τὸν τύπον· πρὸς οὓς ἀποβλέποντα χρὴ [f] καὶ συγγράφειν, τὰ δ' ἄλλων ὀλίγον [g] φροντίζειν, κἂν διαῤῥαγῶσιν ἐπαινοῦντες. ἢν δ' ἀμελήσας ἐκείνων, ἡδυνῇς πέρα τοῦ μετρίου τὴν ἱστορίαν μύθοις, καὶ ἐπαίνοις, καὶ τῇ ἄλλῃ θεσπείᾳ, τάχιστ' ἂν

plane fabulosum; & laudare rem maxime adversam in utramque partem esse audientibus, si non faecem populi, & plebem cogites, sed hos, qui judicum more, quin calumniatorum insuper, audituri sunt; quos nihil fugiat, acutius videntes Argo, & ex omni parte corporis; tum trapezitica ratione singula quae dicuntur explorantes, ut adulterina abjiciant protinus, proba autem, & legitima, & accurate expressa, recipiant: ad quos videlicet inter scribendum oportet respicere, parum autem curare alios, si vel rumpantur laudando. Sin his neglectis, condias ultra modum historiam fabulis & laudibus, & lenocinio reliquo, facillime eam

a Πρόσαντες] Sic M. cum Edd. omnibus. An πρόσαυλος? Ἐπάυχος Pell. b Ἀκούουσιν ἂν] Sic J. & P. G. Ἀκούουσιν ἦν. Edd. & M. c Ὑποπτήσας] Ὑποστὰς Mss. Gr. Ὑποσῶσας Edd. & M. Ὑποπτήσας marg. AIW. d Ἀκροασομένους] Sic Edd. omnes. Ἀκροασομένους W. e Παραδραμὸν] Παρὰ δρόμον W. f Καὶ] Abest a W. g Φροντίζων] Sic W. & Edd. omnes, excepta S. & A. quae male φροντίζει.

datis an laudantibus? Ad has tamen absurditates praevivit *Micyllus*, cujus haec sunt; *quod neque jucundum adeo in historia, quod valde fabulosum est, & ad laudem maxime inclinat, utrobique auditoribus esse solet, dum non de face hominum ac multa promiscuaque plebe, hoc intelligamus* &c. illaudabili versione. Interpretor: *non esse in historia jucundum id quod est oppido fabulosum: Etiam laudationes nimium proclives, audientibus accidunt in utramque* (1. ut non sint semper jucundae, sed queant esse jucundae, queant esse contrariae & ingratae ob varias causas ac vel dextre vel sinistre accipi, ut maxime proprietatem phraseos attingamus, quae occurrit Ver. Hist. I. c. 40. *οἱ δὲ παρ' ἑκάτερα ἐκ πάνυ καθήμενοι.*) *Non intellige facem confusam & promiscuam plebem*, sed &c. quibus verbis describit, quos *ἀκούοντας* innuat: quasi dicat, non si eo usque ascendant istae laudationes, ut etiam infimi videant te in laudando excedere modum, sed si tantum sic agas, ut acutissimi id percipiant, vel ut ipse exponit supra c. XI. *ὅταν κατὰ τύχην αὐτὸ δρῶσιν οἱ ἰσχνοκωλίζοντες τὴν θωπείαν, ἀλλ' ἱστορία πάντα ἐκ ἀκάθαρτα καὶ γυμνὰ δικάσουσιν.* J. G.

32. Πρόσαντες] Videtur nihil opus esse huic loco, nisi ut revocetur, quod jam factum, simpliciter Aldina lectio, sublato solum inciso, quod ibi etiam ponitur inter πρόσαντες & παρ' ἑκάτερα. Nimirum hoc παρ' ἑκάτερα, in quo tanto opere laboratur ad πρόσαντες refertur commodissime. *Utrinque praeruptum est & audientibus* adversum atque molestum, non minus quam asperum & praeruptum iter viatoribus, laudare alios; difficile ergo scribenti, & in utramque partem difficile, cum vel nimis videaris prodigus, vel parcus nimis. Ut hic metaphorice Lucianus, sic proprie Caesar B. Civ. I, 45. *Praeruptus locus erat, utrinque ex parte directus.* J. M. G.

Ibid. Παρ' ἑκάτερα] Hic locus est mutilus] *Longol.* De utraque auditorum parte intelligo, laudatis scilicet & laudes audientibus. Alio tamen sensu usurpat, ex Graeco, ni fallor, *Terentius*, in utramque partem, in prol. Heautont. sub finem, & III. 1. 31. M. du S.

Παρ' ἑκάτερα] Conf. infra Ἰσ. β. c. 40. Et Θεῶν διάλ. XVI. M. du S.

33. Τοῖς ἀκούουσιν ὧν ἰσχνόφωνος] Vulgatam mutavi ὧν in ἂν migrando, & distinctionem quae post ὧν erat, ante illud collocando, praeeuntibus G. L. & J. quod enim vulgo legebatur ὧδε πάντων — τοῖς ἀκούουσιν ὧν, μὴ τὸ συρφετὸν, &c. *vertebaturque: neque jucunda audientibus erat, dum non de face hominum intelligamus*, id ex Graeco sic vix elicias; jam vero ὧν μὴ conjunctum apertius nisi significabit, & verbum *erat*, satis intelligitur per ellipsin; sed pro ἰσχνόφωνος jam quoque recepi ἰσχνόφωνος. durior hic enim est infinitivus. Immo cum & margo AIW. id habeat, & Cl. *Gesnerus* quoque sic legendum existimet, tanto magis ad id recipiendum permoveor. J. F. R.

Ibid. Ἦν μὲν — ἰσχνόφωνος] Ἦν μὲν — ἰσχνόφωνος. F. G.

Ἦν μὲν . . .] Sic omnino legendum cum Mss. G. P. L. & Ed. J. Nisi cum G. ms. legas mox ἰσχνοῦ pro ἰσχνόφωνος. Reliquae Edd. ὧν &c. cum praecedentibus conjungunt. M. du S.

36. Ἀκρο-

eam similem reddideris Herculi in Lydia: verisimile enim est alicubi eum te vidisse pictum, ut servit Omphalae, habitu indutum plane alieno: illam quidem Leonina tectam, clavamque manu tenentem, nempe quasi Hercules sit; ipsum vero in crocoto, & purpura, carpentem lanas, & sandalio Omphales percussum. Turpissimum illud est spectaculum, quod recedit a corpore vestis, nec satis applicatur, & quidquid in deo virile est, indecore effeminatur.

ὁμοίαν αὐτῷ ἐξεργάσαιο τῷ ἐν Λυδίᾳ Ἡρακλεῖ, ἐφαπτέναι γάρ [h] που σε εἰκὸς γεγραμμένον, τῇ Ὀμφάλῃ δουλεύοντα, φάρμακα ἀλλόχροα σκευὴν ἐσκευασμένων, ἐκείνην μὲν, τὴν λεοντῆν αὐτῷ περιβεβλημένην, τὸ δὲ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσαν, ὡς Ἡρακλέα δῆθεν ἴσασαν, αὐτὸν δὲ, ἐν κροκωτῷ, καὶ πορφυρίδι, ἔρια ξαίνοντα, καὶ παιόμενον ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης τῷ [i] σανδάλῳ· καὶ τὸ θέαμα αἴσχιστον, ἀφιεῖσαν ἡ ἐσθὴς τὸ σῶμα, καὶ μὴ προσκάθουσα, καὶ τῷ θεῷ τὸ ἀνδρῶδες ἀσχημόνως καταθηλυνόμενον.

11. Ac vulgus quidem, haec ipsa fortasse in te laudaverit: at illi pauci, quos tu contemnis, suaviter sane & ad satietatem ridebunt, videntes rem absurdam, in-

Καὶ οἱ μὲν πολλοὶ, ἴσως καὶ ταῦτά [k] σου ἐπαινέσονται· οἱ ὀλίγοι δὲ ἐκεῖνοι, ὧν σὺ καταφρονεῖς, μάλα ἡδὺ, καὶ ἐς κόρον γελάσονται, ὁρῶντες τὸ [l] ἀσύμφυλον, καὶ ἀνάρμοστον,

h Που σε] Δί που W. *i* Σανδάλῳ] Σανδαλίῳ W. *k* Σου] Σαι M. P. & marg. *AMV.* Σου servant Edd. & Ex. *l* Ἀσύμφυλον] Sic dedi ex Codd. L. P. W. & *Angl.* Ἀσύφυλον enim habebant Edd. omn. praeter *Fl.* quae ἀσύμφυλον. Et praeter *J.* quae ἀσύμφιλον.

36. Ἀκροατῶν.] W. In reliquis ἀκροατικῶν. *M. du S.*

Ἀκροατικώτερος] Etsi vulgata ferri potest, ut significet eos qui sic audire solent, tamen accuratior videtur lectio Cod. W. futurum exhibens, i. e. eos qui hanc historiam *audituri*, vel *lecturi sunt*. *J. F. R.*

42. Τῷ τόνῳ] Καὶ ὁ τόνος. *F. G.* Καὶ is quippe non inserendum, sed intelligendum, monere voluit, credo. *J. F. R.*

44. Φαντάζου] Tales sit Auctor comparandos esse auditores, quibus quis scripta sua velit probare, qui exactissime omnia examinent & ἐργαφαδικῶς expendant: *ad hos*, inquit, διαλογιστέα καὶ ἐ συγγράφω. Τὰ δ' ἄλλα ἀλόγως φαντάζου. Sic namque ex vetustis editionibus corrigendum; posteriores pessime φαντάζει. *J. F.*

49. Γάρ που σε] Ita που σε sine accentu exaratum est in Edd. priscis *J. Fl. Ald.* & hinc in reliquis. Neque enim Grammaticorum canon hic poterat observari, ut pluribus encliticis sese subsequentibus, unius accentus in alteram transiret; alioqui scribendum fuisset πού σε: quod significatio quam σοῦ hic habet, vix patitur. *J. F. R.*

Ibid. Γεγραμμένον] Meminit hujus *Terentius* Eun. V. 8. *Plautus* etiam in Trin. initio ipso, & Pers. 5. Vide etiam *Plut.* 1406. 2. quo in loco φανεῖσθαι legendum. *M. du S.*

54. Ἐν πρασινῷ] *Plutarch.* quoque scribit Herculem πρασινοφόρον pingi solitum. Crocota autem crocei coloris vestis. Non. Marcell. *A. V.*

Ἐν πρασινῷ] Quem cultum tamen deinceps ut & Herculis studium affectavit Commodus. *Herodian.* I. 14. 16. λεοντοδαμοῦς τε τὸ Ῥωμαίων ἐ βασίλειον κῆμα, λεοντῆν ὑπερώμῳ ἐ φόβαλον μὴ χαίρας φέρειν, ἀμφιεννύσθαι τε ἀλουργεῖς ἐ χρυσοφεῖς ἰδιώτας, ὡς ὕβει καθαγίλλεσθαι αὐτὸν καὶ ὑφ' ἑνὶ χήματι θηλυτέλειαν ἐ ἀνδρῶν ἰχνηλατοῦντα. V. & *Aristoph.* Ran. p. 94. 2. *M. du S.*

Ἐν πρασινῷ] Conf. *Aristoph.* Ran. 46. & ad eum notr. Illustr. Ex. *Spanh.* qui & hunc Luciani locum adfert & muliebre hoc vestimenti genus exponit ex *Athen.* V. 198. *pellucidum amiculum quod supra purpureum tunicam injicitur.* *J. F. R.*

56. Σανδάλῳ] Sic pro σανδαλίῳ constanter legitur in Edd. vett. quas excussi, & recte; (quamvis utrumque dicatur.) Vid. supra *Deor. Dial.* XII. m. ubi plane idem ait: παιόμενον ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης κρηπῖδι σανδάλῳ. Et *Dial.* XI. m. πλαγὰς αὐτῷ ἐπῆγεν — τῷ σανδάλῳ, & sic alibi non semel, quare hoc praetuli, quia Nostro usitatius est. Addiderat Cl. *La Croze*, vid. *Terent.* fine dubio respiciens illa in *Eunuch.* V. 8. 4. *Utinam tibi commitigari videam sandalio caput.* Ad quae interprett. plura de sandaliis. *J. F. R.*

63. Ἀσύμφυλον] Flor. & Angl. ἀσύμφυλον & ἀσύμφυλον. *J. B.*

Ἀσύμφυλον] Variant hic libri: sed vera & genuina lectio est, quam ex W. P. & L. exhibeo. Consentiunt omnes, exceptis duobus, in Pr. c. 16. Ἀσύφυλον vero quod & apud *Suidam* perperam legitur ἀσύμφυλον, aliud est. V. Iliad. I. 643. quod jam doctissimo *Suidae* editori observatum est. Adde *Plut.* 1672. 1. *M. du S.*

Ἀσύφυλον] Cum non soleant vocem facilem & obviam in ignotiorem mutare librarii: ἀσύφυλον autem

si

στον, καὶ δυσκόλλητον τῷ πράγματι. ἑκάστῳ γὰρ δή ἴδιόν τι, καλόν ἐστιν. εἰ δὲ τοῦτο ἐναλλάξειας, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ οὐδὲ τὴν χρῆσιν γίγνεται. ἐῶ λέγειν ὅτι οἱ ἔπαινοι, ἐνίοτε μὲν ἴσως τερπνοί, τῷ ἐπαινουμένῳ, τοῖς δ' ἄλλοις, ἐπαχθεῖς· καὶ μάλιστα ἢν ὑπερφυεῖς τὰς ὑπερβολὰς ἔχωσιν οἵους αὐτοὺς οἱ πολλοὶ ἀπεργάζονται, τὴν εὔνοιαν τὴν πρὸς τοὺς ἐπαινουμένους θηρώμενοι, καὶ ἐνδιατρίβοντες, ἄχρι τοῦ πᾶσι προφανῆ τὴν κολακείαν ἐξεργάσασθαι· οὐδὲ γὰρ κατὰ τέχνην αὐτὸ δρᾶν ἴσασιν, οὐδ' ὑποπιάζουσι τὴν πειθὼ ἀλλ' ἐμπεσόντες, ἁθρόα πάντα καὶ ἀπίθανα, καὶ γυμνὰ διεξίασιν.

Ὥστε οὐδὲ τυγχάνουσιν ὧν μάλιστα ἐφίενται· οἱ γὰρ ἐπαινούμενοι πρὸς αὐτοὺς, μισοῦσι μᾶλλον, καὶ ἀποστρέφονται ὡς κόλακας, εὖ ποιοῦντες, καὶ μάλιστα ἢν ἀνδρώδεις τὰς γνώμας ὦσιν. ὥσπερ [b] Ἀριστοβούλῳ μονομαχίαν γράψαντι Ἀλεξάνδρου, καὶ Πώρου, καὶ

congruam & combinari neſciam. Singulorum enim propria quaedam pulchritudo eſt. Horum vero ſi vices permutes, deforme idem, quia extra uſum ſuum, fuerit. Mitto dicere, laudes uni quidem forte jucundas, illi nempe, qui laudatur, caeteris vero graves, in primis ſi immodicos exceſſus habeant, quales vulgus *ſcribentium* facit; dum aucupantur eorum quos laudant benevolentiam, & in iis eo usque morantur, donec manifeſtam omnibus adulationem efficiant. Neque enim arte hoc facere norunt, nec adulationem inumbrant. Sed facto impetu, conferta omnia & improbabilia, & nuda perſequuntur.

12. Adeo ut neque aſſequantur id quod maxime concupiſcunt. Qui enim ab ipſis laudantur, odio magis illos habent, & tanquam adulatores averſantur, bene illi quidem, maxime ſi virili *& magno* ſint animo. Quemadmodum, cum ſolitariam Alexandri cum Poro pugnam ſcripſiſſet Ariſto-

a Ἐξεργάσασθαι] Ἐξεργάσεσθαι W. b Ἀριστοβούλου] Ἀριστόβουλον μ. γράψας. Angl. M. & marg. *Fl.* Prius vero ſervant Edd. & P.

ſit *Homer.* Il. I, 643. & Ω, 767. hoc ſervandum duco, & interpretatus ſum, non quo illam plane cognitam habeam, ſed ut convenire huic ſententiae, nec repugnare locis Homericis videbatur. *J.M.G.*

Ἀσύμφυλον] Verum eſt Librarios non ſolere vocem obviam in ignotiorem mutare; ideoque lubens concederem Cl. *Geſnero* Homericum ἀσύφηλον retinenti: ſi ſignificatum ejus huc convenire certum eſſet. Verum quia non potuit ſcire quid Codd. noſtri haberent, ego conſenſum eorum in voce obvia, & hic bene congrua, praeferendum duxi, eoque magis, quia duae Edd. principes *Fl.* & *J.* ne quidem vulgatae adſentiuntur, ſed ad alteram codicum quoque ducunt. *J.F.R.*

82. Ἀριστοβούλου] Γράψαντι. Angl. Ἀριστόβουλον γράψας. *J.B.*

Ἀριστοβούλου] Adi *Voſſ.* de Hiſt. Gr. Laudat hunc *Plut.* in Alex. & 584. 1. unde liquet extitiſſe illius novam & ab hac diverſam hiſtoriam. *Strabo* etiam XV. p. m. 494. A. Vid. & 608. 1. ejusdem P. *M. du S.*

Ἀριστοβούλου] Faceſſat lectio Codicum, nominativum exprimentium; etſi enim nominativi abſoluti exempla non deſint, tamen quia iidem libri ἀναγνώστου non mutant, hinc nec γράψαντος nec Ἀριστοβούλου mutandum erat; non enim Alexander legebat, ſed ipſe Ariſtobulus auctor ei ſuum opus praelegebat, quod olim moris fuiſſe, non eſt opus exemplis probari; quum Alexander poſtea demum librum arripuiſſe, & in caput auctoris projeciſſe dicatur. Exempla autem iſtius nominativi quaſi abſoluti dabimus alibi. *J.F.R.*

90. Ἐπὶ κεφαλὴν] Mirum videri poſſit uſurpari hanc phraſin de *libro*, cum proprie de animalibus dicatur prono capite deturbatis, uti uſurpatur in Gallo c. 23. ἐπὶ κεφαλὴν εἰς πίλαγος ἐμπεσόντες. Sed videtur ad alia etiam tandem uſu detorta fuiſſe. Vid. de *ara* uſurpatum Z. τρ. c. 44. *M. du S.*

93. Ἐν ἀκοντίῳ] Καὶ σὺ δὴ ὅτως Ἀριστόβουλε, τοιαῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ μεσομαχοῦντα, καὶ ἐλεφαντίας ἐν ἀκοντίῳ φονεύοντα. Scio ut defendi poſſit haec ſcriptura, verum perſuaſum tamen habeo Lucianum ſcripſiſſe, καὶ ἐλεφαντίας ἐπὶ ἀκοντίῳ φονεύοντα. *una ſagitta elephantes interficientem.* Quod & Mſ. prae ſe fert, ut nunc deprehendi, cum haec ex meis ſchedis, in quas ante viginti quinque annos has conjecturas inſcripſeram, excerperem, ut dubium nullum reliquum ſit, vere me conjeciſſe. *J.G.G.*

Ἐν ἀκοντίῳ] Inſolens admodum haec phraſis, nec Luciani manum hic agnoſco, neque in his in Dial. *Prot.* & *Plut.* ſeu N. Δ. 23. καθειμένων ἐν τῇ ῥάβδῳ. In L. uti & in G. ἐπὶ, quod commodius, ſed nondum mihi rectum videtur, M. Vulgatum ἐν retinet. Elephan-

ſtobulus, & illum maxime libri ſui locum ei praelegeret: putabat enim maximam ſe a Rege gratiam initurum, quod mentiendo fortia quaedam facta illi adſtrueret, & opera fingeret vero majora: arreptum ille librum, commodum autem in Hydaſpe fluvio navigabant, praecipitem in aquam abjecit, addens, *te quoque oportebat, Ariſtobule*, ita tractari, *qui iſtam pro me pugnam ſuſceperis, & jaculo elephantos interficias.* Et debebat ita indignari Alexander, qui neque architecti conatum ferret, polliciti, ſe Athonem ſtatuam ipſius facturum, & in Regis ſimulacrum transformaturum eſſe montem. Sed adulatorem ſtatim hominem intelligens, non amplius illo, neque ad alia ſimiliter *ut antea* uſus eſt.

13. Ubi igitur in hiſce jucunditas, niſi ſi quis plane ſit ſtupidus, ut ſe in talibus laudari gaudeat, quorum e veſtigio oſten-

[c] ἀναγνόντ@ αὐτῷ τοῦτο μάλιστα τὸ χωρίον τῆς γραφῆς (ἤρετο γὰρ χαριεῖσθαι τὰ μέγιστα τῷ βασιλεῖ, ὑπερψευδόμενος ἀριστείας τινὰς αὐτῷ, καὶ ἀναπλάττων ἔργα μείζω τῆς ἀληθείας) λαβὼν [d] ἐκεῖν@ τὸ βιβλίον, (πλέοντες δ' ἐτύγχανον ἐν τῷ ποταμῷ τῷ Ὑδάσπει) ἔρριψεν ὅπι κεφαλὴν ἐς τὸ ὕδωρ, ἐπειπών, καὶ σὲ δὲ οὕτως ἐχρῆν, ὦ Ἀριστόβουλε, τοιαῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ μονομαχοῦντα, καὶ ἐλέφαντας [e] ἐν ἀκοντίῳ φονεύοντα. καὶ ἐμελλέ γε οὕτως ἀγαναχτήσειν ὁ Ἀλέξανδρ@, [f] ὅς γε οὐδὲ τὸν τῶ ἀρχιτέκτον@ τόλμαν ἠνέχετο, ὑποχομένου τὸ Ἄθω εἰκόνα ποιήσειν αὐτῦ, καὶ μεταχοσμήσειν τὸ ὄρ@ ἐς ὁμοιότητα τῦ βασιλέως· ἀλλὰ κόλακα εὐθὺς ὑπέγνως τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἐτ' οὐδ' ἐς τὰ ἄλλα ὁμοίως ἐχρῆτο.

Πῦ τοίνυν τὸ τερπνὸν ἐν τούτοις, ἐκτὸς εἰ μή τις κωμῳδῇ ἀνόητ@ εἴη, ὡς χαίρειν τὰ τοιαῦτα ἐπαινέμεν@; ὧν οὐδὲ ποδὸς οἱ ἔλεγ-

[c] Ἀναγνόντ@] Sic Edd. & M. [d] Ἐκεῖνος] Deeſt in W. [e] Ἐν] Ἐπὶ G. L. recte. Prius autem Edd. & M. [f] Ὅς γε] Sic etiam M. Sed a recentiore manu.

4. Παρὰ πόδας] Ἐγγὺς, πλησίον. *G.*

phantos autem, quamvis haec quidem Ariſtobuli fabuloſa erat narratio, conto transfixos Romae legimus a Commodo aliisque. V. *Æl. Lamprid.* c. 12. & not. *Caſaub. virtutem ad conficiendas feras tantarum fuit, ut Elephantum conto transfigeret.* *M. du S.*

Ἐν ἀκοντίῳ φονεύοντα] Etſi praepoſitio abundans pro ablativo inſtrumenti recte adeſſe poteſt, ut pluribus probavi ad *Herodot.* c. 5. & ante me Cl. *Hemſth.* ad Dial. mort. XXIII. f. ubi καλινδούμενον ὀι τῇ ῥάβδῳ, quae verba *Solanus* immerito ſuſpecta habet, tamen hic aliquantum languet hiſtoria; itaque ἐπὶ ἀκοντίῳ unice verum eſſe ſtatuo, & recepiſſem profecto, ſi numerum elephantorum, qui excidiſſe videtur, addere ex aliquo Codice vel Editione poſſem. Senſus enim poſtulat, ut *uno jaculo plures elephantes* (ſimul) *trajeciſſe* dicatur Alexander, ac tum adulatio nimia, quam Lucianus redarguere vult, ſeſe prodit, quae jam in vulgata lectione nulla eſt; tum vero juſta Alexandri patet ira, quum ἀδύνατα adeo, ſive manifeſto falſa ipſi tribuuntur. Licet enim pluralis ἐλέφαντας ſufficere videatur, & vel ſic longe melior ſenſus ſit, quam vulgatae, tamen hiat aliquantum oratio, niſi *duos* vel *tres* addideris. Miror *Solano* haec in mentem non veniſſe, qui tam ſtudioſe haec verba videtur excuſſiſſe. Quum ſenſus τῷ δοὶ tam facile pateat. Fateor enim nihil novi eſſe ſingulos elephantos contis trajectos, ſed parvo jaculo, quod diminutivum ἀκοντίον notat, unoque ictu duos transfixos, hoc erat miraculum. Ἐπὶ κεφαλὴν autem ſi non de capite libri, an igitur de capite auctoris intelligendum, quod Alexander petens librum ſimul in aquam projecerit? poteſt enim ἐπὶ intelligi *verſus*, *ad*; ita ut liber directus *verſus* auctoris caput, etſi non tetigerit, in mare ſit projectus. At ſequens σὲ δὲ, id non permittit. *J. F. R.*

95. Ἀρχιτέκτον@] Dinocratis ſcilicet, cujus hiſtoria ſcitu digna. Is cum Alexandro innoteſcere cuperet, nec facilem ad eum aditum reperiret, ad hanc tandem artem confugit. Unctus & corona populea redimitus, pellem etiam leoninam, caetera nudus, induit: eoque ornatu locum petit qua Alexandro iter futurum ſciebat. Eo viſo rident comites, Alexander ipſe novo ſpectaculo illectus hominem alloquitur, & mox ſuſcipit. Hinc tanta viri fortuna, quam ut aulicae artes aedificaverant, ita adulatio nimia deinde ſubvertit. Vid. *Vitruvium* in praef. At Plutarcho *Staſicrates* audit, non *Dinocrates* 597. 2. Sed *Dinocratis* etiam nomine occurrit apud *Plin.* & *Strab.* VII. qui Alexandriam ab eo, ad Chlamydis formam deſcri-

ἔλεγχοι· ὥσωρ οἱ ἄμορφοι τ ἀνθρώπων, ᾗ μάλιστά γε τὰ γύναια τοῖς γραφεῦσι παρακελευόμενα ὡς καλλίστας αὐτὰς γράφειν οἴονται γὰρ ἄμεινον ἕξειν τ ὄψιν, ἢν ὁ γραφεὺς αὐταῖς ἐρύθημά τε πλεῖον ᵃ ἐπανθίσῃ, καὶ τὸ λευκὸν ἐγκαλαμίξῃ πολὺ τῷ Φαρμάκῳ. ᵇ τοιοῦτοι δὲ συγγραφόντων οἱ πολλοί εἰσι τὸ παρὸν, καὶ τὸ ἴδιον, καὶ τὸ ᵈ χρειῶδες, ὅ, τι ἂν ἐκ τ ἱστορίας ἐλπίσωσι, ᵉ θεραπεύοντες. ὃς μισεῖν μὲν καλῶς εἶχεν, ἐς μὲν τὸ παρὸν, κόλακας προδήλως, καὶ ἀτεχνῶς ὄντας· ἐς τὸπιὸν δὲ, ὑποπτον ταῖς ὑποβολαῖς τ ὅλην πραγματείαν ἀποφαίνοντας. εἰ δέ τις πάντως τὸ τερπνὸν ἡγεῖται ᶠ καλαμεμίχθαι δεῖν τῇ ἱστορίᾳ, ᵍ πάσῃ

di vanitas possit: ut homines deformes, praesertim mulierculae, quae pictoribus injungunt, se ut quam pulcherrimas pingant. Putant enim speciosiores se futuras, si plus floridi ruboris pictor adhibeat, & album multum pigmento admisceat. Tale est vulgus historicorum, qui praesenti tempori, & suae rei, & utilitati, quam sperant ex historia, serviant: quos bonum erat odisse, qui in praesens quidem adulatores manifesti & inertes sint, in futurum autem suis excessibus suspectam totam rem faciant. Si quis vero putat, omnino jucunditatem admistam esse debere historiae, ille reliqua ad-

a Ἐπανθίσῃ] Ἐπανθίσῃ P. & marg. *Alii.* Ἐπάνθισε Angl. b Τοιοῦτοι] Τοιοῦτοι πολλοὶ W. c Καὶ] Abest a *Fl.* Adest in *J. H.* P. & M. d Χρειῶδες] Sic Edd. &c. Χρειῶδες W. e Θεραπεύοντες] Θεραπεύοντας Angl. P. L. W. in rasura. Prius autem Edd. recte tuentur. f Καλαμεμίχθαι] Καὶ τὸ μ. W. g Πάσῃ] Deest in W. & E. Adest in P. & cett. Edd.

ptam & conditam memoriae prodidit. *Vitruvius* quibusdam a Luciano hic prolatis refragatur. Eandem historiam habes iterum. *ὁ Εἰκ.* c. 9. *M. du S.*

9. Ἐπανθίσῃ] Angl. ἐπάνθισε. *J. B.*

Ἐπανθίσῃ] Οἴονται γὰρ ἄμεινον ἕξειν τὴν ὄψιν, ἢν ὁ γραφεὺς αὐταῖς ἐρύθημά τε πλεῖον ἐπανθίσῃ, καὶ τὸ λευκὸν ἐγκαλαμίξῃ πολὺ τῷ Φαρμάκῳ. Recte interpres: *Arbitrantur enim melius se habituram faciem, si pictor illis plurimum ruborem illinat, & pigmento multum candoris admiscent.* Sed pro ἐπανθίσῃ scribendum ἐπανθίσῃ. Accedit proxime liber Anglicanus, quem vidit *Bourdelotius*, qui legit ἐπάνθισε. Ἀνθίζειν & ἐπανθίζειν est pingere, floridis coloribus inficere. Herodot. Clejo, ἀνεστεμμένοι φοινικηΐοισι προμαχεῶνες *propugnacula picta variis coloribus.* Noster inferius in hoc ipso libro: Οἱ δὲ ἐπὶ τοῦτον μόνον, καὶ ἔπριον τ ἐλέφαντα, καὶ ἔξεον, καὶ ἐπάλλον, καὶ ἐρρίθμιζον, καὶ ἐπανθίζον τῷ χρυσῷ. *Illi vero tantum formabant & fabebant ebur, & poliebant, & conglutinabant, & concinnabant, & auro inducebant.* Sophoc. ὁ γὰρ σε μὴ γνοὺς ᾗδ' ἀνθεμώδη. *Te enim non cognoscens sic coloratum.* Synesius: καὶ εὐθὺς ἐπανθεῖ μοι κατὰ τ παρειᾶν ἐρύθημα. *& statim mea gena rubore perfundebatur.* Ἄνθος saepe est color. Ἄνθη τ αὐτῶν sunt picturae Philostrato. *Hesych.* ἄνθη χρώματα. Moschopulus τῶν ἀνθράκων Ἀττικῶν συλλογή. λέγεται δὲ τὰ τ βοτανῶν ἄνθεσι λέγεται ἄνθος κατὰ μεταφορὰν τὸ χρῶμα. ὡς ὁ θεὸς τοῦ Φιλοστράτου τοῦ τ ἰδὴς ἄνθη φαίνεται, ἤγουν τῷ χρώματι. ἴσως δὲ ἰδὴ βατάνη τις· καθὰ λέγεται ἀνθεμώεσσι πίτυσι παρ' Εὐριπίδῃ. Sic legenda sunt haec verba. Locus Euripidis est in Hecuba v. 468.

Ἐν χρυσέᾳ πέπλῳ
Ζευξόμενος ἅρματι πώλους
Ἐν διαδήμασι ποικίλλων· ἀνθεμώεσσι πίτυσι.

Ubi interpretes pessime: *in crocea veste jungam curru equos, in artificiosis variegans croceo flore decoris tapetibus?* Ἀνθεμώεσσι πίτυσι sunt fila variis coloribus tincta, licia diversorum colorum. Ἥνας μετὰ, πρόκα, subtemen, fila. χρυσόπεπλοι vestes aureis filis pictae, *Virgil. picturatae auri subtemine vestis.* Restituenda est haec vox *Polluci* lib. X. c. 20. ubi recenset vocabula ad lanificium & textrinam pertinentia: καὶ πήρα & πηρίον κατώγιον, καλαμαγκών. Interpres: *peram fusum ducere, deducere.* Quid lanificio cum pera. lege πῆνα. *Euripides* autem sic vertendus: *in crocea veste jungam currui equos, artificiosis pingens diversicoloribus filis.* Ἐν διαδήμασι ποικίλλουσα est pro ἐμποικίλλουσα διαδήμασι. *J. G. G.*

Ἐπανθίσῃ] Ad hanc scripturam accedit Angl. Cod. quae in P. plane habetur. In vulgatis ἐπανθίσῃ. Vid. infra c. 55. *M. du S.*

13. Θεραπεύοντες] Angl. Θεραπεύας. *J. B.*

Θεράπ.] Sic infra c. 40. εἰ δὲ τὸ θ. τοῦτο τὸ θεραπεύει, &c. aliam lectionem hic Codd. A. W. P. & L. praeferunt, haud sane spernendam, nempe θεραπεύσθαι; quam si admittas, supple ὡς. Sed in W. aliter prius fuerat. *M. du S.*

19. Πάσῃ] Distinctione juvimus hunc locum & interpretatione. Jungebant ἱστορίᾳ πάσῃ, & interpretabantur *omni historiae*: sic laborabant sequentia. Nobis πάσῃ esse aoristus primus ex πάσσω vel πάττω quod de coloribus & pigmentis usurpari notum est. *J. M. G.*

20. Τὸ

adſpergat, quae cum veritate jucunda ſunt in aliis orationis ornamentis, quibus neglectis vulgares illi ea, quae nihil ad rem faciunt, inculcant.

14. At ego etiam enarrabo, quaecunque memini nuper in Ionia ex hiſtoricis quibusdam, & profecto in Achaia etiam, audita, idem hoc bellum enarrantibus. Et per *ego vos* Gratias *obſecro*, nemo his quae dicentur fidem deneget: vera enim eſſe jurare etiam poſſim, ſi urbanum eſſet jusjurandum ſcripto interponere. Unus quidem illorum aliquis a Muſis ſtatim initium fecerat, precatus Deas, ut manum ſcriptioni ſecum admoveant. Vides quam concinnum principium, & conveniens hiſtoria, quae-

20 τὰ ἄλλα, ἃ σὺν ἀληθείᾳ τερπνά ἐστιν ἐν τοῖς ἄλλοις κάλλεσι τῆς λόγου· ὧν ἀμελήσαντες οἱ πολλοὶ, τὰ μηδὲν προσήκοντα ἐπεισκυκλοῦσιν.

Ἐγὼ δ' οὖν καὶ διηγήσομαι ὁπόσα μέμνημαι ἔναγχος ἐν Ἰωνίᾳ συγγραφέων τινῶν, καὶ, νὴ Δία, ἐν Ἀχαΐᾳ πρώην ἀκούσας τὰ αὐτὰ τοῦτον τὸν πόλεμον διηγουμένων· καὶ πρὸς Χαρίτων, μηδεὶς ἀπιστήσῃ τοῖς λεχθησομένοις, ὅτι γε ἀληθῆ ἐστι καὶ ἐπομοσάμην, εἰ ἀστεῖον ἦν ὅρκον ἐντιθέναι συγγράμματι· εἷς μού τις αὐτῶν ἀπὸ Μουσῶν εὐθὺς ἤρξατο, προκαλῶν τὰς θεὰς συμφάψασθαι τῷ συγγράμματι. ὁρᾷς ὡς ἡ ἐμμελὴς ἡ ἀρχὴ, καὶ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἱστορίας, καὶ τοῦ τοιού-

h Τὰ] Abeſt articulus a P. & L. Adeſt in Edd. *i* Ἐμμελὴς] Εὐμενὴς Schol. male. Nihil mutant Edd. Coll. & M. *k* Περὶ πόλεμον τῆς ἱστορίας] Περὶ πόλεμον ἡ ἱστορία Edd. Sed περὶ exhibent Angl. P. W. & L. Τῆς ἱστορίας vero *Pell. Caſaub.* & *Vorſt.*

33. Εὐμενὴς] Εὔρυμος. *V. Suſpic. G.* (Εὔρυμος male edit.)

20. Τὰ ἄλλα] Hic aliquid deſideratur. An μὴ παραλείπει, vel παραλείψῃ? *F.G.*

Τὰ ἄλλα] Recte vidit *Gujet.* aliquid deſiderari, in vulgata, quae erat: τῇ ἱστορίᾳ πάσῃ, τὰ ἄλλα, &c. ſine ſequente verbo quod ad ἄλλα referatur, & ſine ullo ſenſu; ſed mutata a Cl. *Geſnero* diſtinctio mihi omnia ſanare videtur; quare illam laetus amplector. *J.F.R.*

21. Τῆ λόγου] Poſt hanc vocem excidit verbum, ſine quo ſtare ſententia non poteſt. Quodnam autem verbum exciderit quis ſine Mſſ. ope divinabit? *Vorſtius* conjicit, ante τὰ ἄλλα reponendum ἐν καὶ, vel ſimile quid. In W. & Ed. *Fl.* deeſt πάσῃ, agnoſcit P. [Hic aliquid deeſt, huic ſimile ἄλλα μεμείχθωσαν, ἃ σὺν &c. *Langol.*] Ego pro πάσῃ τὰ legendum cenſeo ἐπεισκεκύκλωται, τὰ, ut ἐπεισ. c. 22. *M.du S.*

25. Ἔναγχος — πρώην] Ex hoc loco diſcimus, quo tandem tempore patriam poſt primas peregrinationes reviſerit Lucianus. Neque enim dubium eſt, quin de reditu in patriam hic locus ſit intelligendus, de quo in Somnio c. 9. poſt peragratas Italiam & Galliam; cum ex *Peregr. morte* pateat c. 35. Satis fuiſſe ei temporis ad utramque viſendam, & ex *Somnio* c. 9. patrem ibi habuiſſe obviam, conſtet. Certe hinc in Ionia circa annum Chriſti CLXIII. fuiſſe, liquido conſtat: quo tempore jam annos ad minimum XII. abfuiſſe a patria ex Παρ. c. 35. Cum quater Olympia vidiſſet, certum eſt. Unde proclive eſt judicare, quae de ſua vita in *Somnio* habet, conſideranti, patriam nunc primum reviſiſſe. Quod hic ad Chronologiam Lucianeam feliciter adſtruendam ſubſternendum fuit. Obſervanda autem hic eſt vis verbi ἔναγχος, quod recentius quid notat, quam quod mox ſequitur, πρώην. Rem unico exemplo illuſtrabo. In Ἀποκηρ. c. 2. quod apud judices a ſe πρώην factum rem ſimpliciter narrans dixerat; cum deinde ad argumenta ventum eſt, ut pondus rei addat, dum *nuperrime* factum eſſe ait caulam facere videtur, non jam voce πρώην, ut prius, dum nihil tale agebatur, ſed voce ἐναγχος utitur c. 13. cujus vim mox paucis interjectis ſequens εὐθὺς eam eſſe, quam contendo, ſatis oſtendit. Unde jam eviciſſe mihi ſatis luculenter videor, reditum Luciani in patriam flagrante eo bello accidiſſe, cum in Graecia jam ejusmodi hiſtorias recitari vulgo audierit, & mox in Ionia ejusdem farinae ſcripta, ante confectum id bellum nuperrime viderit. *M.du S.*

26. Πρώην] Conf. mox c. 17. pr. & Ἰσ. α. c. 33. *M.du S.*

34. Παρὰ πόδα] Recte Angl. Cod. περὶ. Sic Apolog. de *Merced. Cond.* de hoc proverb. *Heſych. Pollux. Caſaub.* ad Charact. Theoph. *J.B.*

Παρὰ πόδα] An conveniens, i. e. τῇ ποδὶ ἁρμόζουσα. *F.G.*

Περὶ πόδα τῇ ἱστ.] Ex Angl. W. P. & L. pro vulgato παρὰ. *Caſauboni* (ad Theophr. Char. p. m. 138.) ulterior emendatio eſt; nempe τῇ ἱστορίᾳ. Certe in Ed. *J.* cum jota ſubſcripto ultima vox cernitur Ἀπολλ. μισθ. c. 4. Ratio proverbialis iſtius locutionis a calceis petita eſt, de qua idem *Caſaubonus* ibid. *M.du S.*

Παρὰ πόδα] Omnino probanda lectio περὶ πόδα. A-

τοιούτῳ εἴδει τὸ λόγων πρέπουσα; εἶτα μικρὸν ὑποβὰς, Ἀχιλλεῖ μὲν, τὸ ἡμέτερον ἄρχοντα εἰκάζει, Θερσίτῃ δὲ, τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα, οὐκ εἰδὼς ὅτι ὁ Ἀχιλλεὺς ἀμείνων ἦν αὐτῷ, εἰ Ἕκτορα μᾶλλον ἢ Θερσίτην καθήρει· καὶ εἰ πρόσθεν μὲν ἔφευγεν ἐθελός τις, ἐδίωκε δὲ μιν μέγ' ἀμείνων. εἶτ' ἐπῆγεν ὑπὲρ αὐτοῦ τι ἐγκώμιον, ὡς ἀξίῳ εἴη συγγράψαι τὰς πράξεις, εἴτω λαμπρὰς ὕσας. ἤδη δὲ κατιὼν, ἐπῄνει καὶ τὴν πατρίδα τὴν Μίλητον, προστιθεὶς, ὡς ἄμειον [a] ποιοῖ τοῦτο τοῦ Ὁμήρου, μηδὲν μνηθέντος τῆς πατρίδος. εἶτ' ὀλίγα τέλει τῷ [b] Προοιμίῳ ὑπισχνεῖτο διαρρήδην καὶ σαφῶς, ὅτι τοιοῦτον εἶδος τοῦ λόγου πρέπουσα; εἶτα μικρὸν ὑποβὰς, Ἀχιλλεῖ μὲν, τὸ ἡμέτερον ἄρχοντα εἰκάζει, Θερσίτῃ δὲ, τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα, οὐκ εἰδὼς ὅτι ὁ Ἀχιλλεὺς ἀμείνων ἦν αὐτῷ, εἰ Ἕκτορα μᾶλλον ἢ Θερσίτην καθήρει· καὶ εἰ πρόσθεν μὲν ἔφευγεν ἐθελός τις, ἐδίωκε δὲ μιν μέγ' ἀμείνων. εἶτ' ἐπῆγεν ὑπὲρ αὐτοῦ τι ἐγκώμιον, ὡς ἀξίῳ εἴη συγγράψαι τὰς πράξεις, εἴτω λαμπρὰς ὕσας. ἤδη δὲ κατιὼν, ἐπῄνει καὶ τὴν πατρίδα τὴν Μίλητον, προστιθεὶς, ὡς ἄμειον [a] ποιοῖ τοῦτο τοῦ Ὁμήρου, μηδὲν μνηθέντος τῆς πατρίδος. εἶτ' ὀλίγα τέλει τῷ [b] Προοιμίῳ ὑπισχνεῖτο διαρρήδην καὶ σαφῶς,

que tale orationis genus deceret. Tum paullum ingressus Achilli quidem nostrum principem comparabat, Thersitae autem Regem Persarum, ignarus, tanto sibi praestantiorem futurum fuisse Achillem, si Hectorem potius quam Thersitem interemisset, & si ante quidem fugisset fortis aliquis, hunc autem egisset multum praestantior alter. Deinde subjunxit de se encomium quoddam, quamque dignus scriptor tam claris factis contigisset. Jam vero progressus Miletum laudabat patriam suam, subjiciens, melius hac in re facere se quam Homerum, qui mentionem patriae nusquam fecerit. Deinde in fine prooemii pollicebatur totidem verbis & dilucide, se ela-

a Ποιοῖ] Ποιοῦτο P. Ποιεῖ Fl. Vulgatam servant ceterae. b Προοιμίου] Sic Edd. vett. & S. Προοιμίου P. & A.

men in eo ineſt, quod narrat non hiſtoriae accommodatum genus dicendi, ipſumque adeo exordium ſed hiſtoriam ita inſtitutam, ut ea poëticum & fabulosum exordium deceret. *Exordium* eſt velut pes, cui tanquam calceus accommodetur reliqua inepti ſcriptoris hiſtoria. *J. M. G.*

36. Ἀχιλλεῖ] *Homer.* Il. B. 216. *M. du S.*

40. Εἰ πρόσθεν &c.] *Homer.* Il. X. 158. *M. du S.*

Εἰ πρόσθεν] Si ipſum *Homeri* verſum voluit referre Lucianus, ſic mutandus erit: Πρόσθε μὲ ἐθέλοις ἔφυγε, δίωκε δέ μιν μέγ' ἀμείνων. Sed quia ſenſus vulgatae ſanus eſt, & mutatio nimia foret, nihil in textu immuto, adluſionem tantum, non recitationem eſſe credens. *J. F. R.*

42. Ὑπὲρ αὐτοῦ τι ἐγκ.] *Arrianum* imitabatur, qui initio libri de geſtis Alexandri ſe ipſum *μάλα φαύλως ἐπαινεῖ*. *M. V. la Croze.*

48. Προοιμίου] Ubi in omnibus aliis editionibus, uti & in hac Salmurienſi, recte legatur ἐπὶ τέλει τῷ Προοιμίου, ſoli Amſtelaedamenſis editionis procuratores dederunt προοιμίου, ignari ſcilicet, Graecos & προοίμιον & Προοιμιον dicere, & Lucianum etiam ſaepe alibi hoc maluiſſe. *J. J.*

Προοιμίου] Nihil variationis hic loci notaverat *Solan.* Cum vero Cl. *Jenſius* dicat ſolam *Amſt.* legere προοιμίου, ipſe Edd. contuli, vidique recte hunc obſervaſſe, Edd. vett. habere Προοιμίου; excepta tamen etiam Pariſina, quae aeque ac Amſt. προοιμίου habet; quod quidem non ideo noto, ut eum redarguam in re nullius momenti, ſed ut *Graevianam* editionem, alioqui peſſime habitam a typographis & correctoribus, hic excuſem; quia ſuum προοιμίου ex *Par.* deſumere potuere. Rectius autem hic propter conſenſum, Προοιμίου edi certum eſt, idque aeque Graecum eſſe atque alterum, vid. ap. *Aeſchyl.* in Agam. p. 213. & in fragm. *Callim. Bentlejanis*, N. CCXXIII. Τῶ τι μηδὲν Θυτλῆγος Προοίμιον Ἀντιλόχου. *J. F. R.*

52. Αἴτια ἅμα τῆς πολέμου ἀρχῆς διεξιὼν] Non hae voces notant *ſimul & cauſas unde id bellum coepiſſet commemorando*, ut vertit *Benedictus* plane ex imitatione *Micylli* (& vix legas αἰτίαι ἀρχῆς, quum ſufficiant αἰτίαι πολέμου) ſed *cauſas ſimul principio belli aggrediens*, quod ſatis patet ex ipſis quae ſubjiciuntur, excerpta verba. *J. G.*

54. Οὐολόγεσος] Apud *Xiphilinum* ſcribitur Οὐολόγαισος. V. Adr. 264. B. Anton. 269. B. & 270. C. D. & ſeqq. In nummis ΒΟΛΑΓΑΣΗΣ conſtanter legi monet me Cl. *Joh. Maſſon.* Vide *Spanh.* *M. du S.*

58. Ἀρχὴν] Sic enim incipit hiſtoria Thucydidis. Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, ἀρξάμενος εὐθὺς καθιστάμενον. Vides omnia verbotenus ab hoc deſcripta, praeter ultimam vocem, quae forſan Luciani tempore in Codd. Thucydidis eo modo legebatur, quo a Calpurniano ſcripta eſt. De συνέγραψε pro ξυνέγραψε Thucydidis, nimis minutum videatur: promiſcue apud Lucianum ſcribitur, neque adeo mutandum, quamvis ſequatur ξυνεστάμενον. *M. du S.*

60. Καὶ θυμοῦ τοῦ Ἀττικοῦ ἀπονίσωμαι] Quid oro χαρίεντα cum θυμώδεσι? & quis ille θυμὸς vel animus Atticus, quem offerunt interpretes? Scribe χαριεστάτῳ & θύμου τοῦ Ἀττικοῦ ἀπ. hoc eſt, *feſtiviſſimum & thymum Atticum ſpirans.* Eſt enim alluſio ironica ad Hymettia mella, & alibi uſus eſt. Mox recte ab *Jac. Micyllo* Πομπηϊοπολίτης redditur *Pompeiopolita*, ut cognoſcas errorem unius Benedicti non eſſe tanti, ut ex eo incrementum capere debuerit alter, quem in hac editione annotatum vides, & auctor diſſertationum de praeſtantia numiſmat. p. 529. Et an non alter alterum inſpexit? *J. G.*

Ibid. Θυμοῦ] Καὶ τὴν ἀρχὴν ὡς ἰκανῶς, σὺν τῷ ἑαυτοῦ ἀνόματι ἤρξατο, χαριεστάτῳ ἀρχῶν ἀπασῶν, καὶ θυμοῦ τοῦ

elaturum in majus res noſtras, barbaros autem bello, quantum poſſet, & ipſum oppreſſurum: atque incipiebat hoc modo hiſtoriam, ſimul cauſſas belli incepti perſequens, *Impuriſſimus enim, quique peſſime pereat! Vologeſus, bellare cœpit propter cauſſam ejusmodi.* Hic quidem talia.

15. Alius vero ſummus Thucydidis imitator, praeclare ad exemplum illud ſuum compoſitus, etiam initium ut ille a ſuo nomine fecerat, ſuaviſſimum omnium exordium, & quod thymum Atticum redoleat. Ecce enim, *Creperius Calpurnianus Pompeiopolitanus, deſcripſit bellum Parthorum*

ὅτι μεῖζον μὲν αἴρειν τὰ ἡμέτερα, τὸν βαρβάρους δὲ καλὰ πολεμήσειν καὶ αὐτὸς, ὡς ἂν δύνηται· καὶ ἤρξατό γε τῆς ἱστορίας ὧδε, αἴτια ἅμα τοῦ πολέμου ἐκ τῆς ἀρχῆς διεξιών· ὁ μὲν μιαρώτατος, καὶ κάκιστ' ἀπολοῦμενος· [c] Οὐολόγεσος, ἤρξατο πολεμεῖν, δι' αἰτίαν τοιάνδε ἦν μέν, τοιαῦτα.

Ἕτερος δὲ Θουκυδίδου ζηλωτὴς ἄκρος, οἷος εὖ μάλα τῷ ἀρχετύπῳ εἰκασμένος, καὶ τὴν ἀρχὴν ὡς ἐκεῖνος, σὺν τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι ἤρξατο, χαριεστάτην ἀρχῶν ἁπασῶν, καὶ θύμου τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν· ὅρα μὲν, [e] Κρεπέριος Καλπουρνιανὸς Πομπηιοπολίτης, [f] συνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Παρθυαίων

[c] Οὐολόγεσος] Nihil mutant Edd. & M. [d] Θύμου] Sic Edd. P. & marg. *AIW.* Θυμοῦ ceterae male & M. [e] Κρεπέριος] Sic Edd. *F. Ald. P. S.* &c. Ἐσπερίου καρτοῦ. γρ. Κρισπέριος C. male. Κρεπέρκος M. [f] Συνέγραψε] Sic Edd. συνέγραψε P.

13. Καὶ ἰσπέριος * καρτοῦ] Γρ. Κρισπέριος, *G.*

* Καρτοῦ] Sic pro Καλπουρνιανὸς quoque editum invenio. Sed error eſt manifeſtus. *J. F. R.*

τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν. Interpres: *Cum ſuo nomine principium duxit ut ille, feſtiviſſimum illud principiorum omnium, animumque Atticum ſpirans.* Inepte animus Atticus tribuitur exordio. Lucianus ſcripſit, χαριεστάτην ἀρχῶν ἁπασῶν, καὶ θύμου τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν, *elegantiſſimum omnium exordiorum & thymum Atticum redolens:* hoc eſt Atticam elegantiam, ut dudum emendandum oſtendi in lectionibus *Heſiodeis.* Pertinet huc quod *Philoſtratus* minor lib. II. εἰκόνων de *Pindaro* prodidit: *Αἱ δὲ ἴσως μέλιτται σεσιργάζουσι τὸ παιδίον, ἐκβαλλουσι τὸ μέλι, καὶ τὰ κέντρα ἀπέλκουσαι, δῆλαι τῷ ἐγχειρήματος, ἐκ ὑμήττου τάχα ἥκουσι, καὶ λιπαρῶν ἐξ ἀσιδίμων Ἀθηνῶν καὶ γὰρ τοῦτο οἶμαι αὐτὰς ἐσταλάξαι Πινδάρῳ. Quae vero intus apes ſunt infantem curant, labris mel infundentes, aculeosque, ne puerum laedant, contrahentes. Ex Hymetto fortaſſe veniunt, & pinguibus inclytisque Athenis: hoc enim ipſum puto Pindaro inſtillaſſe.* mel nimirum Hymettium. *J. G. G.*

Θυμοῦ] (Immo ipſa haec verba. V. not. noſtr. ad 599. C. D.) *M. du S.*

Θυμοῦ] (Symmach. Ep. III. ad Auſon. Erat quidem illa Achas ſalibus conſperſa & thymo odorata. Terentian. de Metr. p. 2437. n. 9.) *T. H.*

Θύμου] Recte erat in P. ſola. In ipſo M. prave θυμοῦ. *M. du S.*

Θύμου] Non dubitavi hoc vulgatae praeferre, quae θυμοῦ, habebat, vertebatque *animum Atticum ſpirans;* quod nihili eſt, & ex accentu male poſito natum. Herbam autem *thymum* Athenis multum in uſu fuiſſe, vid. Scholiaſt. ad *Ariſtoph.* Plut. 253. & 283. apud quem priore loco vertitur *cepa*, & pauperum cibus fuiſſe ab *Schol.* traditur: altero vero, *thymus.* At herba *thymus*, quam & hodie *thym* vocamus, multum differt ab cepis. *Thymum* herbam deſcriptam vid. ap. *Dioſcor.* L. III. c. 37. Ubi *Matthiolus* eam & Graece θύμον vocari notat, & figuram addit, de cepis vero ibi nihil. Nec ſatis expedit differentiam, immo confuſionem hanc *Salmaſ.* ad Solin. p. 907. Sed cepas forſan ab animoſa acrimonia ſic vocatas conjicit, & cum *Heſychio* aliisque Lexicographis fatetur θύμον ſaepe *cepas* ſignificare, ſed radices herbae *thymi* eſui ineptas eſſe. Ego tamen ad herbam fragrantem *thymum* apud Lucian. reſpici cenſeo, quo cibos condivere ad guſtum atque odorem gratiorem, immo acutiorem ſeu ſtimulantem ac ſalivam provocantem, adeoque adpetitum, ut vocamus, cientem, quo Lectoribus ſimiliter movendam legendi cupiditatem deſignat. *J. F. R.*

61. Κρεπέριος] *Tacit.* An. 14. 5. de alio quidem, ſed *Creperejus* ibi ſcribitur, & ſane in M. Κρεπέρκος ſcriptum eſt. *M. du S.*

Κρεπέριος Καλπουρνιανὸς Πομπηιοπολίτης], Inepte vertitur *Creperius Calpurnius Pompeji civis*, pro *Pompejopolita* vel *Pompejopolitanus.* Lucas Holſtenius in notis ad *Steph.* de urbibus in ΠΟΜΠΗΙΟΝΠΟΛΙΣ. *Almel.*

Κρεπέριος Καλπουρνιανὸς Πομπηιοπολίτης] Quod *Almelov.* monet, id *Micyllo* verſio, quam *Pariſina* Ed. exhibet, jam habebat. pro Πομπηιόπολις autem Πομπηιού-

καὶ Ῥωμαίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, ξεξάμβωνα εὐθὺς ξυνισαμβώσας ὥστε μετά γε τοιαύτην ἀρχήν, τί ἄν σοι τὰ λοιπὰ λέγοιμι, ὁποῖα ἐν Ἀρμενίᾳ ἐδημηγόρησε, τὸν Κερκυραῖον αὐτὸν ῥήτορα ἐξεσταμβωσάμβωνα; ἢ οἷον Νισιβηνοῖς λοιμὸν, τοῖς μὴ τὰ Ῥωμαίων αἱρεμβώνοις, ἐπήγαγε, τὸν Θουκυδίδου χρεσάμβωνα ὅλον ἄρδην, πλὴν μόνου τοῦ Πελασγικοῦ, καὶ τῶν τειχῶν τῶν μακρῶν, ἐν οἷς [b] οἱ τότε λοιμώξαντες, ᾤκησαν; τὰ δ' ἄλλα καὶ ἀπὸ Αἰθιοπίας ἤρξατο, ὥστε καὶ ἐς Αἴγυπτον καταβῆναι, καὶ ἐς τὴν βασιλέως [c] γῆν τὴν πολλήν· καὶ ἐν ἐκείνῃ γε ἔμεινεν εὖ ποιῶν. ἐγὼ γ' ἂν θαπτοίμην αὐτὸν ἔτι καλαλιπὼν τοὺς ἀθλίους Ἀθηναίους ἐν [d] Νισίβει, ἀπῆλθον ἀκριβῶς εἰδὼς καὶ ὅσα ἀπελ-

& *Romanorum, ut inter se pugnarunt; initio facto ab eo inde tempore, quo conflatum est.* Ut post tale initium, quid reliqua tibi dicam, quomodo in Armenia concionatus sit, in medium producto ipso Corcyraeorum oratore? aut qualem Nisibenis, qui Romanas partes non essent secuti, pestilentiam immiserit, sumtam mutuo confertim totam a Thucydide, excepto solo *Pelasgico*, & *longis munitionibus*, in quibus habitabant qui tum laboraverant pestilentia. Caeterum etiam *inceperat ab Aethiopia*, ita ut deinde *in Aegyptum descenderet, & in Regis terras multas*, & bonum factum, quod in illis mansit. Equidem sepelientem illum in Nisibi miseros Athenienses relinquens discessi, cum accurate nossem, quae

a Ξυνισαμβώσας] Sic *Fl. J. P.* aliaeque. Καθισαμβώσας *Thucyd.* b Οἱ τότε] Probat *Fl. J. P.* Ὁπότε W. male. c Γῆν] Τὴν βασ. τὴν γῆν τὴν. W. d Νισίβει] Νισίδι W. Sed fuit Νισίβει.

πωλούτολις reponendum erit in *Almelovenii* nota, quam ita exhibeo ut in *Graev.* editione exstat. At posteriore modo scribit *Strabo* L. XII. p. 841. (al. 562.) Error autem Benedicti inde ortus quod in nonnullis Edd. Πομπηίου πολίτης, disjunctim scriptum, vel duobus tamen accentibus. In *Junt.* vero recte erat, ut dedimus. *J. F. R.*

Ibid. Πομπηιοπολ.] Duae hujus nominis urbes memorantur: altera in Cilicia, in Paphlagonia altera. De posteriori intelligo. *M. du S.*

67. Κερκυραῖον . . ῥ.] Armenium oratorem indicare videtur, qui a Romanis auxilium iisdem verbis peteret, quibus Corcyraei apud *Thucydidem* ab Atheniensibus petunt. V. *Thuc.* l. c. &, si lubet, *Petit.* περὶ κερκυραϊκῆς μάχης. 239. *M. du S.*

Κερκυραῖον . . ῥήτορα] Vid. *Thucyd.* I. 32. adscripserat *M. du S.* Et mox ad vers. seq. vid. *Thucyd.* II. 17. Et post tres versus rursum *Thucyd.* II. 48. nempe ad verba: ἀπὸ Αἰθιοπίας ἤρξατο. *J. F. R.*

68. Νισιβηνοῖς] Nisibis prius Antiochia Macedoniae dicta, ultra Euphraten sita erat. De hac urbe *Xiphil.* in Traj. 249. & 251. C. & Illustr. *Spanhem.* 605. *M. du S.*

71. Πελασγικοῦ] Vid. *Thucyd.* II. 17. qui nefas duxisse Athenienses observat in eo loco quemquam habitare, quem tamen scrupulum necessitas obsidionis exemit. Adde *Plin.* VII. 56. *Paus.* Att. *Plut.* Them. *App.* Mithr. De μακρ. τειχ. Vid. *Thucyd.* I. 96. 107. II. 13. *M. du S.*

72. Λοιμοξαντες] Vid. infra *Alex.* c. 36. *J. F. R.*

73. Ἀπὸ Αἰθιοπίας] Cur autem ex Aethiopia usque migrator ille petierit, aperiet lectus *Thucydides* (II. c. 48. p. 111.) Apud hunc enim initium pestis illius, ex Aethiopia, quae per Aegyptum grassata, ac Lybiam, Persarumque imperium in Athenienses tandem irruit: quod insultus hic scriptor secutus, contra fidem historiae ad sua tempora transtulerat. Coepit enim Seleuciae, vid. *Capitol.* in Vero c. 8. & in eum locum *Salmasii* notas; & *Amm. Marcell.* Quae res observata Medico summo hujus aetatis *Richardo Mead* persuasit, Pestem esse morbum Africanum, qui aliis in regionibus nunquam nascatur, sed ex Aethiopia ad alias gentes, si res recte investigetur, semper per contagium perlatus inveniatur. Vide Librum quem Anglice *de Peste* edidit, Latine etiam in exterorum gratiam in Hollandia excusum. *M. du S.*

75. Ἐν ἐκείνῃ γε ἔμεινεν] Hoc quid velit, & quam callide a *Luciano* hic additum sit, haud facile intelliget, cui temporis illius historia menti non obversabitur. Non constitit enim illic pestis, quam vanus ille scriptor in hostes Romanorum solos immiserat, sed a Veri exercitu in Occidentem illata, per Italiam, Germaniam, alias credo etiam Europae regiones grassata est, teste *Capitolino* in M. Aurel. c. 13. De ea intellige etiam, quae in Ἀλεξ. leges c. 36. Credo itaque cum haec scriberet Lucianus, coepisse jam apud Romanos pestem illam; indeque factum, ut sic ironicas gratias Historico illi ageret, qui eam tam caute in Mesopotamiae finibus desiisse fecerat. *M. du S.*

77. Ἀθηναίους] Athenienses urbane admodum vocat, qui revera Romani erant, quia a Thucydide omnia mutuabatur fatuus ille, apud quem Athenienses moriebantur. Nemo ergo de emendatione cogitet textum depravaturus. *M. du S.*

80. Ἐπισιτῶς] *Valde.* *F. G.*

Ἐπισιτῶς] Vid. Schol. ad *Gall.* c. 23. ubi ἐπισιτῶς *tenus.* & *Parasit.* c. 48. *M. du S.*

Ἐπιπη-

que etiam poſt meum diſceſſum dicturus erat. Nam rurſus hoc etiam valde frequens nunc eſt, uti putent hoc eſſe Thucydideis ſimilia dicere, ſi quis paucis immutatis ipſa illius verba dicat, etiam minuta illa, *Ut ipſe quoque dicas*, *Non propter eandem*, *profecto*, *Et illa parum aberat quin omitterem*. Idem enim hic ſcriptor multa etiam armorum & machinarum genera, ut Romani illa nominant, ita retulit, *foſſam* ut illi, & *pontem*, & ſimilia *dixit*. Et cogita mihi, quae ſit hiſtoriae dignitas, & quam deceat Thucydidem, inter Attica nomina Italica iſta interpoſita eſſe, quae purpurae inſtar ornatum addant, ac decentiam, omninoque conſentiant.

21. Et haec dicens quaerit enſem, inermis ipſe, cum filio in omnibus confideret. Sed ne hic quidem illi defuit: olim autem erat a me ille praeparatus, & ad facinus futurum relictus. Extrahens nempe de caede & vulnere gladium, *Paullo ante*, inquit, *me interfeciſti, nunc vero recrea, gladie; veni lugenti patri ſolatium, & infelicem manum ſenilem adjuva: macta, tyrannum interfice, luctu libera; utinam prius in te incidiſſem! utinam ordinem caedis praecepiſſem! mortuus eſſem, ſed ſolum ut tyrannus, ſed*

καλαλιπὼν δὲ τὸν ὑποκριτὴν τὸν νεκρὸν, καὶ τὴν σκηνὴν, καὶ τὸ ξίφος, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ δράματος· ὑπισχνεῖται δ' ἐκεῖνος, καὶ ἰδὼν υἱὸν, ὃν εἶχε μόνον ὀλίγου ἐμπνέοντα, κεκαγμένον, ἐμπεπλησμένον τοῦ φόνου, καὶ τὰ τραύματα συνεχῆ, καὶ πολλὰ, καὶ χαλεπὰ, ἀνεβόησε τοῦτο, Τέκνον, ἀνηρήμεθα, πεφονεύμεθα, τετυραννοκτονήμεθα, ποῦ ὁ σφαγεύς; τίνι με τηρεῖ; τίνι με φυλάττει; ἀλλὰ σοῦ, τέκνον, προαπηρτισμένον ἢ μήτι ὡς γέροντος ὑπερφρονεῖ; καὶ τῇ βραδύτητι χολάζειν δέον, καὶ παρατείνει μοι τὸν φόνον, καὶ μακροτέραν μοι τὴν σφαγὴν ποιεῖ;

Καὶ ταῦτα λέγων, ἐζήτει τὸ ξίφος· αὐτὸς γὰρ ἄνοπλος ἦν, ἅτε τὰ πάντα τῷ παιδὶ θαρρῶν. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἐνεδέησε, πάλαι δ' ἦν ὑπ' ἐμοῦ καὶ τοῦτο [f] προπαρεσκευασμένον, καὶ πρὸς τὸ μέλλον τόλμημα καλαλελειμμένον. ἀποσπάσας δὴ τοῦ σφαγῆς, καὶ τῷ τραύματι ἐξελὼν τὸ ξίφος, φησὶ, Πρὸ μικροῦ μὲν με ἀπέκτεινας, νῦν δ' ἀνάπαυσον ξίφος, παιδὶ πενθοῦντι πατρὶ θαμύθιον ἐλθὲ, καὶ προθυμικῇ χειρὶ δυστυχούσῃ συναγώνισαι, ἀπόσφαξον, τυραννοκτόνησον, καὶ τοῦ πενθεῖν ἀπάλλαξον, εἴθε σ πρώτως σοι ἐνέτυχον, εἴθε τὴν τάξιν πρῶτος ἔλαβον τοῦ φόνου, ἀπέθανον ἂν, [h] ἀλλ' ἢ ὡς τύραν-

[f] Προπαρεσκ.] Προπαρασκ. male *Fl.* Reliquae recte, ut edidi. [g] Πρώτως] Forſan πρῶτος. [h] Ἀλλ' ἤ] Hanc eſſe conſtantem lect. notat *M. du S.*

ὁ παιδίσκος, ut interpres expoſuit. *F. G.*

Τετρωτοκόμους] Non adeo deſideratur οὓς vel παιδίσκους, quam intelligitur ex antecedentibus & conſequentibus. Nexus enim orationis eſt: Ἐπεὶ γὰρ φονεύομαι, ὁ μὲ ἀνεβόησεν. Niſi malis mecum articulum addere, ὁ φονεύομαι legendo, ut ſic plenius eidem reſpondeat repetitum deinde ὁ μὲ, quod ἐπανόδῳ inſervit, propter inſertas illas caedis rationes, ſenſum ſuſpendentes. *J. F. R.*

24. Προπαρεσκ.] Vid. ſi operae eſt, ſimilem lapſum complurium Editionum, προπαρασκ. pro προπαρεσκ. exhibentium infra in *Lexiph.* c. 24. Hic enim augmentum ab Auctore fuiſſe neglectum, non credo, etſi ſupra exemplorum ſatis dedimus, ubi id ſtudio fecerint auctores. *J. F. R.*

33. Πρώτως] Legendum omnino aut πρῶτος aut πρώτῳ, ſed illud concinnius videtur. *M. du S.*

34. Ἤ] Delendum iſtud ἤ, ut ineptum. *M. du S.*

Ibid. Ἀλλ' ἤ] *Solanus* particulam ἤ deletam cupit; Nec ego deſiderarem, ſi abeſſet; Verum, etſi ἀλλ' ἤ etiam pro ἀλλὰ μόνον accipiatur, ut *Viger.* de partic. ex *Ariſtoph.* Εἰρην. docet, quid prohibet μόνον vel ἤ per pleonaſmum addi. Nam & alibi abundat ἤ, in alio locutionis genere, ut *Æſop.* fab. 2. Aquil. & Scarab. ὁρκίζων αὐτὸν κατὰ τῆς μιγίστου Διὸς, ἢ μὴν μὴ καλαφρονῆσαι τὴν μικρότητος αὐτοῦ. Sic ſine accentu ἤ legitur in mea Edit. Æſopi. Sed ἤ μὴν in jurandi formulis uſitatum circumflecti ſolet; quare & forſan hic ſcribendum ἀλλ' ἤ ut ſignificet *certe quidem*, cujus ſignificatus exempla *Stephan.* jam dedit in Theſ. *J. F. R.*

τύραννον μόνον, ἀλλ' ἔτι νομίζων ἕξειν ἔτι-
δικον. νῦν δ' ὡς ἄτεκνος, νῦν δ' ὡς οὐδὲ φο-
νέως εὐπορῶν· καὶ ταῦθ' ἅμα λέγων, ἐπῆγε
τὴν σφαγὴν, τρέμων, καὶ δυνάμενον, ὀπιθυ-
μοῦν μὲν, ἀσθενῶν δὲ πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν
τοῦ τολμήματος.

patrem habiturum me vindicem: nunc vero ne orbus, nunc ut is cui ne interfectoris quidem sit copia. Dum haec dicit, urget caedem, tremens, *perficere* nequiens, cum cuperet ille quidem, sed viribus ad ministerium conatus deficeretur.

Πόσαι κολάσεις ταῦτα; πόσα τραύματα; πόσοι θάνατοι; πόσαι τυραννοκτονίαι; πόσαι δωρεαί; καὶ τέλος, ἑωράκατε πάντες τὴν μὲν νεανίαν προκείμενον, οὐδὲ μικρὸν, οὐδ' εὐκαταγώνιστον ἔργον. τῷ πρεσβύτῃ δὲ αὐτῷ περικεχυμένον, καὶ τὸ αἷμα ἀμφοῖν ἀναμεμιγμένον, τὴν ἐλευθέριον ἐκείνην, καὶ ὀπτανίκιαν σπονδὴν, καὶ τὰ ἔργα τοῦ ξίφους τοῦ ἐμοῦ· αὐτὸ δὲ τὸ ξίφος ἐν μέσῳ ἀμφοτέρων ὀπτιδεικνύμενον, ὡς οὐκ ἀνάξιον γεγενημένον τοῦ δεσπότου, καὶ [a] μαρτυρόμενον ὅτι μοι πιστῶς [b] διακονήσαιτο, τοῦτο ὑπ' ἐμοῦ γενόμενον, μικρότερον ἦν. νῦν δὲ λαμπρότερόν ἐστι τῇ καινότητι. καὶ ὁ μὲν καθελὼν τὴν τυραννίδα πᾶσαν, εἰμὶ ἐγὼ· μεμέρισται δ' ἐς πολλοὺς τὸ ἔργον, ὥσπερ ἐν δράμασι. καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐγὼ ὑπεκρινάμην, τὰ δεύτερα δὲ ὁ παῖς, τὰ τρίτα δὲ ὁ τύραννος αὐτός· τὸ ξίφος δὲ πᾶσιν ὑπηρέτησεν.

22. Quot hae sunt poenae? quot vulnera? quot mortes? quot tyrannicidia? quot praemia? Denique vidistis omnes juvenem quidem jacentem in conspectu, opus neque parvum, neque superatu ita facile; senem autem illi circumfusum; permistum utriusque sanguinem, libationem Liberatori Jovi sacram pro victoria; eaque gladii mei opera, ipsumque adeo gladium in medio utriusque ostentantem se, quam non indignus fuerit domino, testantemque, fideliter se mihi ministrasse. Hoc *universum* mea manu factum, minus futurum erat. Jam ipsa novitate clarius est. Ac destructor totius tyrannidis ego sum: opus autem ipsum in plures descriptum, ut in fabula: primarum partium actor ego, secundarum filius, tertiarum ipse tyrannus, gladius ministravit universis.

[a] Μαρτυρόμενον] Sic *F. Fl. Bz. H. P. S.* Immo & *Ald.* & *Fr.* Forsan tamen *μαρτυρούμενον* legend. [b] Διακονήσαιτο] Διακονήσαιτο *Fl.*

37. Ἐπῆγε τὴν σφαγὴν] Vertitur: *gladium adegit.* Sed vertendum, *caedem accelerabat*, ac pro ἐπῆγε ἐπεῖ-γε legendum. R. G.

Se-

Sequebatur in Parisina Editione Declamatio D. *Erasmi Rotterodami*, non illa quidem e Graeco conversa, sed quae superiori Declamationi Lucianeae respondeat. Verum quia ad opera LUCIANI non pertinet, eam ad calcem operis rejecimus.

ABDICATUS. ΑΠΟΚΗΡΥΤΤΟΜΕΝΟΣ.

ARGUMENTUM.

Abdicatus aliquis Medicinam didicit. Patrem furiosum, & ab aliis relictum medicis cum medicamento dato sanasset, receptus est in familiam. Post haec novercam furiosam sanare jussus, *cum non pareret*, *denuo* abdicatur.

Ἀποκηρυχθείς τις, ἰατρικὴν ἐξέμαθε· μανέντα τὸν πατέρα, ἐκ τοῦ τῶν ἄλλων ἰατρῶν ἀπεγνωσμένον ἰασάμενος φαρμάκοις δόσει, ἀπελήφθη αὖθις εἰς τὸ γένος. μὴ ταῦτα, μεμηνῖαν τὴν μητρυιὰν ἰάσασθαι κελευόμενος, [b] ἀποκηρύττεται.

NOn nova ista, Judices, aut praeter spem a patre jam fiunt, neque nunc primum sic irascitur; sed in promtu illi ista lex, consueto more ad hoc venit tribunal. Illa autem nova mea nunc est infelicitas, quod proprium quidem crimen non habeo, sed artis subire poenam periclitor, si ea non potest per omnia istius imperiis obsequi. Quo quid fieri potest absurdius? curare pro imperio, non jam quantum ars

ΟΥ καινὰ μὲν ταῦτα, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὐδὲ παράδοξα, τοῦ πατρὸς ἐν τῷ παρόντι γιγνόμενα· οὐδὲ νῦν πρῶτον τὰ τοιαῦτα ὀργίζεται, ἀλλὰ πρόχειρος ἔστιν ὁ νόμος αὐτῷ, καὶ συνήθως ὅπου τοῦτ' ἀφικνεῖται τὸ δικαστήριον. ἐκεῖνο δὲ χαλεπώτερον τῶν δυστυχῶ, ὅτι ἔγκλημα μὲν ἴδιον οὐδὲ ἔχω, κινδυνεύω δὲ τιμωρίαν ὑποσχεῖν ὑπὲρ τῆς τέχνης, εἰ μὴ πάντα δύναμαι πείθεσθαι τούτῳ κελεύοντι· ἢ τί γένοιτ' ἂν ἀτοπώτερον; θεραπεύειν ἐκ προστάγματος,

a Ἐξέμαθε] Ἔμαθε C. b Ἀποκηρύττεται] Ἀποκηρύττων ἀπῆλθε. vult *Jensius*. Nihil vero a vulgata abeunt Edd. & C.

Ἀποκηρυχθείς τις] Eadem species tractatur in *Senecae* Exc. Controv. 4, 5. *J. M. G.*

Ἰάσασθαι κελεύοντος, ἀποκηρύττεται] Quis non videt haec ultima esse imperfecta? Neque enim quia novercam jubebatur sanare, denuo potuit abdicari; quod foret frivolum, ut nihil supra; sed quia furentem sanare jussus, id recusavit. Hic simplex est status quaestionis, qui subsequenti libello passim declaratur. c. 22. ita loquentem legimus patrem: Θεραπεύσω πρεσβυτέρους ἢ δήλους, ἢ ἀφεὶς τοῦτ' ἂν ἔξεις εἴης ἀποκηρύξας, *Medicinam adhibere jussus, non vis; ac properem quidem abdicatione dignus fis, at qui patri non obedias.* Hinc locum in argumento hunc dubie imperfectum possumus instaurare: Μετὰ ταῦτα, μεμηνῖαν τὴν μητρυιὰν ἰάσασθαι κελεύσαντος, ἀπειθῶν, ἀποκηρύττεται. *Post novercam insanientem sanare jussus, neque obtemperans, abdicatur.* Et, ut puto, vox ἀπειθῶν exciderat. *J. F.*

4. Τὰ τοιαῦτα ὀργίζεται] Jubebat *Solan.* in marg. conferri *Prometh.* c. 6. Sed cum aliter distribuerit capita *Hemsterhusius*, vide jam cap. sive §. 9. f. ibique varias lectt. & notas *Graevii*, *Solani*, & *Hemsterhusii*, & cognosces ὀργάζεται atque ὀργίζεται saepe commutari. Verum ut ibi pro ὀργάζεται dederunt ὀργίζεται, ita hic viciissim ὀργάζεται quis mallet, qui non contulerit sequentia. At si mox videas verba, τοὺς ἀδίκως ὀργιζομένους, idemque repetitum in c. 3. & 8. non dubitaveris ὀργίζεσθαι & hic verum esse. *J. F. R.*

νό. Τῶν

τῷ, οὐκ ἐφ' ὡς ἡ τέχνη δύναται, ἀλλ' ὡς ὁ πατὴρ βούλεται· ἐβουλόμην μὲν οὖν τ' ἰατρικὴν, καὶ τοιοῦτόν τι ἔχειν φάρμακον, ὃ μὴ μόνον τοὺς μεμηνότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀδίκως ὀργιζομένους παύειν ἐδύνατο, ἵνα καὶ [a] τοῦτο τὸ τοῦ πατρὸς νόσημα [b] ἰασαίμην· νυνὶ δὲ τὰ μὲν τῆς μανίας αὐτῷ τέλεον πέπαυται· τὰ δὲ τῆς ὀργῆς μᾶλλον ἐπιτείνεται. καὶ τὸ δεινότατον, τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι σωφρονεῖ, κατ' ἐμοῦ δὲ τοῦ θεραπεύσαντος μόνου μαίνεται. τὸ μὲν οὖν μισθὸν τῆς θεραπείας ὁρᾶτε οἷον ἀπολαμβάνω, ἀποκηρυττόμενος ὑπ' αὐτοῦ πάλιν, καὶ τοῦ γένους ἀλλοτριούμενος δεύτερον, ὥσπερ ἀφ' οὗ τοῦτ' ἀναληφθεὶς πρὸς ὀλίγον, ἵν' ἀτιμότερος γένωμαι πολλάκις ἐκπεσὼν [c] τῆς οἰκίας.

Ἐγὼ δὲ ἐν μὲν τοῖς δυνατοῖς οὐδὲν κελευσθῆναι θέλω· πρώην γοῦν ἄκλητος ἦλθον ἐπὶ [d] βοήθειαν· ὅταν δέ τι ᾖ τελέως ἀπεγνωσμένον, οὐδ' ἐπιχειρεῖν βούλομαι. ἐπὶ δὲ τῇ γυναικὸς ταύτης εἰκότως, καὶ ἀτολμότερός εἰμι. λογίζομαι γὰρ οἷα πάθοιμ' ἂν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀποτυχών· ὃς οὐδ' ἀρξάμενον τῆς θεραπείας, ἀποκηρύττομαι. ἄχθομαι μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἐπὶ τῇ μήτρυιᾷ, χαλεπῶς ἐχούσῃ, χρηστῇ γοῦν ἦν· καὶ ἐπὶ τῷ πατρὶ δὲ ἐκείνην ἀνιῶμαι. τὸ δὲ μέγιστον, ἐπ' ἐμαυτῷ. ἀπειθεῖν δοκοῦντι, καὶ [e] προστάττομαι ὑπουργεῖν οὐ δυνα-

potest, sed ut vult pater. Vellem igitur medicina tale quoque medicamentum haberet, quod non furiosos solum, verum etiam injuste irascentes posset liberare, quo patris etiam hunc morbum sanarem. Jam vero furiosus ille morbus plane desiit; iracundus vero magis intenditur, & quod gravissimum est, aliis sapit omnibus, contra me vero, qui sanavi, solum furit. Quam igitur curationis mercedem accipiam, videtis, qui denuo ab illo abdicor, familia iterum excludor, quasi ea ipsa causa ad breve tempus receptus, ut tanto fiam inhonestior domo ejectus saepius.

2. Ego vero in his quae possum, imperia non exspecto, quare nuper invocatus veni ad auxiliandum. Ubi vero aliquid est plane desperatum, neque admovere manum volo. In hac muliere autem merito minus etiam audeo. Reputo enim, quae a patre mihi impendeant, si excidam, qui nondum coepta curatione abdicor. Quare graviter equidem fero, judices, novercae morbum, (bona enim erat) & patris ob eam rem tristitiam; maxime vero, quod ipse obsequium recusare videor, cum quae imperantur ministrare, tum ob morbi magnitudi-

a Τοῦτο τὸ τοῦ π.] Sic *Fl.* Τὸ τοῦ π. reliquae Edd. omisso τοῦτο. b Ἰασαίμην] Sic *J. P. H.* &c. quibus adstipulatur P. Ἰασάμην Ex. *Fl.* c Τῆς] Ita bene *P. B2. Fr. S. A.* Τοῦς male *J. Ald. Fl. H.* d Βοήθειαν] Τὴν βοηθ. *H2.* e Ὑπουργεῖν] Sic *J. H.* &c. Ὑποργ. *P.*

16. Τοῦτο τοῦ π. τὸ νόσημα] Ed. *Fl.* hic secutus sum. *M. du S.*

27. Τῆς οἰκίας] Antiquiores Edd. τοῦς, male. Vid. Ἀλεξ. c. 19. ἐκπεσὼν τ' οἰκίας. *M. du S.*

29. Πρόσω — ἐπὶ βοήθειαν] Conf. mox c. 13. νῦν δὲ σωτῆρα ἀναγκος &c. *M. du S.*

61. Προεωρώμην δὲ — μὴ δὴ ὀργιζοῖς &c.] Pro Μὴ δὴ *Marcilius* legit μὰ Δί'. Multum, fateor, hic debemus *Marcilio*, qui si minus ipse veram dat lectionem, tamen ad veram, quantum apparet, aditum facit. Legendum scilicet νὴ Δί'. Numquam fere Μὰ Δί', nisi si vel sequatur, vel intelligatur negatio, μ- surpant Graeci. Sequitur quidem & hic negatio, at eam ad μὰ Δί' referri non posse, clarum est. Periodi hujus sensus paullo difficilior fugit Interpretem. Abdicatus dixerat, se, ubi primum a patre abdicatus esset, bono animo excessisse domo, reliqua vivendi ratione ostensurum, se falso a patre fuisse insimulatum; nec non studiis honestissimis operam daturum. *Praevidebam autem tale quid*, inquit, *& profecto suspecta mihi erant patris mei, ut qui non satis firma esset mente, injusta ira, & calumniae contra filium structae (nec deerant, qui haec furoris principium existimarent) & minae, & velitatio mali, haud ita multo post in-*

va-

dinem, tum propter imbecillitatem artis, non possum. Verum enim vero justum non arbitror abdicari eum, qui, quae facere non potest, ea nec omnino promittat.

μένῳ, [f] καὶ δι' ὑποβολὴν τοῦ νόσου, καὶ ἀσθένειαν τῆς τέχνης. πλὴν ὅ δίκαιον οἶμαι ἀποκηρύττεσθαι, τὰ μὴ δύνασθαι ποιεῖν, μηδὲ τὴν ἀρχὴν ὑπισχνούμενον.

3. Propter quas causas prius me abdicaverit, facile ex praesentibus perspicitur. Ego vero ad illas quidem, ut puto, satis respondi ipsa vita, quae insecuta est: atque ea, quae nunc dat crimini, quantum potero, diluam, paucula de meis rebus ubi vobis enarravero. Ego enim ille intractabilis & refractarius, pudore ille patrem afficiens & indigna genere nostro perpetrans, tum quidem, multum illa & contenta voce clamanti, pauca reponenda putabam. Egressus autem domo judicium mihi magnum, & suffragium verum fore sperabam vitam post ea agendam, si appareret multum me a patris illis criminibus abesse, qui & in optimis studiis elaborarem, & cum *viris* versarer optimis. Praevidebam vero etiam tale quiddam, & suspicabar jamtum illud non satis mente constantis patris *indicium*, quod injuste irasceretur, & falsa contra filium crimina componeret. Et errant, qui furoris initium ista putarent, & minas, & quaedam quasi praeludia mali non multo post ingruentis, odium irrationale, legem immitem, convicia in promtu,

45 Δι' ἃς μὲν οὖν αἰτίας καὶ πρότερον ἀπεκήρυξέ με, ῥᾴδιον συνιδεῖν ἐκ τοῦ παρόντος. ἐγὼ δὲ καὶ πρὸς ἐκείνας μέν, ὡς οἶομαι, ἱκανῶς τῷ μὴ ταῦτα βίῳ ἀπελογησάμην, καὶ ταυτὶ δὲ, ἃ νῦν ἐγκαλεῖ, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, [g] ἀπολογήσομαι, μικρὰ ὑμῖν διηγησάμενος τοῦ ἐμοῦ. ὁ μὲν δυσάγωγος καὶ δυσπειθὴς ἐγὼ, ὁ καταισχύνων τὸν πατέρα, καὶ ἀνάξια πράττων τοῦ γένους, τότε μὲν αὐτῷ τὰ πολλὰ ἐκεῖνα βοῶντι καὶ ἀγανακτοῦντι, ὀλίγα χρῆναι ἀντιλέγειν ᾠόμην· ἀπελθὼν δὲ τῆς οἰκίας, ἐνόμιζόν μοι δικαστήριον ἔσεσθαι μέγα, καὶ ψῆφον ἀληθῆ, τὸν μὲν ταῦτα βίον, καὶ τὸ φαίνεσθαι πάμπολυ τοῦ τοῦ πατρὸς ἐγκλημάτων ἐκείνων ἀφεστηκότα, καὶ πρὸς τὰ κάλλιστα τῶν ὑπὸ πεπαιδευμένων ἐσπουδακότα, καὶ τοῖς ἀρίστοις συνόντα. προεωρώμην δὲ καὶ τοιοῦτόν τι, καὶ ὑπώπτευον [h] ἤδη, ὡς ὁ σφόδρα [i] καθεστηκότος πατρὸς, ἀδίκως ὀργίζεσθαι, καὶ ἐγκλήματα ψευδῆ καθ' υἱοῦ συντιθέναι· καὶ ἦσάν τινες, οἱ μανίας ἀρχὴν ταῦτ' εἶναι νομίζοντες, καὶ ἀπειλὴν, καὶ ἀκροβολισμὸν, οὐκ εἰς μακρὰν ὑπιόντος τοῦ κακοῦ, μῖσος ἄλογον, καὶ νόμον ἀπηνῆ, καὶ βλασφημίας προχείρους, καὶ δικαστήριον σκυ-

f Καὶ] Comparet in *J. H. P.* aliisque; abest a *Fl.* *g* Ἀπολογήσομαι] Ἀπολύσομαι marg. *Ald. W.* *h* Ἤδη] Sic *J. Pell.* Μὴ δὴ Edd. priores. Μὰ Δί *Marcil.* *i* Καθεστηκότος] Sic Edd. *J. Fl. H. P.* &c. Καθεστηκότος P.

vasuri, *odium sine causa*, &c. ἀδίκως ὀργίζεσθαι & ἐγκλήματα ψευδῆ συντιθέναι tamquam substantiva sunt considerandа; veluti saepe infinitivi, etiam sine, caeteroquin solenni, articulo sumuntur. *J. J.*

Προεωρώμην δὲ καὶ — συντίθεσθαι] Locus hic sanus non videtur. *F. G.* Ita in nott. Mss. *Gujeti* conscriptum invenio; nempe συντίθεσθαι pro συντιθέναι, quod unde habeat, non video; συντιθέναι enim ubique constanter invenio; sed forte est aberratio ejus qui has notas descripsit, & menda quam *Gujetus* indicare voluit, latet in μὴ δὴ quod h. l. pro ἤδη legebatur in Edd. de quo statim agetur. *J. F. R.*

62. Καὶ ὑπώπτευον μὴ δὴ ὡς ὁ σφόδρα] Καὶ ὑπώπτευον, μὰ Δί', ὡς ὁ σφόδρα. Similis menda etiam *Demosthenis* Olynthiaca II. quae vulgo I. numeratur, ad quam ea de re dixi. *Th. M.*

Καὶ ὑπώπτευον μὰ Δί'] Non modo *Marcilianam* illam emendatam a *Jensio* conjecturam probo, sed illud insuper arbitror, excidisse articulum τὸ ante ἀδίκως, quo restituto omnia recte cohaerebunt. Ita certe interpretatus sum. *J. M. G.*

Ibid. Μὴ δὴ] Alii aliter: ego ἤδη legendum censeo. Vide tamen Ὀρχ. c. 83. *M. du S.*

Ibid. Ἤδη] Μὰ Δί recte *Gesn. profecto* verterat; sed quia ἤδη ex Cod. est, id recepi, & *jam tum* reposui. *J. F. R.*

68. Καὶ νόμον] *Mores*, vertebatur. Verte, *legem asperam*. *F. G.*

σκυθρωπὸν, καὶ βοὴν, καὶ ὀργὴν, καὶ ὅλως, χολῆς μεστὰ πάντα. διὸ δὴ τάχα μοι καὶ ἰατρικῆς δέήσειν ποτὲ προσεδόκων.

triste judicium, & clamorem, & iram, & omnino bile plena omnia. Propter haec fane, opus mihi forte aliquando medica arte futurum, exspectabam.

4. Ἀποδημήσας οὖν, καὶ τοῖς εὐδοκιμωτάτοις τῶν ἀλλοδαπῶν ἰατρῶν συγγενόμενος, καὶ πόνῳ πολλῷ, καὶ [a] προθυμίᾳ λιπαρεῖ χρησάμενος, ἐξέμαθον τὴν τέχνην. ἐπανελθὼν δὲ, καλαλαμβάνω τὸν πατέρα, σαφῶς ἤδη μεμηνότα, καὶ τοῦτο τῶν ἐπιχωρίων ἰατρῶν ἀπεγνωσμένον, οὐκ ἐς βάθος ὁρώντων, ἀλλ' ἀκριβῶς [b] φιλοκρινούντων τὰς νόσους· πλὴν ὅσόν γε εἰκὸς ἦν ποιεῖν χρηστὸν υἱὸν, οὔτε ἐμνησικάκησα τῆς ἀποκηρύξεως, οὔτε μετάπεμπτος γενόμενος ὠκνέμενα. οὐδὲ γὰρ εἶχόν τι αὐτῷ ἴδιον ἐγκαλεῖν, ἀλλὰ πάντα ἐκεῖνα ἦν ἀλλότρια τὰ ἁμαρτήματα, καὶ ὥσπερ ἔφην ἤδη, τῆς νόσου. παρελθὼν οὖν ἄκλητος, οὐκ εὐθὺς ἰασάμην· οὐ γὰρ οὕτω ποιεῖν ἔθος ἡμῖν, οὐδὲ ταῦτα ἡ τέχνη παραινεῖ, ἀλλὰ πάντων πρῶτον διδασκόμεθα συνορᾶν εἴτε ἰάσιμόν ἐστι τὸ νόσημα, εἴτ' ἀνήκεστον, καὶ γινώσκοντας τοὺς ὅρους τῆς τέχνης. καὶ τιμιαῦτα, ἢν μὲν εὐμεταχείριστον ᾖ, ἐπιχειροῦμεν, καὶ πᾶσαν σπουδὴν ἐσφερόμεθα σῶσαι τὸν νοσοῦντα· ἢν δὲ κεκραλικὸς ἤδη, καὶ νενικηκὸς τὸ πάθος ἴδωμεν, οὐδὲ τὴν χεῖρα προσαπτόμεθα, νόμον τινὰ παλαιὸν τῶν προπατόρων τῆς τέχνης ἰατρῶν φυλάττοντες, οἳ φασι μὴ δεῖν ἐπιχειρεῖν τοῖς κεκραλημένοις. ἰδὼν οὖν τὸν πατέρα ἔτι ἐντὸς τῆς ἐλπίδος, καὶ τὸ πάθος οὐχ ὑπὲρ τὴν τέχνην ἐπιπολὺ τηρήσας, καὶ ἀκριβῶς ἐξετάσας ἕκαστον, ἐπεχείρουν ἤδη, καὶ

4. Peregrinatus ergo, & probatissimorum apud exteros medicorum consuetudine, tum labore multo & studio indefesso usus, artem perdidi. Redux patrem invenio, aperte jam furentem, & a patriis medicis depositum, qui scilicet intima non perviderent, neque accurate satis morbos discernerent. Verum quod decebat facere filium bonum, neque abdicationis memoriam adhibui, neque dum arcesserer expectavi. Neque enim proprium quidquam ipsius, quod accusarem habebam; sed aliena illa peccata erant omnia, atque ut modo dicebam, morbi. Accedens igitur invocatus, non statim curavi, neque enim mos est nobis ita facere, neque ars hoc praecipit, sed docemur primo omnium considerare, sanabilisne sit morbus, an incurabilis, & fines artis egressus? ac tum, si tractabilis sit, manum admovemus, & diligentiam adferimus omnem ad servandum aegrotum. Sin videamus superasse morbum ac vicisse, omnino non aggredimur, servantes legem antiquam progenitorum artis medicae, qui negant manum admovendam his, qui superati jam sint. Videns igitur patrem intra spem, malum artis fines non multum egressum, observatis & accurate exploratis omnibus, manum jam admovebam, audacter

a Προθυμίᾳ] Προμηθείᾳ *Fl.* & L. Sed cum vulgata nostra faciunt *J. H.* & Cod. P. b Φιλοκρινούντων] Φαλαρ. male *Fl.*

80. Φιλοκρινούντων] * Διακρινόντων. δοκιμαζόντων ἀξιόχρεως. *V.*

* Φιλοκρινόντων pro φιλοκριτόντων editum erat, errore orto a simili sono sequentis verbi διακρινόντων; quare id mutavi. *J. F. R.*

80. Φιλοκρινούντων] Conf. infra *Phalar.* 2. §. 9. *M. du S.*

97. Προπατόρων] Non ineptum quidem loquendi genus, pro auctore, inventore patrem dicere; ab egestate tamen profectum, ut judicat Cl. *Casaub.* ad Athen. I. 1. Ἀθήναιος μὲν ὁ τῆς βίβλου πατήρ, dicens: Non ha-

der infundebam medicamentum; multis licet praesentium suspectam dationem habentibus, calumniantibusque curationem, & ad accusandum se parantibus.

5. Aderat etiam noverca metuens ac diffidens, non quod odio me haberet, sed quod metueret, & male illum habere, accurate sciret. Sciebat enim sola omnia, quae semper una, & in convictu quasi morbi esset. Verum enim vero nihil ego deterreri me passus, qui scirem, non futurum ut signa me fallerent, ut ars me proderet, curationem, quo tempore coeperam, ursi: licet consulentibus mihi amicis quibusdam, ne auderem, ne frustratus eventus calumniam mihi quandam induceret majorem, ut qui ulcisci vellem patrem medicamento, & memoriam adhiberem eorum, quae ab illo passus essem. In summa, salvus ille mox esse, resipiscere, dignoscere omnia: laudare noverca, & palam gaudere, quod bene audirem ego, quod ille resipuisset. Hic igitur, testari hoc ipsi possum, neque cunctatus, neque adhibito consiliario, cum audisset ab his, qui adfuerant omnia, solvit abdicationem, filium me sibi de novo adsumsit, servatorem & bene meritum appellans, fassus experimentum se jam certum habere, excusans illa superiora. Id factum exhilaravit quidem multos, qui aderant viri boni, contristavit autem, quibus abdicatio filii jucundior receptione fuerat. Videbam igi-

τὸ φάρμακον τεθαῤῥηκότως [c] ἐνέχειν, καί στοι πολλοὶ τ' παρόντων ὑπώπτευον τ' δόσιν, καὶ τ' ἴασιν διέβαλλον, ᾗ πρὸς καλλιγορίας παρεσκευάζοντο.

Παρῆν δὲ καὶ ἡ μητρυιὰ φοβερμένη, καὶ ἀπιστοῦσα, ὐ τῷ μισεῖν ἐμὲ, ἀλλὰ τῷ δεδιέναι, καὶ ἀκριβῶς εἰδέναι πονήρως ἐκεῖνον διακείμενον. ἠπίστατο γὰρ μόνη τὰ πάντα συνοῦσα, καὶ ὁμοδίαιτος τῇ νόσῳ. πολλὰ ἀλλ' ἔγωγε οὐδὲν ὑποδειλιάσας (ἠπιστάμην γὰρ ὐ ψευσόμενά με τὰ σημεῖα, οὐδὲ προδώσουσαν τ' τέχνην) ἐπῆγον τ' ἴασιν ἐν καιρῷ τ' ἐπιχειρήσεως. καίτοι καμοί τινες τ' φίλων συνεβούλευον μὴ θρασύνεσθαι, μὴ καί διαβολήν τινα μείζω ἐνέγκῃ μοι τὸ ἀποτυχεῖν, ὡς ἀμυνομένῳ τ' πατέρα φαρμάκῳ, ᾧ μνησικακήσαντι, ὧν ἐπεπόνθειν ὑπ' αὐτῆς, καὶ τὸ κεφάλαιον, σῶν μὲν ὅτου εὐθὺς ἦν, καὶ ἐσωφρόνει πάλιν, καὶ πάντα διεγίγνωσκεν· οἱ παρόντες δὲ ἐθαύμαζον, ἐπῄνει [d] δὴ καὶ ἡ μητρυιὰ, καὶ φανερὰ πᾶσιν ἦν χαίρουσα, καὶ ἐμοὶ εὐδοκιμοῦντι, καὶ ἐκείνῳ σωφρονοῦντι. ἵτος δ' ἂν (μαρτυρεῖν γὰρ αὐτῷ ἔχω) μήτε [e] μελλήσας, μήτε σύμβουλόν τινα δεῖ τούτων προσλαβών, ἐπειδὴ τὸ πᾶν ἤκουσε τ' παρόντων, ἔλυε μὲν τ' ἀποκήρυξιν, υἱὸν δὲ ἐξ ὑπαρχῆς ἐποιεῖτό με, σωτῆρα καὶ εὐεργέτην ἀποκαλῶν, ἀκριβῆ πεῖραν εἰληφέναι ὁμολογῶν, καὶ περὶ τ' ἔμπροσθεν ἐκείνων ἀπολογούμενος. τοῦτο γενόμενον [f] εὔφρανε μὲν πολλοὺς, ὅσοι παρῆσαν χρηστοὶ· ἐλύπει δ' ἐκείνους, ὅσοις ἀποκήρυξις υἱοῦ, ἡδίων ἀναλήψεως. εἶδον γοῦν τότε ὐ πάντας ὁμοίως ἡδο-

c Ἐνέχειν] Ἐνέχον male *J.* sola. d Δὴ] Sic cum reliquis etiam *J. Fl. H.* Δὲ rectius marg. *AIW.* e Μελλήσας] Μελήσας Edd. priores, demta *S.* f Εὔφρανε μὲ] Et sic habere *J. Fl.* cum *H.* notat *M. du S.*

habent Graeci cum omni sua copia, quomodo *auctorem* Graece dicant; & ideo modo *patrem libri* dicunt, modo aliter. &c. *J.F.R.*

98. Οἵ φασι] *Hippocrat. περὶ τίχης.* *A.V.*

3. Ἔασιν] Videtur aliquid excidisse: aut qui sit, quaeso, ut haec vox in singulari numero legatur? *M. du S.*

Ἔασιν] Videtur *Solen.* ἴασιν *masc.* gen. accepisse. Sed *neutr.* est, & recte se habet. *J.F.R.*

9. Τῷ μισεῖν] Usitatius τῷ μισεῖν; sed uti tum subauditur ἴσκε, ita jam intellige ἐπί. *J.F.R.*

23. Δὴ] An Δὲ? *M. du S.*

27. Μελλήσας] In plerisque Edd. μελήσας unico λ. ut & in Ῥητ. c. 18. & apud *Xenoph.* Cyrop. I. 41, 5. (Sed emendare jubet *Steph.*) At alibi saepius & rectius μέλλω duplici λ. ut Ὑπλ. π. c. 9. *M. du S.*

ἡδομένους τοῖς πράγμασι, ἀλλ' εὐθύς τινος καὶ χρόαν τρεπομένην, καὶ βλέμμα τέλαραγμένον, καὶ πρόσωπον ὠργισμένον, οἷον ἐκ φθόνου καὶ μίσους γίγνεσθαι. ἡμεῖς μὲν οὖν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐν εὐφροσύναις καὶ ξυμπαιδίαις ἦμεν, ἀλλήλους ἀπειληφότες.

Ἡ μητρυιὰ δὲ μοι μικρὸν εὐθὺς νοσεῖν ἤρξατο, νόσον, ὦ ἄνδρες δικασταί, χαλεπὴν καὶ ἀλόγιστον. ἀρχόμενον γοῦν εὐθὺς τὸ δεινὸν παρεφύλαξα· οὐ γὰρ ἁπλῆν, οὐδ' ὁλοπόλαιον τὴν μανίαν τὸ εἶδος, ἀλλά τι παλαιὸν ἐνοικιδρῦν ἐν τῇ ψυχῇ κακὸν ἀπέρρηξε, καὶ ἐς τὸ μῶφανὲς ἐξενίκησε. πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα ἡμῖν ἐστι σημεῖα τῶν ἀνιάτως μεμηνότων. ἓν δὲ ἐκεῖνο καινὸν ὅτι ἐν γυναικὸς ταύτης παρεφύλαξα· πρὸς μὲν γοῦν τοὺς ἄλλους, ἡμερωτέρα καὶ πραεῖά ἐστι, καὶ παρόντων, εἰρήνην ἄγει ἡ νόσος· ἐν δέ τινα ἰατρὸν ἴδῃ, καὶ τοῦτ' ἀκούσῃ μόνον, κατ' ἐκεῖνα μᾶλλον παροξύνεται· ὅθεν καὶ αὐτὸ τοῦτο, τῆς πονήρως καὶ ἀπηκέστως ἔχειν ἐστὶ τεκμήριον. ταῦθ' ὁρῶν, ἐγὼ μὲν ἠνιώμην, καὶ

tur tunc non aequaliter omnes delectari negotio, ſed ſtatim cujusdam & verſum colorem, & conturbatum viſum, & vultum iratum, quale quid ex invidia & odio ſolet fieri. Nos igitur, ut facile eſt ad exiſtimandum, in jucunditate & animi oblectatione eſſe, qui recepiſſemus alter alterum.

6. Noverca autem paullo poſt ſtatim aegrotare coepit, morbum, judices, difficilem & irrationabilem; incipiens enim ſtatim malum obſervavi. Neque enim ſimplex, aut innatans modo furoris ſpecies; ſed antiquum aliquod deſidens in animo malum ruptis quaſi vinculis evicit in publicum. Sunt quidem alia quoque ſigna nobis multa ſine ſpe ſanationis furentium: unum autem illud novum hac in muliere obſervavi. Etenim ad reliquos mitior eſt & manſueta, praeſentibus iis, inducias agit morbus: at ſi quem medicum videat, & hoc ſolum *nomen* audiat, ad illud maxime exacerbatur: quod quidem ipſum quam male illa habeat & inſanabiliter, eſt indicium. Haec videns aegre tuli equidem,

a Παρεφύλαξα] Hanc Edd. lectionem firmat Cod. P. Παρεφύλαξε enim male *Fl.* b Ἐξενίκησε] Conſtantem hanc eſſe lectionem notat *M. du S.* c Καινὸν] Ita reſtitutum ex P. Κοινὸν enim Edd. aeque ac Ex.

45. Παράλογον] Παράλογον λίγουσιν ἀρσενικῶς οἱ τ' ἄλλοι, καὶ μάλιστα Θουκυδίδης, τὸ παράδοξον, καὶ ὃ οὐκ ἄν τις προσδοκήσοι. οἷον τῷ πολίτῃ τὸ παράλογον, καὶ ὅτι ἐγίνετο πολὺς παράλογος. ὠθρόως δὲ τὸ ἀνελπίστως λέγει ὁ παρὰ προσδοκίαν. *V.*

51. Καινὸν] Ita L. uti conjeceram. In reliquis κοινὸν. *M. du S.*

55. Καὶ τοῦτ' ἀκούσῃ μόνου] Et hanc eſſe conſtantem Editt. lectionem collatio *Solani* indicat, nec immerito id inveſtigavit; conjicias enim τοῦτου pro τοῦτο legendum; ut ad medicum referatur; nam ſi neutro genere effertur, nimis multa videntur relinqui intelligenda, licet analoga exempla non deſint, ut ſupra *Prometh.* T. I. §. 4. f. καλαχρήσασθαι σοφιστικῶν, οἷος εἶ σὺ, & ſimilia; verum ſic a viſu ad auditum transire inſuetum videtur: at ſi τοῦτου legam, nondum mihi ſatisfacio tamen; quia ſic ſermo redditur ambiguus; nam neſcias fere, utrum illud μόνου tum quoque maſcul. gen. ſit accipiendum, an adverbialiter; ubi maſcul. genere acceperis, ſignificabit, *ſi audierit medicum, qui ſolus loquitur, aliis tacentibus.* At hoc abſurdum hic eſt, ideoque adverbium erit μόνου, & *tantummodo* ſignificabit Luciano, qui de ambiguitate non cogitavit. *Cic.* ad Fam. XII. 27. ſcribens. *Quod ſi, ut es, ceſſabis*, relinquit intelligendum, ut es *ceſſator*, *Salluſt.* Jug. 66. 2. *Igitur Vagenſes, quo Metellus praeſidium impoſuerat.* i. e. in quod oppidum Vagenſium. *J. F. R.*

56. Ὅπερ ἐστὶ αὐτὸ τοῦτο] Ecce tria pronomina conjuncta; quod non inſolens eſt Graecis. Sic fere *Ael.* V. H. II. 13. ante med. τὰ δὲ αὐτὰ ταῦτα. Et *Ariſtot.* de Gen. animal. III. 6. pr. Τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ. Quem ſupra credo in Dial. *Hermot.* jam ad partes vocavimus. *J. F. R.*

59. Ἀξίαν ἴσως] Ut multa hic ſunt oblique, ambigue, figurate denique in novercam dicta, quae ſervare in converſione noſtra ſtuduimus: ita hic inſignis eſt ambiguitas. Poteſt enim illud ἀξίαν ἴσως varie accipi, *merebatur, digna erat*, quae in furorem ex invidia incideret. At privignus videri vult dicere, illam miſericordia ſua dignam ſibi viſam. *J. M. G.*

Ἀξίαν ἴσως] Privignum id velle dicere, vel ſaltem videri velle, novercam eſſe dignam, cujus eum miſe-

dem; & miseratus sum feminam, quod merebatur, praeter fas infortunatam.

7. At pater prae imperitia, qui neque principia mali, quod eam tenet, neque causſam, neque modum novit, curare illam jussit, atque idem infundere ei medicamentum: putavit enim unum esse furoris genus, morbum unum, infirmitatem eandem, quae similem curationem reciperet. Cum vero, quod verissimum est, nego fieri posse ut servetur mulier, cum superari eam a morbo fateor; indignatur, irascitur, me ultro ait subtrahere me, & mulierem prodere; ob artis imbecillitatem me accusat. Atque usu illi venit, quod solet dolentibus: irascuntur enim omnes his, qui libere vera illis dicunt. Verum ego, quantum potuero, causſam apud illum dicam, & pro me, & pro arte.

8. Ac primum a lege incipiam, ex qua abdicare me vult, ut sciat, non jam

τ γυναῖκα [d] ὠχτειρα [e] ἀξίαν ὖσαν, καὶ δοκοῦσαν τὸ προσῆκον δυστυχῆσαν.

Ὁ πατὴρ δὲ ὑπὸ ἰδιωτείας (οὐ γὰρ οἶδεν ὅτε ἀρχὴν τῆ κατέχοντι κακῆ, ὅτε τ αἰτίαν, ὅτε τὸ μέτρον τῆ πάθης, ἐκέλευεν ἰᾶσθαι, καὶ τὸ ὅμοιον ἐγχέαι φάρμακον. [f] ὤετο γὰρ ἓν εἶναι μανίας εἶδος, καὶ μίαν τ νόσον, καὶ ταὐτὸν ἄρρωστημα ταυτὸν, καὶ παραπλησίαν τ θεραπείαν δεχόμενον. ἐπεὶ δὲ, ὅπερ ἀληθέστατον, ἀδύνατον εἶναί φημι σώζεσθαι τ γυναῖκα, καὶ [g] ἡττᾶσθαι ὑπὸ τ νόσου ὁμολογῶ, ἀγανακτεῖ, καὶ ὀργίζεται, καὶ φησὶν ἐκόντα καθυφίεσθαι, καὶ προδιδόναι τ ἄνθρωπον, ἐγκαλῶν ἐμοὶ τ ἀσθένειαν τ τέχνης. καὶ [h] πάσχει μὲν σύνηθες τοῖς λυπουμένοις· ὀργίζονται γὰρ ἅπαντες τοῖς μὴ παῤῥησίας τἀληθῆ λέγουσι. πλὴν ἔγωγε ὡς ἂν οἷός τε ὦ, διαλογήσομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, καὶ τ τέχνης.

Καὶ πρῶτόν γε ἀπὸ τοῦ νόμου ἄρξομαι, καθ' ὃν ὅτός με ἀποκηρύξαι βούλεται, ἵν' εἰδῇ

d Ὠχτειρα] Ὠκτιρ. L. e Ἀξίαν ὖσαν] Ἀξιοῦσαν marg. Aldi W. f Ὤετο] Ὠιτο Fl. g Ἡττᾶσθαι] Sic J. Fl. H. P. &c. Ἡττᾶσθαι L. h Πάσχει] Ita P. cum Edd. plerisque. Πάσχειν Fl.

79. Καθ' ὃν ὅτος μὴ ἀποκηρύξαι βούλεται] Ἐντεῦθεν οἱ ἀγῶνες, ἐν πρώτοις δὲ ὁ λέγων τῷ νομίμῳ ἐπιχειρεῖ. εὖ ᾗ δίκαιος μὴ δοκεῖν τοῖς νόμοις δεῖς ἀποκηρύττεσθαι τ υἱόν. V.

screat, adparet ex c. 2. ubi ait: ἄχθομαι — ἐπὶ τῇ μητρυιᾷ χαλεπῶς ἐχούσῃ· χρὴν γὰρ ἦν. J. F. R.

74. Ὀργίζονται — μὴ παῤῥησίας] Ubi narrasset Abdicatus, quemadmodum a patre novercam furentem sanare jussus, ex certissimis signis collegerit, se ei mederi non posse; tum quemadmodum id patri suo, homini rudi, persuadere non potuerit; denique quemadmodum pater eum criminatus sit, quasi se consulto huic rei subtraheret, ac imbecillitatem artis objecerit: at se illa omnia dare dolori, quo pater tum correptus fuerit: Ὀργίζονται γοῦν ἅπαντες, pergit, τοῖς μὴ παῤῥησίας τἀληθῆ λέγουσι. πλὴν ἔγωγε ὡς ἂν οἷός τε ὦ, διαλογήσομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, καὶ τ τέχνης. *Omnes nimirum* (quotquot scilicet istiusmodi calamitate obruuntur) *irascuntur iis, qui sine circuitu & fideli animo dicunt id quod res est. Ego vero, quantum potero, causſam ad eum agam, & pro me ipso, & arte mea.* Si & mihi μὴ παῤῥησίας de hoc loco sententiam ferre licet, non dubitare ajo, quin hic sit lacuna magna an parva. Etenim nihil in praecedentibus de minis patris, se filium suum secundum abdicaturum minantis; (ex quo tamen tota, quae sequitur, disputatio oritur, & ob quod integrum hoc opusculum scriptum est) continuo autem filius causſam dicere incipit ante, quam id, unde causſa nata est, expositum est. Quis tam ἀσύνθετα & praeter decorum desultoria ab Luciano, artificiosissimo scriptore, credat esse profecta? Adverte animum, Lector, & mecum deplorabis politissimi hujus opusculi vulnus haud sanabile, nisi ab integriori codice. J. J.

Ὀργίζονται γοῦν] Ego vero nihil hic vulneris video. Satis edoctus lector ipso argumento proposito, &, si dubitat, ex his, quae statim sequuntur, rem totam discit: satis judices ex patris accusatione, qua de re agatur, intellexere; nec possunt ullo modo ignorare, si pauciſſima post haec verba audiant. J. M. G.

75. Οἷός τε ὦ] Jubet *Solanus* in marg. conferri *Prometh.* c. 3. Sed vide jam T. I. *Prom.* §. 4. f. ubi οἷος εἰ quidem occurrit; verum aliter constructum; qualis constructio tamen satis illustrabitur ex iis quae modo c. proximo, ad verba καὶ τοῦτ' ἀκούσῃ μόνον, diximus. J. F. R.

δὴ οὐκ ἔθ' ὁμοίαν ἴσαν αὐτῷ νῦν τε καὶ πρότερον τὴν ἐξουσίαν. ἐπὶ μὲν γὰρ ἅπασιν, ὦ πάτερ, ὁ νομοθέτης, οὐδὲ πάντας υἱέας οὐδὲ ὁσάκις ἂν ἐθέλωσιν ἀποκηρύττειν συγκεχώρηκεν, οὐδ' ὅτι πάσαις αἰτίαις, ἀλλ' ὥσπερ τοῖς πατράσι τὰ τηλικαῦτα ὀργίζεσθαι ἐφῆκεν, οὕτω καὶ τοῖς παισὶν ὑπομεῖναι, ὡς μὴ ἀδίκως αὐτὸ πάσχωσι. καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐλευθέραν ἔφη γίγνεσθαι, οὐδ' ἄκριτον τὴν τιμωρίαν, ἀλλ' εἰς δικαστήριον ἐκάλεσε, καὶ δοκιμαστὰς ἐκάθισε, τοὺς μήτε πρὸς ὀργὴν, μήτε διὰ βολὴν τὸ δίκαιον κρινοῦντας. ἤδη γὰρ πολλοῖς πολλάκις ἀλόγους αἰτίας ὀργῆς παρίσταμένας, καὶ τὸν μὲν ψευδεῖ τινι διαβολῇ πειθόμενον, τὸν δὲ οἰκέτῃ πιστεύοντα ἢ γυναίῳ ἐχθρῷ ὄντι ἠγεῖτο ἀδίκως γίγνεσθαι τὸ πρᾶγμα, οὐδ' ἐξ ἐρήμης τοὺς παῖδας εὐθὺς ἁλίσκεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὕδωρ ἐγχεῖται, καὶ λόγον ἀποδίδοσθαι, καὶ ἀνεξέταστον οὐδὲν καταλείπεσθαι.

Ἐπεὶ τοίνυν ἔξεστι καὶ τὸ μὲν ἐγκαλεῖν μόνῳ τῷ πατρὶ κύριον, τὸ κρῖναι δὲ εἰ εὔλογα αἰτιᾶται, ὑμεῖς οἱ δικάζοντες. αὐτὸ μὲν ὃ μοι ὀπιφέρει, καὶ ἐφ' ᾧ νῦν ἀγανακτεῖ, μηδέπω σκοπεῖτε· πρότερον δ' ἐκεῖνο ἐξετάσατε, εἰ ἔτι δοτέον ἀποκηρύττειν αὐτῷ ἅπαξ ἀποκηρύξαντι, καὶ χρησαμένῳ τῇ αὐτῇ τὸ νόμου ἐξουσίᾳ, καὶ ἀποπληρώσαντι τὸ

similem esse sibi ut prius potestatem. Neque enim, Pater, omnibus, neque omnes filios, neque quoties voluerint, abdicare legislator permittit, neque omnibus de caussis. Sed quemadmodum patribus sic irasci permisit, ita etiam filiis, ne injuste hoc patiantur, prospexit. Ac propterea non liberam esse dixit, neque sine judicio poenam, sed ad tribunal eos vocavit, & aestimatores sedere jussit, neque irate, neque calumniose quid justum sit judicaturos. Norat enim multis saepe irrationabiles irae caussas esse, & alium mendaci cuidam calumniae fidem habere, alium servo credere aut mulierculae inimicae. Quare voluit non sine judicio hoc negotium transigi, neque inauditos filios statim damnari, sed aqua illis quoque infunditur, & ratio redditur, & nihil non examinatum relinquitur.

9. Quandoquidem igitur licet; & accusationem solam in potestate habet pater, judicium autem, an cum ratione accuset, vestrum est, judices: ipsum quidem quod mihi objicit, & de quo nunc indignatur, nondum considerate: prius vero illud exquirite, sitne concedendum illi abdicare, qui semel jam abdicavit, & potestate legis usus

a Καὶ] Id adesse etiam in *Fl. J.* & *H.* notat *M. du S.* qui eandem constantiam in duobus versibus sequent. quoque observat. b Ἐφ' ᾧ] Ἐφ' ὃ Ex. *Fl.* At vulgatam Edd. lect. firmat Cod. P. c Καὶ] Deerat in *Ald.* Sed adscriptum margini. In aliis autem Edd. aderat.

98. Καὶ ἀνεξέταστον οὐδὲν καταλείπεσθαι] Ὅρα πῶς δ' ἐνταῦθα λέγων τὸ ἰδιον τῆ ἀπὸ γνώμης σχασμοῦ ἐπιμφαίνει, καὶ ὅτι πρὸς τὴν σχασικὴν τ καθηγορίας πρότασιν ἐσχασικὴν τὴν ἀπολογίαν ποιεῖται, ἀλλὰ παμίμῳ κέχρηται, καὶ πρὸς τὴν ταύτης ἀπάντησιν. *V.*

85. Τὰ τηλικαῦτα ὀργίζεσθαι] Conf. supra T. I. *Prometh.* §. 9. f. ubi sic restituit cum *Solano*, *Hemsterhusius*. Confer & hujus *Abdic.* c. 1. & 3. *J. F. R.*

97. Ὕδωρ ἐγχεῖται] Jubet *Solan.* in marg. conferri infra Δικαστ. c. 15. ubi, σὺ δὲ τὸ ὕδωρ ἔγχει, quod ibid. c. seq. iterum occurrit; sed potius videas T. I. *Piscat.* c. 24. Ibique commentatores tradentes aqua veteres usos ad dimetiendum tempus, ut nos hodie arena. Sed & oratores ad clepsydram dixisse, ne orationem diutius extraherent, & alteri parti etiam spatium ad caussam dicendam concederetur, dictum alio loco ejusdem Dialogi vel proximi. Rursum autem idem occurrit c. 28. *Pisc.* ἔγχει τῷ ἀπολογουμένῳ, aliisque locis c. 24. *Pisc.* indicatis. *J. F. R.*

98. Λόγον ἀποδίδοται] Vide de hac phrasi Cl. *Duker.* ad Thucyd. III. c. 109. p. 234. Quem admonente Cl. *Hemsterhusio*, consului, vidique eum & λόγον & λόγους διδόναι, dici, probare hoc Luciani aliorumque

usus est, illudque patrium imperium explevit, deinde vero rursus recepit, abdicationemque rescidit. Equidem injustissimum esse tale quid ajo, infinitas sic fieri filiorum poenas, & condemnationes multas, & metum perpetuum, & legem nunc quidem adjuvare iras, paullo post autem solvi, & rursus aeque valere, atque omnino sursum deorsum jura verti, prout quoque tempore videatur patribus. Sed primo quidem aequum est permittere *aliquid*, & in partem indignationis venire, & puniendi potestatem tribuere ei, qui genuit. Cum vero semel consumserit potestatem, cum lege abusus fuerit, cum expleverit iram, deinde post haec receperit, bonum esse contra priorem sententiam persuasus: in his jam necessario manendum, nec transiliendum, neque mutandum consilium, neque judicium retractandum. Utrum enim filius malus, an bonus futurus esset, signo dignosci nullo poterat: ac propterea indignos familia reprobare concessum est iis, qui tum cum ignorarent, aluere.

10. Ubi vero non necessitate quadam, sed libera potestate pro se aliquis quem probavit, recepit; quomodo jam mutare sententiam potest, aut quis legis usus ei reliquae testimoniis. Plurali etiam Lucianum uti in Reviviſc. *J.F.R.*

πατρικὴν ταύτην δυναστείαν· εἶτ' αὖθις ἀναλαβόντι, καὶ λύσαντι τὴν ἀποκήρυξιν. ἐγὼ μὲν γὰρ ἀδικώτατον εἶναί φημι τὸ τοιοῦτον, ἀπεράντους γενεὰς καὶ τῶν παίδων τὰς τιμωρίας, καὶ πολλὰς τὰς καταδίκας, καὶ τὸν φόβον ἀίδιον, καὶ τὸν νόμον ἄρτι μὲν συνοργίζεσθαι, μικρὸν δὲ λύεσθαι, καὶ πάλιν ὁμοίως ἰσχυρὸν εἶναι, καὶ ὅλως, ἄνω καὶ κάτω στρέφειν τὰ δίκαια, πρὸς τὸ ὅπη καιρὸς δοκεῖν τοῖς πατράσιν. ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον ἄξιον ἐφιέναι, καὶ ἀγαναχτοῦντι συναγανακτεῖν, καὶ κύριον τὸν τιμωρίας ποιεῖν τὸν γεγεννηκότα. ἂν δ' ἅπαξ ἀναλώσῃ τὴν ἐξουσίαν, καὶ καταχρήσῃ τῷ νόμῳ, καὶ ἐμπλησθῇ τὸν ὀργῆς, εἶτα, μὴ ταῦτα ἀναλάβῃ, χρηστὸν εἶναι μεταπεισθείς, ὅπη τούτων ἀνάγκη μὲν μένειν, καὶ μηκέτι μεταπηδᾶν, μηδὲ μεταβουλεύεσθαι, μηδὲ μεταποιεῖν τὴν κρίσιν. τοῦ μὲν γὰρ τὸν γεννηθέντα ποτηρὸν ἢ χρηστὸν ἀποβήσεσθαι, οὐδέν, οἶμαι, γνώρισμα ἦν. καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ἀναξίους τοῦ γένους ἀποκηρύττεσθαι συγκεχώρηται, τοῖς [d] ὅτε ἠγνόουν ἀναθρεψαμένοις.

10. Ὅταν δὲ μὴ κατ' ἀνάγκην, ἀλλ' ὑπ' ἐξουσίας αὐτός τις [e] ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ δοκιμάσας ἀναλάβῃ, τίς ἔτι μηχανὴ μεταβάλλεσθαι, ἢ τίς ἔτι χρῆσις νόμου τοῦ πά-

[d] Ὅτε] *Pell.* An non melius ὅτι? [e] Ὑφ' ἑαυτοῦ] Sic praeter alias etiam *J. Fl. H. P.*

4. Ἐφ' ᾧ] Hoc praeferendum esse alteri lectioni, quae ἐφ' ὃ exhibet, vix probatione indiget, ἀγαναχτῶ enim, vel ἀνιᾶσθαι ἐπί τινι rectius dici, satis multis ostendit Cl. *Jens.* ad *Nigr.* T.I. c. 7. p. 45. Quamquam & οὐ τινι recte dicitur, ut ibid. probat Cl. *Hemsterh.* *J.F.R.*

30. Ὅτε] Probarem *Pelletii* conjecturam, sive ab alio ejus libri margini adscriptam; modo aliud verbum adesset, quod sensum illum exhiberet, quem *Erasmi* versio procudit, nimirum: *quos cum educabant, cujusmodi essent futuri, nesciebant.* Ac tum ὅ, τι separatim scribetem; sed nihil est opus; sensus enim vulgatae est satis commodus, ut versio *Gesneriana* indicat. *J.F.R.*

34. Μηχανὴ μεταβάλλεσθαι] Id est: πρὸς τὸ μεταβάλλεσθαι. vel ὡς, ut in *Dial. mort.* Mercur. & Charontis, κηρὸν ὡς ἐπιπλᾶσαι τῷ σταφιδίῳ τὰ ἀνιηρότατα. Amat autem & noster nudos ejusmodi infinitivos. Sic *Clem. Alex.* Strom. L. IV. p. 474. Καὶ μέλι οὐ κατύλῃ καὶ ἔλαιον ἀναψῆσαι. — i. c. *oleum ad ungendum.* & *Aristoph.* Plut. 556. καλαλείψει μηδὲ ταφῆναι. i.e. πρὸς τὸ ταφῆναι. *non relinquet unde sepeliatur. Long. Past.* I. p. 14. f. Τοῦτο καὶ ἴσασι Δάφνιν, χρήσασθαι καταφορᾷ ὀχήματι τράγῳ, ubi χρήσασθαι est, *quod* vel *quia utebatur*, adeoque paullo aliter quam apud Nostrum. Sed cum Nostro idem *Longus* I. 18. δίφρια ταύρου τεμεῖν ἐπωδήματα. *Alciphr.* I. Ep. 9. f. ἐπὶ addit, οἱ ἐπὶ τῷ σφετέρῳ κέρδει περδαίνειν —— ἐμφορεῦσιν ὕβρις. Sed elliptice etiam in Novo Foedere persaepe, ut *Evan. Luc.* 2. vers. 3. ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι. At haec tironum gratia. *J.E.R.*

47. Διαλ-

νόμε; Φαίη γὰρ ἂν πρὸς σὲ ὁ νομοθέτης, εἰ πονηρὸς ἦτ᾽ ἦν, καὶ τῆ ἀποκηρυχθῆναι ἄξι᾽, τί παθὼν ἀνεκάλεις; τί δ᾽ αὖθις ἐπανῆγες ἐς τὴν οἰκίαν; τί δ᾽ ἔλυες τὸν νόμον; ἐλεύθερ᾽ γὰρ ἦσθα, καὶ τῦ μὴ ποιεῖν ταῦτα κύρι᾽. ἐγὼ δὴ ἐντρυφᾶν σοι δοτέον τοῖς νόμοις, οὐδὲ πρὸς τὰς σὰς μεταβολὰς [a] ἀναγεσθαι τὰ δικαστήρια, οὐδ᾽ ἄρτι μὲν λύεσθαι, ἄρτι δὲ κυρίους εἶναι τοὺς νόμους, καὶ τοὺς δικαστὰς καθῆσθαι μάρτυρας· μᾶλλον δὲ ὑπηρέτας τῶν σοὶ δοκούντων· ὁτὲ μὲν χολάζοντας, ὁτὲ δὲ [b] διαλλάττοντας, ὁπόταν σοι δοκῇ. ἅπαξ γεγέννηκας, ἅπαξ ἀνατέτροφας, ἅπαξ καὶ τὸ ἀποκηρύττειν ἀντὶ τούτων ἔχεις, καὶ τότε, ἢν δικαίως αὐτὸ ποιεῖν δοκῇς· τὸ δ᾽ ἄπαυστον τοῦτο, καὶ ἀίδιον, καὶ πολὺ, καὶ ῥᾴδιον, μεῖζον ἤδη τῆς πατρικῆς ἐστιν ἐξουσίας.

Μὴ δῆτα, πρὸς Διὸς, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, συγχωρήσητε αὐτῷ, ἐκούσιον τὸν ἀναληψιν πεποιημένῳ, καὶ λύσαντι τῶν γνῶσιν τοῦ πάλαι δικαστηρίου, καὶ ἀκυρώσαντι τὴν ὀργὴν, αὖθις ἐπὶ τὴν αὐτῷ τιμωρίαν ἀνακαλεῖν, καὶ ἐπὶ τὴν ἐξουσίαν τὴν πατρικὴν ἀνατρέχειν, ἧς ἔξω᾽ ἤδη, καὶ ἔωλ᾽ ἡ προθεσμία, καὶ μόνῳ τούτῳ ἄκυρ᾽, καὶ [c] προδεδαπανημένη. ὁρᾶτε γὰρ πω καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δικα-

ctus est? Dixerit enim ad te legislator: *Si malus hic fuit & abdicari dignus, quid tibi in mentem venit ut revocares; quid rursus reduxisti in domum? quid legem rescidisti? liber enim eras, integrum tibi erat hoc non facere. Neque enim concedendum tibi est, ut ad animi tui lubidinem utaris legibus, neque ad tuas inconstantias circumagas judicia; neque ut nunc abrogentur, nunc valeant leges; & judices sedeant testes, vel ministri potius, eorum, quae tibi placent, nunc punientes, nunc reconciliantes, prout tibi visum fuerit. Semel genuisti, aluisti semel, semel etiam abdicandi pro his potestatem habes, idque tum, si juste illud videaris facere. Illud autem indesinenter facere & perpetuo, & saepe, & temere, majus jam est potestate patria.*

11. Nolite sane, obsecro, judices, concedere illi, postquam sponte receptionem fecit, & superioris judicii cognitionem reddidit irritam, & iram suam retractavit, ut ad eandem rursus poenam me revocet, ad patriam potestatem recurrat, cujus jam tempus illi praeteriit, & olim dies elapsus est, quaeque illo solo *actu* vim suam amisit & consumta est. Videtis quodam modo

a Ἀναγεσθαι] Συνάγεσθαι marg. *A1*. b Διαλλάττοντας] Sic quoque habere *Fl. H.* & *S.* notat *Solanus*. Habent & *J. P. Fr.* nec dubito quin reliquae. c Γεγέννηκας] Recte sic *P. S.* Γεγέννηκας *J. Ald. H. Fl.* d Τότε] Hanc esse constantem lectionem observat *M. du S.* e Προδεδαπανημένη] Sic dedi ex marg. *A1W.* Προδεδαπ. enim Edd. priores.

47. Διαλλάττοντας] Cum nihil variant Edd. quid opus est hoc addere? Nam silentium ibi satis loquitur. i. e. ubi nihil notamus, id indicio est, eas convenire. Verum solet *Solanus* noster sic observare consensum, quando suspicatur aliter posse legi; an igitur, quia id olim vertebatur *absolventes*, aliud verbum maluit? quum διαλάττειν *permutare*, & *conciliare* significet? verum cum status permutationem notet, dices etiam immunitatem a poena significare, ubi poenae opponitur. At qui status permutationem subit, ille διαλλάττει, ille mutat conditionem; adeoque ibi forsan difficultatem vidit *Soulius* noster, quum Lucianus hic transitive uti hoc verbo videatur, si pro *absolvere aliquem* usus est, id quod sententiae adprime conveniret, meliusque responderet praemisso λύσεσθαι τοὺς νόμους; nam si *reconciliare* significet, in eo dicas non esse legum dissolutionem. supra quidem *differre* significat, T. I. *Prometh.* c. 1. p. 25. Ubi vid. notam *Lamberti Bos.* Immo plurimum *conciliare* notat, vid. *Thucyd.* VI. c. 47. *Aristoph.* Vesp. 1385. & alibi frequenter hoc significatu apud utrumque: quare & hic sic accipere licebit, cum Cl. *Gesnero*, eoque magis, quod non respiciatur ad omnem legum dissolutionem, sed ad hunc abdicationis casum, ac διαλλαγὴν, reconciliationem cum filio, ut ipse indicat cap. sequente. Cumque illa διαλλαγὴ aboleat pristinum abdicationis decretum, recte quoque sic respondet τῷ λύειν τοὺς νόμους, dissolvit enim quod ante statutum erat. Interim & *liberare*, *absolvere*, non esset incongruum; nam sic mox c. 14. τῶν ἄτω δικῶν, ἐπελ-

do in aliis etiam judiciis, ut a judicibus sortitione lectis, si quis injustum factum putet judicium, permittat lex ad aliud provocare & abire tribunal: sin aliqui ultro de judicibus convenerint, & delectis a se permiserint arbitrium, non jam *permittat*. Quibus enim initio licebat non stare, hos si quis sua sponte legerit, justum est, eorum illum cognitione contentum esse. Ita sane tu etiam, quem licebat non iterum recipere, si indignus genere tuo videbatur; hunc si, bonum arbitratus esse, denuo recepisti, non jam poteris abdicare. Non enim dignum esse, qui ista denuo a te patiatur, tu ipse testatus, & bonum jam esse confessus es. Quare receptionem poenitentiae non jam subjectam, ratam conciliationem esse convenit, post multum adeo judicium, & duo tribunalia, unum prius illud, quo me ejecisti, alterum tuum ipsius, cum mutato consilio irritum *prius illud* fecisti. Cum priora decreta rescindis, firmas quae post ea deliberasti. Mane ergo in ultimis, tuere judicium tuum: patrem te esse oportet; ita enim ipsi tibi placuit, hoc probasti, hoc sanxisti.

12. Equidem neque, si non natura essem filius, sed adoptatum me abdicare velles, licere tibi putarem. Quod enim omnino non facere licebat, illud, ubi semel

γηρίοις, ὡς ἀπὸ μὲν τῆς κλήρου λαχόντων δικαστῶν, ἢν τις ἄδικον οἴηται γεγενῆσθαι τὴν κρίσιν, δίδωσιν ὁ νόμος ἐς ἕτερον ἐφεῖναι δικαστήριον. ἢν δέ τινες ἑκόντες αὐτοὶ συνθῶνται δικαστὰς, καὶ προελόμενοι ἐπιτρέψωσι διαιτᾶν, οὐκ ἔτι. οἷς γὰρ ἐξῆν μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐμμένειν, εἰ τούτους τις αὐθαίρετος εἵλετο, ἔργειν ὀφείλει δίκαιος τοῖς ἐγνωσμένοις. ἅτε δὴ καὶ σὺ, ὃν ἐξῆν μηκέτ' ἀναλαμβάνειν, εἰ μὴ ἄξιος ἐδόκει τῷ γένει, τοῦτον εἰ χρηστὸν ἡγησάμενος εἶναι πάλιν ἀνείλησθας, οὐκ ἔτ' ἀποκηρύττειν ἔξεις. ὅτι γὰρ οὐκ ἄξιος αὖθις παθεῖν ταῦτα, ὑπ' αὐτοῦ σοῦ μεμαρτύρηται, καὶ χρηστὸς ἤδη ἀναμολόγηται. ἀμέλαινόν τοι ἦν τὴν ἀπάλειψιν, καὶ τὴν ἀμφελλαγὴν βέβαιον εἶναι προσήκειν, μετὰ κρίσιν οὕτω πολλὴν, καὶ δύο δικαστήρια, ἓν μὲν τὸ πρῶτον, ἐφ' οὗ παρητήσω, δεύτερον δὲ τὸ σὸν, ὅτε μεθειλευσω, καὶ ἀνάδικον ἐποίησας τὰ πρότερον ἐγνωσμένα λύσας, βεβαιοῖς τὰ μετ' ἐκεῖνα βεβουλευμένα. μένε τοίνυν ὅπερ τὴν τελευταίαν, καὶ φύλαττε τὴν σαυτοῦ κρίσιν· πατέρα σε εἶναι δεῖ. τοῦτο γὰρ ἔδοξέ σοι, τοῦτ' ἐδοκίμασας, τοῦτ' ἐκύρωσας.

Ἐγὼ μὲν οὖν εἰ μὴ φύσει παῖς ἦν, θέσει μέν γε δὲ, ἀποκηρύττειν ἤθελες, ἐξεῖναι ἂν σοι ᾠόμην. ὁ γὰρ τὴν ἀρχὴν μὴ ποιεῖν δυνατὸν

τον

f Τούτους] Ita *Ald. J. H. Fl. P.* Τούτοις P. *g* Ἀπάλιφας] Ἀπάλειφας male *J. Ald. Fl. H. B2.* Correxit *S.* *h* Παρήσω] Sic bene *J. Ald. P. H.* Παραιτήσω male *Fl.* *i* Μὴ] Deerat in Edd. Excepta *J.* Addidit etiam marg. *A1W.*

ἀπαλλαγῇ, *tenuis malis solutus* significat. Pro *effingere*, *praeterire*, media forma *Aretaeus Cappadox* l. I. Περὶ Θεραπείης ὀξέων παθέων. c. 10. fin. Εἰ γάρ τινες λύσι ψυχρῷ διαλάθοιεν ἢ κίνδυνον. Et ne credas forsan ibi διάλαθον, *transilierunt*, legendum, in Edit. Oxon. additus est *Xenoph.* 517. B. Διαλάθῃς Μακεδονίαν. *Praeteriens, transiens Macedoniam.* *J. F. R.*

61. Προδιδωσιμοιρίῃ] Non haesitavi hoc recipere ex una collatione in marg. *Aldinae Wesselingianae*, quum Edd. minus apte haberent προσδιδῶν. Hoc enim sensum postulare, pristinus jam sensit interpres, vertens, *ante consumpta*. Sensit idem Cl. *Gesn.* ut ex ejus versione adparet: & licet προσδιδ. quoque eo trahi possit; alterum tamen melius esse diffitebitur nemo; quin si prior lectio retinenda foret, ἔτι προδιδωσιμοιρίῃ potius dicendum fuisset. *J. F. R.*

73. Ἀπάλιφας] Perperam in omnibus ante *S.* legebatur ἀπάλειφας. *M. du S.*

87. Ἐγὼ μέ] Deest alterum σε ante ἀποκηρ. aut pro Θέμενος, legendum Θέμενον. *M. du S.*

89. Ὁ γὰρ τὴν ἀρχὴν] Excidisse videtur negatio, ὁ γὰρ τὴν ἀρχὴν μὴ ποιεῖν κ. τ. λ. Sic jam vertit *Erasmus*. Sic, sententia postulante, & nos dedimus. *J. M. G.*

Ibid. Τὴν ἀρχὴν] Hic significari *initio*, certum est; quare vides non ubique valere: *omnino*, *praecipue*. Confer quae dicta ad l. *Ver. Hist.* §. 4. *J. F. R.*

Ibid. Μὴ ποιεῖν] Omissa negatio μὴ in vulgatis sensum funditus sustulerat: restituimus itaque ex Ed. *Junt.* in qua sola reperitur. *M. du S.*

τὸν ἦν, τοῦτ' ἄδικον λύειν ἅπαξ γενόμενον. ἡ δὲ ᾗ φύσει, καὶ αὖθις προαιρέσει καὶ γνώμῃ ἐσπεποιημένον, πῶς εὔλογον [a] αὖ ἀποθεῖσθαι, καὶ πολλάκις τὴν μιᾶς οἰκειότητος ἀποστερεῖν; εἰδ' οἰκέτης ὢν ἐτύγχανον, καὶ τὸ μὲν πρῶτον πονηρὸν οἰόμενος, ἐπέδησας, μεταπεισθεὶς δὲ ὡς οὐδὲν ἠδίκουν, ἐλεύθερον ἀφῆκας εἶναι, ἆρ' ἄν σοι πρὸς καιρὸν ὀργισθέντι, αὖθις ἐξῆν ἐς τὴν ὁμοίαν δουλείαν ἐπανάγειν; εὐδαμῶς. τὰ γὰρ τοιαῦτα βέβαια καὶ ἀεὶ πάντος κύρια ὑπάρχειν οἱ νόμοι ἀξιοῦσιν. ὑπὲρ μὲν οὖν τοῦ μηκέτ' ἐξεῖναι [b] τούτῳ ἀποκηρύττειν, ὃν ἅπαξ ἀποκηρύξας, ἐκὼν ἀνέλαβεν, ἔτι πολλὰ εἰπεῖν ἔχων, ὅμως παύσομαι.

Σκέψασθε δὲ ἤδη [c] οἷον ὄντα καὶ ἀποκηρύττει με· καὶ οὐδέπω τοῦτό φημι, ὡς τότε μὲν ἰδιώτην, νῦν δ' ἰατρόν. οὐδὲν γὰρ ἂν πρὸς τοῦτο ἡ τέχνη συναγωνίσαιτο, οὐδ' ὅτι τότε μὲν νέον, νῦν δὲ ἤδη καὶ προβεβηκότα, καὶ τὸ πιστὸν τοῦ μηδὲν ἀδικῆσαι ἂν ἐμὲ ἡ ἡλικίας ἔχουσα· μικρὸν γὰρ ἴσως καὶ τοῦτο. ἀλλὰ τότε μὲν, εἰ καὶ μηδὲν ἠδικημένος ὡς ἂν ἔγωγε φαίην, ἀλλ' οὖν εὖ πεπονθὼς, παρῃτεῖτο τὴν οἰκίας· νῦν δὲ σωτῆρα ἔναγχος,

factum, dissolvere iniquum est. Illum autem qui natura, deinde rursus voluntate & sententia tua *in domum* adscitus est, quomodo rationabile est rursus expellere, & uno familiae jure privare saepius? Si vero servus fuissem, tuque primo, malum me putans, vinxisses; ac deinde mutata persuasione arbitratus, nihil me injustum egisse, liberum dimisisses; numquid tibi aliquando irato liceret in similem me servitutem retrahere? Minime. Haec talia enim firma & perpetuo rata esse leges jubent. De eo igitur, quod non liceat isti abdicare, quem semel a se abdicatum sponte receperit, licet multa adhuc quae dicam supersint, tamen desinam.

13. Videte autem nunc, qualem me hominem abdicatum eat: Et nondum hoc dico, tum imperitum, jam vero medicum; nihil enim ad hanc rem ars juverit: neque, tum juvenem, nunc autem jam provectum, qui ab ipsa jam aetate argumentum habeam, injuriam me non *temere* facere: parvum enim fortasse hoc etiam fuerit. Verum illo tempore, licet injuria nulla laesus, ut ego possem dicere, tamen nec auctus beneficio, domo me excluſit: jam ve-

[a] Αὖ] Πάλιν marg. *Aiw.* [b] Τούτῳ] Τοῦτον L. Nil mutant Edd. [c] Οἷον ὄντα] Ὃν τινα L. & marg. *Aiw.*

92. Αὖ] Illud πάλιν, quod margo *Aldinae primae Wesselinganae* habet, glossema potius, quam varians lectio est. Nisi tamen indicare voluerit, utrumque adverbium simul in quodam Codice legi; quod si verum foret, velim id apertius indicasset ille qui collationem hanc adlevit; ac tum non improbarem; solet enim πάλιν αὖ conjungi, aeque ac apud Latinos: *reverti rursus*, vel *iterum reverti*, quod ex *Terent.* aliisque nimis notum. Adeoque cum librarii minus periti geminatam particulam offenderent, facile fieri potuit, ut unam tamquam superfluam, ejicerent. Etsi *Devarius* de particulis, αὖθις αὖ geminatum bis ex *Demosthene* proferens, id pro pleonasmo habere non vult; sed *contra, rursum* significare contendit contra *Budaeum*; est tamen, ubi alterutra sine sensus detrimento abesse queat, ut hic. Et an αὖθις non πάλιν? apud *Aristoph.* Plut. 860. ἡ ἰσόμοιρος τυφλὸν Πάλιν αὖθις. Veluti & apud *Homer.* saepissime, ut Il. B. 276. Οὐ θήν μιν πάλιν αὖθις ἀνήσει θυμὸς ἀγήνωρ. quod posterius vel Lexica notarunt; ego numerum tantum adjungo; sed & addo Il. E. 257. *J. F. R.*

97. Ἆρ' ἂν σοι πρὸς καιρὸν ὀργισθέντι, αὖθις ἐξῆν ἐς τὴν ὁμοίαν δουλείαν ἐπανάγειν; εὐδαμῶς· τὰ γὰρ τοιαῦτα βέβαια καὶ ἀεὶ πάντος κύρια ὑπάρχειν οἱ νόμοι ἀξιοῦσιν] Tale forte fuit Graecorum jus; sed in eo jus Romanum a Graeco differt. Nam actio ingrati competebat Patrono adversus libertum ingratum, qui si causa cadebat, retrahebatur ad servitutem per sententiam judicis. Lege *Divus* ff. de jure patronatus, & Lege *Qui manumittitur* 12. Cod. de operis libertorum, & Lege *Si manumissus* 2. & Lege Liberti 3. & Leg. *Libertinae* 4. Cod. de Libertis & eorum liberis. *J. P. a G.*

15. Ἔναγχος] Jubet *Solan.* in marg. conferri princ. c. 2. hujus *Abdicati*, item finem ejusdem; sed ibi per χθὲς & πρώην effertur τὸ ἔναγχος; neque magni est momenti, alioquin & loca alia ostenderem, ubi ἔναγχος, quod Noster amat, occurrit, ut princ. *Zeux.* & alibi. *J. F. R.*

18. Τῶν τοιούτων αὖθις ἀφαιρεῖσθαι τὴν θεραπείας ἐκείνης,

δὲ

vero ſervatorem recens & bene de ſe meritum, quo quid fieri poſſit ingratius? ſervatum mea opera, tali ſuperato periculo, talem ſtatim mercedem perſolvere: nec ulla curationis illius ratione habita, ſtatim obliviſci, & in ſolitudinem ejicere eum, qui jure meminiſſe poterat, quam injuſte ejectus fuerit, ſed idem non ſolum memoriam injuriae non adhibuit, verum ſalutem praeſtitit & ſanitatem.

χαὶ εὐεργέτῃ γεγενημένων, ἔ τί γένοιτ' ἂν ἀχαριστότερον, σωθέντα δι' ἐμὲ, χαὶ τηλιχοῦτον χίνδυνον ἀφεπφευγότα, τοῖς τοιούτοις εὐθὺς ἀμείβεαθ, ἔ θεραπείας ἐχείνης ὁπόσ' ἕνα λόγον ἔχοντα, ἀλλ' ὅτω ῥᾳδίως ὑπιδελπᾶθ, χ' ὑπὲ ἔ ἐρημίαν ἐλαύνειν, ἔ [d] ἐφηδέντ' ἂν διχαίως, ἐφ' οἷς ἀδίχως ἐξεβέβληθο, [e] μὴ μόνον [f] δ' ὰ μνησιχαχήσαντα, ἀλλὰ χ' σώσαντα, χ' σωφρονεῖν ὡδιχευάσαντα;

14. Neque enim parvum eſt, Judices, neque quotidianum beneficium, quo affeci illum, qui talibus nunc *poenis* me dignum cenſet. Sed etſi forte iſte ignoret quae tum acta ſunt; at vos noſtis, qualia agentem illum & patientem, & quomodo affectum, ego illum receperim, deſperantibus reliquis medicis, familiaribus autem fugientibus, ac ne prope quidem accedere auſis, ac talem reddiderim, qui etiam accuſare poſſit, & de legibus diſputare. Potius *hoc dicam*, vides, pater, tui *ſtatus* ſpecimen. Talis fere cum eſſes, qualis nunc mater eſt, ad priſtinam te mentem revocavi. Non igitur juſtum eſt eam mihi pro illis mercedem tribui, teque adverſus

Οὐ γὰ μιχρὸν, ὦ ἄνδρες διχασταὶ, οὐδὲ τὸ τυχὸν εὖ πεποιηχὼς αὐτὸν, ὅμως ἔ τοιούτων νῦν ἀξιῶμαι. ἀλλ' εἰ χαὶ ὅτ@ ἀγνοεῖ τὰ τότε, πάντες ὑμεῖς ἴστε οἷα πεισθέντα αὐτὸν, χ' πάσχοντα, χ' ὅπως ἀφαιρέμενον, ἐγὼ ὡδεξάμην, τῶν μὲν ἄλλων ἰατρῶν ἀπεγνωχότων, ἔ δ' οἰχείων φευγόντων, χ' μηδὲ πλησίον πρoσιέναι τολμώντων, τοιοῦτον ἀπέφηνα, ὡς χ' χαὶηγορεῖν δύναθ, χ' περὶ τῶν νόμων ἀφελέγεθ. μᾶλλον δὲ ὁρᾷς, ὦ πάτερ, τὸ ὡδείγμα, τοιοῦτον ὄντα σε παρ' ὀλίγον, οἷα νῦν ἡ γυνὴ ὄφι, πρὸς ἔ ἀρχαίαν φρόνησιν ἐπανήγαγον. ἐ δίχαιον ἦν τοιαύτῃ [g] μοι γενέθ ἀντ' ἐχείνων ἔ ἀμοιβὴν, οὐδὲ χατ' ἐμοῦ σε μόνον σωφρο-

[d] Ἐφηδέντ'] Sic *Ald. J. H. Fl. S.* & Ex. Ἐφηδέντα P. [e] Μὴ] Abeſt a *Fl.* Ceterae habent. [f] Δ' ὰ] Δὶ ὰ marg. *AIW.* [g] Μοι] Μὴ *J.* male. Μοι *Ald. Fl. H. P.* &c.

ὰ ἕνα λόγον ἔχοντα] Diſtingue verba hoc modo: *Τοιούτοις οὐδὲ ἀμείβεσθαι, ἔ θεραπείας ἐκείνης ὁπόσ' ἕνα λόγον ἔχοντα.* Paullo poſt: *ἐλαύνειν ἔ ἐφηδέντα* &c. verto, *ut abigas eum qui jure poſſit lætari eo quod injuria fuerat ejectus.* *L. Bos.*

21. Ἐλαύνειν, ἔ ἐφηδέντ' ἂν διχαίως, ἐφ' οἷς ἀδίχως ἐξεβέβληντο] Non video quo pacto haec ita potuerint verti: — *ut abigat eum, qui jure ſit obſecutus, quum praeter jus ejiceretur.* Ex hac verſione nequaquam patet Luciani mens, quae haec eſt: *ut abigas eum, qui jure poſſit lætari eo quod injuria fuerat ejectus.* *H. V.*

Ibid. Τὸν ἐφηδέντ'] Ἐφηδέντ' habent, quod ſciam, omnes: certe non vidi adnotatam varietatem. Interpretatus eſt *Eraſmus*, *qui jure ſit obſecutus*: neque mutant poſteriores, niſi quod video Cl. *Soulio* placuiſſe, *qui juri ſit obſecutus*, quaſi legi vellet pro διχαίως διχαίῳ. Ego vero, quem locum hic obtinere potuerit ἐφηδέντα, plane non video; cum vis ejus verbi ad obſequium inviti, triſtis, queruli, pertinere non poſſit. Quomodo quaeſo *διχαίως delectari* poteſt, abdicatus, ut ſibi videtur, injuſte? Neque enim de martyre vel confeſſore Chriſtiano ſermo eſt, qui gaudeat ſibi contigiſſe ut patiatur aliquid &c. Multo minus *διχαίως* locum habet, cum, injuſtam fuiſſe priorem quoque abdicationem, ponat filius. Verbo, locus planiſſime corruptus, nec vero ſanabilis difficulter, ſi & contextum orationis in conſilium adhibeas, & cogites ſaeculo (ut vocat *Bernardus* in erudita illa tabula) *Leonis Iſaurici*, h. e. octavo Chriſtiano, figuras literarum ε & μ itemque φ & ν miſceri non difficulter potuiſſe. Legendum omnino videtur, ἔ μοιφδέντ' ἂν διχαίως· ſic optime connexa & Lucianice devincta erit oratio, quod ex interpretatione noſtra intelligitur: nec dubito, addicturos eſſe, ſi exſtent & excutiantur, majores ſaeculo Iſaurici Codices. *J. M. G.*

φρονεῖν. ὅτι γὰρ μὴ μικρὰ ὑπ' ἐμοῦ εὐηργέτησαι, καὶ ἀπ' αὐτῆς ὧν ἐγκαλεῖς, δῆλόν ἐστιν. [a] ὃν γάρ, ὡς ἐν ἐσχάτοις οὖσαν τὴν γυναῖκα, καὶ πάμπονήρως ἔχουσαν, οὐκ ἰώμενον, μισεῖς, πῶς οὐ πολὺ μᾶλλον, ὅτι σε τῆς ὁμοίων ἀπήλλαξα, ὑφαγαπᾷς, καὶ χάριν ὁμολογεῖς, τὸ οὕτω δεινῶν ἀπηλλαγμένον; σὺ δέ, ὅστις ἀγνωμονέστατος, σωφρονήσας, εὐθὺς ἐς δικαστήριον ἄγεις, καὶ σεσωσμένον κολάζεις, καὶ ὅπου τὸ ἀρχαῖον ἐκεῖνο μῖσος ἀνατρέχεις, καὶ τὸν αὐτὸν ἀναγιγνώσκεις νόμον. καλὸν γοῦν τὸ μισθὸν ἀποδίδως τῇ τέχνῃ, καὶ ἀξίας ἀμοιβὰς τῆς φαρμάκων, ὅπου τὸ ἰατρὸν ὑγιαίνων μόνον.

Ὑμεῖς δέ, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὸν εὐεργέτην τοῦτον κολάζειν ἐπιτρέψετε, καὶ τὸν σώσαντα ἐξελαύνειν, καὶ τὸν σωφρονίσαντα μισεῖν, καὶ τὸν ἀναστήσαντα τιμωρεῖσθε. οὐκ, ἦν γε τὰ δίκαια ποιῆτε. καὶ γὰρ εἰ τὰ μέγιστα τῶν ἁμαρτάνων ἐτύγχανον, ἦν μοί τις ὑπὲρ μικρᾶς προοφειλομένη χάρις, ἐς ἣν ἀποβλέποντα τοῦτον, καὶ ἧς μεμνημένον, καλῶς εἶχε, τὰ μὲν παρόντων καλαφρονεῖν, διὰ ἐκεῖνα δὲ πρόχειρον τὴν συγγνώμην ἔχειν· καὶ μάλιστα εἰ τηλικαύτη τις ἡ εὐεργεσία [c] τυγχάνοι, ὡς πάντα ὑπερπαίειν τὰ μὴ ταῦτα. ὅπερ οἶμαι καὶμοὶ πρὸς τοῦτον ὑπάρχειν, ὃν ἔσωσα, καὶ ὃς τοῦ βίου παντὸς χρεώστης ὤν μοι, καὶ ᾧ τὸ εἶναι, καὶ τὸ σωφρονεῖν, καὶ τὸ συνιέναι

me solum sapere. Minime enim parvum tibi beneficium a me tributum esse, ex ipsa tua accusatione manifestum est. Quem enim odio jam habes, qui non sanem uxorem tuam cum extremis conflictantem malis, & pessime omnino habentem, cur non multo potius vehementer amas, quod similibus te liberavi, & gratiam habes tantis malis solutus? Tu vero, quod ingratissimum, recepta mente statim trahis ad tribunal, & servatus punis, & ad antiquum illud odium recurris, & legem eandem legis. Praeclaram igitur arti mercedem exsolvis, & digna medicamentorum praemia, qui contra solum medicum sapias.

15. Vos autem, Judices, huic permittetis punire bene de se meritum, servatorem expellere, sanae mentis restitutorem odisse, afficere supplicio, qui *jacentem* erexit? Minime, si quidem juste agatis. Etenim si maxima nunc peccata commisissem; ante debebatur mihi gratia non parva, ad quam iste respiciens, cujus recordatus, jure meritoque praesentia contemneret, in promtu propter ista haberet veniam: maxime vero, si tale tantumque sit beneficium, ut longe ea quae post facta sunt, superet. Quod quidem apud istum mihi ita se habere arbitror, quem servaverim, qui vitam mihi ipsam debeat, cui quod est, quod sapit, quod intelligit, prae-

a ὃν] ὃς Ex. *Fl.* ὃν P. cum Edd. b Σωφρονίσαντα] Ita, restitui ex Cod. L. Σωφρονήσαντα enim vulgo Edd. c Τυγχάνοι] Sic restitutum ex P. & L. Τυγχάνει Edd. priores. d ὃς] Deest in *Fl.*

65, Τυγχάνοι] P. & L. In reliquis τυγχάνει. *M. du S.*

73. Μεῖζον — εὐεργεσίαν] Admisissem lectionem marginis *Aldinae* μείζω, quia sic melius cum εὐεργεσία in genere fem. convenit; sed quia etiam suspicabitur aliquis μεῖζον' cum apostropho pro μείζονα posse legi, lectoris arbitrio rem permittere malui, etsi scio, alibi ut indeclinabile quoque occurrere μείζω, unde quis conjiciat etiam μεῖζον sic usurpari, sed hoc non satisfacit. De μείζω *Mercerus* ad Aristaen. epist. I. 7. ubi ἑτέρα πολλῷ βελτίω — ἄγρα legitur, ait: „ βελτίω nolui mutare, quia consensum video per„ petuum in omnibus his vocibus, ut eas non infle„ ctat, quamvis contra Grammaticos canones. In„ fra Ep. XII. τῇ βελτίῳ βίου. XI. Καλλίῳ. XIV. „ μείζω". Quod ut ibi propter consensum certe mutare nolim, ita tamen μεῖζον quoque ut invariabile in omni genere accipiendum, non sequitur; sed apostropho adjuvandum arbitror, si quid mutandum; verum potest neutrum genus esse, intellecto τι, vel χρῆμα, quod supra non semel habuimus in aliis adjectivis; ita ut & hic significet: *hoc beneficentiam tuam in majus quid evecturum puto*, vel *majus quid redditurum*. *J. F. R.*

91. Εἰκοστὴ τῇ τοῦ πατρὸς ἀνοιᾷ] In abdicato, filius ostendit, se patri assedisse dies noctesque, & omnia momenta observasse ejus valetudini serviendi; sed verba foediffima menda sunt inquinata: πόσα γὰρ οὐδὲ παθὼν μοι; πόσα παμπόνηρα παρέστα; ὑπερτείνοντα, καιροφυ-

praestiterim; idque eo maxime tempore, cum reliqui omnes spem abjecissent, seque impares morbo fassi essent.

16. Illa enim re augeri beneficium meum existimo, quod neque filius eo tempore, neque necessariam habens curationis causam, sed in libertate constitutus, alienus, naturali necessitudine solutus, tamen non neglexi *patrem*; sed sponte, invocatus, meo ipsius instinctu veni, opem tuli, assiduus fui, sanavi, excitavi, patrem servavi meum, caussam de abdicatione dixi, iram *illius* mea benevolentia sedavi, legem dissolvi pietate, magnoque beneficio reditum in familiam redemi, atque ancipiti adeo tempore ostendi meam in patrem fidem, & una cum arte me ipsum *quasi* adoptavi, germanumque me filium difficili tempore ostendi. Quae enim subiisse me putatis? quantum laborasse praesentem, ministrantem, tempora observantem omnia, cum nunc viribus summis morbi concederem, nunc remittenti aliquantum malo, artem opponerem. Est vero omnium in Medicina hoc periculosissimum, curare tales, & ad ita constitutos accedere. Saepe enim in proximos quosque rabiem, effervescente morbo emittunt. Ego tamen ad nihil horum vel patientiam amisi, vel despon-

ὁπαρέχημαι, καὶ μάλιστα ὅτε οἱ ἄλλοι πάντες ἤδη ἀπεγνώκεσαν, καὶ ἥπιος εἶναι ὁμολόγουν τὴν νόσον.

Τοῦτο γὰρ [e] μεῖζον οἶμαι ποιεῖν τὴν ἐμὴν εὐεργεσίαν, ὡς ὅτε υἱὸς ὢν τότε, ὅτε ἀναγκαίαν τὴν θεραπείας ἔχων αἰτίαν, ἀλλ' ἐλεύθερος καθεστὼς, καὶ ἀλλότριος, τὴν φυσικῆς αἰτίας ἀφειμένος, ὅμως [f] ὑπ' οὐδενὸς, ἀλλ' ἐθελοντὴς, ἄκλητος, αὐτεπάγγελτος, ἦκον, ἐβοήθησα, προσελιπάρησα, ἰασάμην, ἀνέστησα, καὶ τὸν πατέρα [g] ἐμαυτῷ διεφύλαξα, καὶ ὑπὲρ τὴν ἀποκηρύξεως ἀπελογησάμην, καὶ τῇ εὐνοίᾳ τὴν ὀργὴν ἔπαυσα, καὶ τὸν νόμον ἔλυσα τῇ φιλοστοργίᾳ, καὶ μεγάλης εὐεργεσίας τὴν εἰς τὸ γένος ἐπάνοδον ἐπριάμην, καὶ ἐν ὅτῳ δ' ὑπεσφαλεῖ καιρῷ τὸν πρὸς τὸν πατέρα πίστιν ἐπεδειξάμην, καὶ μὴ τὴν τέχνης ἐμαυτὸν εἰσεποίησα, καὶ γνήσιος υἱὸς ἐν τοῖς δεινοῖς ἀνεφάνην. πόσα γὰρ οἴεσθε παθεῖν με, πόσα καμεῖν, παρόντα, ὑπηρετοῦντα, καιροφυλακτοῦντα· νῦν μὲν, εἰκοῦσι τῇ τοῦ [h] πάθους ἀκμῇ· νῦν δὲ, τὴν τέχνην ἐπάγουσι, πρὸς ὀλίγον ἐνδιδόντος τοῦ κακοῦ; ἔστι δὲ τῶν ὄντων ἁπάντων τούτων ἐν τῇ ἰατρικῇ τὸ ὑποσφαλέστατον, τοὺς τοιούτους ἰᾶσθαι, καὶ πλησιάζειν οὕτω διακειμένοις. ἐς γὰρ τοὺς πλησίον πολλάκις ἀφιᾶσι τὴν λύτταν, ὑποζέσαντος τοῦ πάθους. καὶ ὅμως πρὸς οὐδὲν τούτων ἀπώκνησα, οὐδ' ἀπεδειλία-

[e] Μεῖζον] Sic *f.* Fl. P. Μεῖζω marg. *Alw.* [f] Οὐ] Οὐδὲ male *f.* [g] Ἐμαυτοῦ] Ἐμαυτῷ marg. *Alw.* [h] Πάθους] Sic recte Cod. L. Πατρὸς Edd. omnes & cett. Codd. male.

φυλακτοῦντα; νῦν μὲν εἰκοῦσι τῇ τοῦ πατρὸς ἀκμῇ. νῦν δὲ τὴν τέχνην ἐπάγουσι, πρὸς ὀλίγον ἐνδιδόντος τοῦ κακοῦ. Benedicti versio: *Quam multa me fecisse arbitraminí, quantum & exhausisse laborum? dum assideo, dum obsequor, dum opportunitatem observo, nunc cedens patris vehementiae, nunc artem admovens, morbo paullatim inclinante.* Hem, quid audio? πατρὸς ἀκμὴ est patris vehementia? Nil poterat absurdius. πατρὸς ἀκμὴ Graecis esset patris vigor, cum in ipso flore virium & aetatis est. Verti haec non possunt, quia nihil Graecis significant. Legendum est εἰκοῦσι τῇ τοῦ πάθους ἀκμῇ. *Cedens morbi vehementiae.* ἀκμὴ τοῦ πάθους, est cum morbus est vehementissimus, ut nulla patiatur remedia, cui opponitur ἐνδιδὸν κακὸν, cum remissius est malum, cum inclinat nonnihil morbus. Usus est Lucianus proprio medicorum verbo, sic apud Galenum ἡ τοῦ παροξυσμοῦ ἀκμὴ, est cum maxime saevit febris, vide eundem in comment. in *Hippocratis* Prognost. ubi docet quae sit ἀρχὴ τοῦ πάθους, seu νοσήματος initium morbi, ἀνάβασις, incrementum, ἀκμὴ, cum est vehementissimus, & ὑφορμὴ cum inclinat, & minuitur. *J.C.G.*

Ibid. Πάθους] Emendationem Cl. *Graevii* certissimam nunc etiam auctoritate L. Codicis firmatam, secuti sumus. Vide etiam *Plut.* 806. f. *M. du S.*

93. Τούτων] Videtur legendum τοῦτο. Sic certe interpretatus sum. *J.M.G.*

λίασα. συνὼν δὲ καὶ πάντα τρόπον ἀντεξεταζόμενος τῇ νόσῳ, τὸ τελευταῖον ἐκράτησα τῷ Φαρμάκῳ.

Μὴ γὰρ τοῦτ' ἀκούσας εὐθέως ὑπολάβῃ τις, ποῖον δὲ ἡ πόσον ὁ κάματον ἐγχέαι Φάρμακον; πολλὰ γὰρ πρὸ τούτου γενέσθαι δεῖ, καὶ προοδοποιῆσαι τῇ πόσει, καὶ προπαρασκευάσαι ῥᾴδιον ἐς ἴασιν τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἀπάσης ἕξεως Φροντίσαι, κενοῦντα, καὶ ἰσχναίνοντα, καὶ οἷς χρὴ τρέφοντα, καὶ κινοῦντα ἐς ὅσον χρησιμον, καὶ ὕπνους ὀπνοῦντα, καὶ ἠρεμίας μηχανώμενον, [a] ἄφρ οἱ μὲν ἄλλο τι νοσοῦντες, ῥᾳδίως πειθοῖεν ἄν· οἱ μεμηνότες δὲ, καὶ τὴν ἐλευθερίαν τοῦ νοῦ, δυσάγωγοι, καὶ δυσηνιόχηλοι, καὶ τοῦ ἰατροῦ ὀλισθηροὶ, καὶ τῇ θεραπείᾳ δυσκαταγώνιστοι. ὅταν [b] γοῦν πολλάκις [c] ποιήσωμεν, ἤδη πλησίον γενέσθαι τοῦ τέλους, καὶ ἐλπίσωμεν, ἐμπεσόν τι μικρὸν ἁμάρτημα, ἐπαχμάσαντα τοῦ πάθους, ἅπαντα ῥᾳδίως ἐκεῖνα [d] ἀνέτρεψε, καὶ ἀνεπόδισε τὴν θεραπείαν, καὶ τὴν τέχνην διέσφηλε.

Τὸν οὖν ταῦτα πάντ' ὑπομεμενηκότα, καὶ οὕτω χαλεπῷ νοσήματι προσπαλαίσαντα,

di animum. Sed congrediens & omni modo contra morbum decertans, medicamento tandem illum expugnavi.

17. Noli enim, si quis ista audis, statim putare, *Qualis aut quantus labor est infundere medicamentum?* Multa enim ante hoc fieri oportet, & viam munire potioni, & parare habile ad curationem corpus, & habitus totius habere rationem, evacuando, extenuando, iis, quibus oportet, nutriendo, & movendo quantum opus est, & somno parando, & machinanda quiete, ad quae morbo laborantes alio facile inducantur, furiosi autem propter mentis libertatem, duci regique difficiles, periculosi medico, & curatione vix superabiles. Cum enim saepe effecimus, ut prope finem simus, cum speramus; incidens parvulum quoddam peccatum, ingravescente denuo morbo, omnia illa facile evertit, retro agit curationem, artem fallit.

18. Eum igitur, qui illa omnia sustinuit, qui cum gravi adeo aegritudine confli-

a Ἄφρ] Ὥστε P. Vulgat. servant Edd, *J. Fl. H. P.* &c. b Γοῦν] Sic Edd. vett. & recentiores. Γὰρ L. c Ποιήσωμεν] Hoc Edd. constanter tuentur. Οἰήσωμεν *Marc.* d Ἀνέτρεψε] Ἀνεπόδισε marg. *Alw.*

99. Ἀντεξεταζόμενος] Et sic habere cum *J.* etiam *B2. H.* & *Fl.* notarat *Solanus*. Quid tum? Occurrit etiam supra *Dial. mort.* XII. §. 2. p. 382. f. quod *Soulius* tamen ibi in ἀντιπαξάμενος mutare voluit; sed defendit Cl. *Hemsterhusius* vulgatam Lectionem, quem vide, & cognosces hic quoque aptissimum esse hoc verbum. *J. F. R.*

13. Τῇ νῷ] Νοῦς cogitandi vis hic est, & imagines rerum formandi. Haec ab imperio rationis τῷ λόγου *libera*, & effrenis temere huc illuc impellitur, aegreque adeo ad quietem & tranquillitatem reducitur. Quam itaque *mentis libertatem*, verbum de verbo reddidi, hanc maluissem tali circumscriptione verborum exprimere, *propter mentem excussis rationis frenis libere nugantem.* *J. M. G.*

16. Ὅταν γοῦν πολλάκις ποιήσωμεν] Ὅταν γοῦν πολλάκις οἰήσωμεν &c. *Th. M.*

Ibid. Ποιήσωμεν] *Marcilius* pro ποιήσωμεν reponit οἰήσωμεν. Vix puto Nostro, Atticae dictionis observantissimo, tribui posse οἰήσωμεν. quum οἴομαι tantum in forma passiva ab eo usurpetur. Sed nulla emendatione eget hic locus, si bene modo distinguatur: nimirum distinctio requiritur post ἐλπίσωμεν. quod Interpres recte quidem observavit; at minus fideliter egit in versione. In superioribus dixit Abdicatus, nullos sanatu difficiliores esse furentibus; ubi enim alii aegroti facile ad monita Medicorum agant, in illos nihil esse Medicis imperii. *Itaque*, ait, *cum saepe effecerimus, ut prope ad finem curationis perventum sit, & cum jam bonam spem conceperimus, leve aliquod peccatum incidens, malo effervescente, omnia illa facile pervertit, curationemque moratur ac reprimit, atque artem eludit.* *J. J.*

26. Νόμους] Lege *de ingratis* filii tantum tenebantur erga parentes, quanquam ulterius a Petito trahatur. Vid. *Val. Max.* V. 3. & *Xenoph.* Ἀπομν. II. Vitr. praef. VI. *Meurs.* Them. Att. I. 3. *Menag.* ad Diog. Laërt. I. 55. *M. du S.*

31. Εἰ δὴ] Placet conjectura *Soulii*, sive *Solani*, ὁ δὴ legentis, sive ipse ejus auctor sit, sive aliunde hauserit; quod fere suspicor, quia notis suis non inseruit; sed tum potius mutato accentu ὃδ demonstrative

flictatus est, qui morbum morborum omnium superatu difficillimum vicit, istiadhuc abdicare permittetis, & pro sua lubidine interpretari leges contra optime de se meritum patiemini, & contra ipsam pugnare naturam sinetis? Ego naturae obsecutus, judices, servo & custodio mihi patrem, etiam si injuriam ipse *mihi* faciat. Si vero filium a quo beneficium accepit, legibus, ut ait, obtemperans perdit, & genere privat, ipse liberorum osor est, amans ego patris; ego amplector naturam, ipse naturae vim despicit, & jus ipsum contumeliose conculcat. Vah patrem injuste odio habentem, vah filium amantem etiam injustius! Me enim ipsum accuso, patre ita cogente, qui exosus praeter officium amem, & magis amem quam convenit: cum tamen natura patribus magis injungat amare liberos, quam hisce patres. Sed iste ultro & leges despicit, quae liberos nullius injuriae reos servant generi, & naturam, quae parentes ad vehemens eorum qui nati sunt desiderium trahit; tantum abest, ut, cum majores habeat benevolentiae erga me caus-

καὶ πάθος ἁπάντων παθῶν τὸ δυσαλωτότα-
λον νενικηκότα, ἔτι τούτῳ ἀποκηρύττειν
ἐπιτρέψετε, καὶ τοὺς νόμους ὡς βούλε-
ται ἑρμη-
νεύειν κατ' εὐεργέτου, συγχωρήσετε, καὶ τῇ
φύσει πολεμεῖν αὐτὸν ἐάσετε; ἐγὼ τῇ φύσει
πειθόμενος, σώζω καὶ διαφυλάττω, ὦ
ἄνδρες δικασταί, τὸν πατέρα ἐμαυτῷ, κἂν
ἀδικῇ ὅτι· εἰ δὲ τὸν εὐεργετηκότα παῖ-
δα τοῖς νόμοις, ὡς φησιν, ἀκολουθῶν διαφθείρει, καὶ τὸ γένους ἀποστερεῖ, μισόπαις ὅ-
τι, ἐγὼ φιλοπάτωρ γίγνομαι· ἐγὼ τὴν
φύσιν ἀσπάζομαι, ὅτι τὰ τῆς φύσεως
παρορᾷ, καὶ καθυβρίζει δίκαια. ὁ μὲν πατὴρ,
μισῶν ἀδίκως· ὁ δὲ παῖς, φιλῶν
ἀδικώτερον. ἐγκαλῶ γὰρ ἐμαυτῷ, τοῦ πα-
τρὸς ἀναγκάζοντος, ὅτι μισοῦμενος, ὑ
σέον φιλῶ, καὶ φιλῶ πλέον ἢ προσῆκε. καί-
τοι γε ἡ φύσις τοῖς πατράσι τοὺς παῖδας
μᾶλλον, ἢ τοῖς παισὶ τοὺς πατέρας ἐπι-
τάττει φιλεῖν. ἀλλ' ὅτος ἐκὼν καὶ τοὺς νό-
μους παρορᾷ, οἳ τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας παῖ-
δας τῷ γένει φυλάττουσι, καὶ τὴν φύσιν, ἣ
τοὺς γεννήσαντας ἕλκει πρὸς πόθον τῶν γε-
γεννημένων πολύν, οὐχ ὅπως μείζους ἔχὰς
εὐ-

- ε Εἰ] Et haec est constans lectio. Sed ὁ legendum adscripsit *M. du S.* f Δίκαια] Deest in P. Adest in Edd. g Γεγεννημένων] Γιγνομ. *J. Pell.* punctum post πολὺν habet, & πῶς ἂν οὐχ ὅτω.

tive legerem. Non tamen rejicio vulgatam; sed mallem, ubi σὲ praeferas, αὐτὸς mox ei subjici, quam ὅτος, ideoque magis ad ὁ inclinarem. *J. F. R.*

35. Ἀσπάζομαι] Sic pro *amplector*, *delector*, *Alciphr.* I. Ep. 3. f. ἀσπάσασθαι ἀδῆ βίον. *Amplecti* metu *expertem vitam.* Idem I. Ep. 4. p. 20. Εἰ τὴν πόλιν ἀσπάζῃ. *Si urbem amas.* *J. F. R.*

46. Γεγεννημένων] Supra c. 10. hujus Differt. idem *Justinae* mendum indicavimus, quae γιγνημ. uno tantum ν habet, ut hic iterum; sed cum versu proximo γενήσαντος tamen recte exhibeat, facile erat hunc errorem detegere. *J. F. R.*

47. Οὐχ ὅπως] Monebat in marg. *Graev.* Cl. *Hemsterh.* adeundum Cl. *Dukerum* ad *Thucyd.* III. p. 194. N. 31. quem supra T. I. *Pro lapsi.* c. 4. jam indicavimus. Jam vero, quia hic satis est spatii, inferere lubet: Οὐχ ὅπως ζημιοῦν, ἀλλὰ μηδ' ἀτιμάζειν, verba sunt *Thucyd.* L. III. c. 42. Ad quae ille: Οὐχ ὅπως saepissime dicitur pro *non modo non*, sequente negatione in posteriore membro orationis. *Lucian.* ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσηγ. πταισμ. c. 4. καὶ οὐχ ὅπως θεοῖς, ἀλλ' οὐδ' ἀνθρώποις δικαίοις πρέπον. Sed non minus sine ea. *Thucyd.* I. 35. Τῶνδε οὐχ ὅπως κωλυταὶ ἐχθρῶν ὄντων — γενήσεσθε, ἀλλὰ καὶ — δύναμιν προσλαβεῖν ἐξεύρεσθε. *Lucian.* Abdicato: h. l. ἀλλ' ὅπως — οὐχ ὅπως — μείζονα τὰ δίκαια &c. Itaque in his particula negans non potest suppleri ex sequenti membro, quod de hoc loco *Thucydidis* dicit *Portus* in *Var. Lect.* Eadem in lingua Latina est ratio particularum *non modo*. Haec ille. Exempla autem alia addi possent ex *L. Bos* de Ellips. p. 332. Sed libellus ille omnium in manibus merito versatur. Latina exempla dedi, atque unde ex aliis, qui id jam dudum egere, peti possint, indicavi in Libro *de Ambiguis.* Tit. *NON.* p. 380. & seq. Unde nihil repetam, nisi hoc, adiri quoque posse *Dukerum* nostrum ad *Flor.* III. 20. 3. p. 664. qui modeste refutat Cl. *Perizonium* ad *Sanct. Min.* IV. 7. 5. existimantem *non modo* pro *non modo non*, dici non posse, nisi sequente particula negativa. *J. F. R.*

90. Οὐ-

εὐνοίας ἔχων πρὸς ἐμὲ, μείζονα τὰ δίκαιά μοι τῆς εὐνοίας ἐσφέρῃ, καὶ ἐπιδίδωσιν· ἢ, τόγε ἔλαττον, ἐμὲ μιμεῖται, καὶ ζηλοῖ τοῦ φίλτρου. ἀλλ', οἴμοι τοῦ συμφορᾶς, προσέτι καὶ μισεῖ φιλοῦντα, καὶ ἀγαπῶντα ἐλαύνει, καὶ εὐεργετοῦντα ἀδικεῖ, καὶ ἀσπαζόμενον ἀποκηρύττει, καὶ τοὺς φιλοπαίδας νόμους, ὡς μισόπαιδας κατ' ἐμοῦ μεταχειρίζεται. ὦ μάχης, ἣν ἐσάγεις πάτερ τοῖς νόμοις καὶ τῇ Φύσεως.

Οὐκ ἔστι ταῦτα οὐκ ἔστιν ὡς θέλεις, κακῶς ἑρμηνεύεις, ὦ πάτερ, καλῶς κειμένους τοὺς νόμους. οὐ πολεμεῖ Φύσις καὶ νόμος ἐν ταῖς εὐνοίαις· ἀκολουθοῦσιν ἀλλήλοις ἐνταῦθα, καὶ συναγωνίζονται τῇ λύσει τῶν ἀδικημάτων. ὑβρίζεις τοῦ εὐεργέτου, ἀδικεῖς τὴν Φύσιν, τί καὶ τοὺς νόμους συναδικεῖς τῇ Φύσει; ὡς καλούς, καὶ δικαίους, καὶ φιλοπαίδας εἶναι θέλοντας, οὐ συγχωρεῖς, καθ' ἑνὸς παιδὸς ὡς καὶ πολλῶν κινῶν πολλάκις, καὶ πολλάζειν οὐκ ἐῶν ἐν ταῖς τιμωρίαις, τοὺς ἐν ταῖς τῶν παίδων πρὸς τοὺς πατέρας εὐνοίαις ἡσυχάζειν ἐθέλοντας· καίτοι γε ὑπὲρ τοῖς μηδὲν ἡμαρτηκόσι, μηδὲ κειμένοις. καὶ μὴν οἵ γε νόμοι καὶ ἀχαριστίας δικάζεσθαι διδόασι καὶ τοὺς εὐεργέτας μὴ ἀντευποιοῦντων. ὁ δὲ πρὸς τοῦ μὴ ἀμείβεσθαι, καὶ ἐπ' αὐτοῖς οἷς εὖ πέπονθε κολάζειν ἀξιῶν, σκέψασθε εἴ τινα ὑπερβολὴν ἀδικίας ἀπολέλοιπεν. ὡς μὲν οὖν ὅτε ἀποκηρύττειν ἔτι τούτῳ ἔξεστιν, ἅπαξ ἤδη τὴν πατρικὴν ἐξουσίαν ἀποπληρώσαντι, καὶ χρησαμένῳ τοῖς νόμοις, ὅτε ἄλλως δίκαιον, εὐεργέτην ἐς τὰ τηλικαῦτα γεγενημένον ἀπωθεῖσθαι, καὶ τῆς οἰκίας ἀποκλείεσθαι, ἱκανῶς, οἶμαι, δέδεικται.

sas, majora etiam benevolentiae officia mihi tribuat, atque cumulet; aut certe, me imitetur, & amoris mei se praebeat aemulum. Sed heu calamitatem! insuper etiam odit amantem, & diligentem exigit, & bene merentem afficit injuria, & amplectentem abdicat, & leges liberis faventes, tanquam infensas liberis in me torquet. Vah pugnam, qua committis, pater, leges & naturam.

19. Non sunt, non sunt ista ut tu vis. male interpretaris, pater, leges bene constitutas. non pugnant natura & lex circa benevolentiam; sequuntur hac in re se invicem, & mutuo se dissolvendis injuriis adjuvant. Contumelioſe tractas bene de te meritum: in naturam injurius es. Quid etiam leges una cum natura injuria complecteris? quas, bonae, justae, liberorum amantes esse cum velint, *tales* esse non concedis, cum eas contra unum filium, tanquam adversus plures, saepius moveas, & quiescere non patiaris a poenis, quae in liberorum adversus patres benevolentia quiescere cupiunt, atque adeo iis, qui nihil peccarunt, neque sunt propositae. Et sane ingrati animi judicium dant leges contra eos, qui bene de se meritis gratiam non retulere. Ille autem, qui praeterquam quod vicem non reddit, insuper propter ipsa quibus affectus est beneficia punire cupit, considerate, si quem injuriae excessum reliquerit. Quae cum ita sint, neque integrum amplius isti esse abdicare, qui semel jam patriam potestatem expleverit, & usus sit legibus: neque alioquin justum esse, bene adeo meritum rejici, & expelli domo, satis, puto, demonstratum est.

20. Jam

a Πρὸς τοῦ] Πρὸς τὸ *Fl.* Sed vulgatae cett. Edd. lectioni adsentitur P.

90. Οὐδὲ τοῦτ' ὁ νομοθέτης φησὶ, ὅ, τι ἂν τύχῃ ὁ πατὴρ αἰτιασάμενος, ἀποκηρυττέτω] Sic, non ὅτι, scribendum. *Neque id dicit Legislator, Pater, quodcumque tandem criminatus, abdicet.* *J. J.*

91. Ὅ, τι] Quod sic dividi pro vulgato ὅτι volebat Cl. *Jens.* id in Parisina jam ita editum erat. In *Junt.* autem *Solanus* manu sua diviserat. In *Heg.* Ed. in duo quidem verba diremtum est, sed sine commate. *J. F. R.*

4. Τί τ. πάντων αἰτιᾷ] Αἰτιᾷ. *Th. M.*

Ibid. Αἰτιᾷ] Ferri vulgata lectio αἰτιᾶται non potest. Legendum necessario ut *Marcilius* suadet, & nos correximus, αἰτιᾷ. *Ba.* αἰτιᾶται, minus concinne. *M. du S.*

Αἰ-

20. Jam vero ad ipsam quoque caussam veniamus abdicationis, & crimen ipsum, quale sit, examinemus. Opus vero est rursus ad sententiam legislatoris recurrere. Ut enim tibi hoc ad parvum tempus demus, licere abdicare, quoties velis, & contra bene meritum insuper hanc tibi potestatem concedamus: non tamen simpliciter, puto, neque omnibus de caussis abdicatis. Neque hoc ait legislator, *Quidquid accusaverit pater, abdicato, & sufficit velle tantum, & arguere.* Quid enim opus fuisset judicio? Sed vos, judices, jubet considerare, magnisne & justis de caussis iratscatur pater, an minus. Igitur hoc jam exquirite. Incipiam autem ab his, quae furorem statim consecuta sunt.

21. Primum quidem quod sanitate restituta egit pater, hoc fuit, quod abdicationem rescidit; *tum* servator, bene meritus, & omnia eram ego. Nec ullum in his crimen, puto, esse potuit. Eorum autem, quae secuta sunt, omnium quid accusat? quem cultum, quam curam filii praetermisi? quando abnoctavi? quas compotationes intempestivas, quas comissationes accusas? quae luxuria *mea est?* quis leno pulsatus? quis accusavit *me?* nemo unus. Atqui haec sunt, propter quae maxime abdicare lex permittit. Sed aegrotare coepit noverca. Quid igitur? me hoc nomine accusas? & morbi rationem a me repetis?

22. *Non*, inquit. Quid ergo? *Quod*

Ἤδη δὲ καὶ ἐπ' αὐτῷ τῇ αἰτίαν ἔλθωμεν τῆς ἀποκηρύξεως, καὶ τὸ ἔγκλημα ἐξετάσωμεν ὁποῖόν ἐστιν. ἀνάγκη δὲ αὖθις ἐπὶ τὸν νομοθέτην ἀναδραμεῖν τῷ λόγῳ. ἵνα γάρ σοι τοῦτο πρὸς ὀλίγον δῶμεν, τὸ ἐξεῖναι ὁσάκις ἂν ἐθέλῃς ἀποκηρύττειν, καὶ κατά γε τοῦτο εὐεργέτῃ προσέτι τὴν ἐξουσίαν ταύτην [b] συγχωρήσωμεν, οὐχ ἁπλῶς, οἶμαι, οὐδ' ἐπὶ πάσαις αἰτίαις ἀποκηρύξεις· οὐδὲ τοῦθ' [c] ὁ νομοθέτης φησίν, ὅ, τι ἂν τύχῃ ὁ πατὴρ αἰτιασάμενος, ἀποκηρυττέτω, καὶ ἀποχρῆ θελῆσαι μόνον, καὶ μέμφασθαι. τί γὰρ ἂν ἔδει δικαστηρίου; ἀλλ' [d] ὑμᾶς ποιεῖ τοῦτο, ὦ ἄνδρες δικασταί, σκοπεῖν, εἴτ' ἐπὶ μεγάλοις καὶ δικαίοις ὁ πατὴρ ὀργίζεται, εἴτε καὶ μή. ὑμῖν τοῦτο ἤδη ἐξετάσατε. ἄρχομαι δὲ ἀπὸ τῆς μανίας εὐθύς.

Τὰ μὲν δὴ πρῶτα τῆς σωφροσύνης τοῦ πατρὸς, λύσις ἦν τῆς ἀποκηρύξεως, καὶ σωτὴρ, καὶ εὐεργέτης, καὶ πάντα ἦν ἐγώ. καὶ οὐδέν, οἶμαι, τούτοις ἔγκλημα προσεῖναι ἐδύνατο. τὰ μὲν ταῦτα δὲ, τί τῶν πάντων [e] αἰτιᾷ; τίνα θεραπείαν, τίνα ἐπιμέλειαν υἱῷ παρῆκα; πότε ἀποκοίτος ἐγενόμην; τίνας πότους ἀκαίρους, τίνας κώμους ἐγκαλεῖς; τίς ἀσωτεία; τίς πορνοβοσκὸς ὕβρισται; τίς ἠτιάσατο; οὐδὲ εἷς. καὶ μὴν ταῦτά ἐστιν, ἐφ' οἷς μάλιστα ὁ νόμος ἀποκηρύττειν ἐφίησιν. ἀλλὰ νοσεῖν ἤρξατο ἡ μητρυιά· τί οὖν ἐμοὶ τοῦτ' ἐγκαλεῖς, καὶ νόσου δίκην ἀπαιτεῖς;

Οὔ, φησιν. [f] ἀλλὰ τί; ὅτι θεραπεύειν προσ-

[b] Συγχωρήσωμεν] Συγχωρ. *Fl.* Sed cum vulg. cett. Editionum lectione facit P. [c] Νομοθέτης] Νόμος marg. *AIW.* [d] Ἡμᾶς] Recte sic Edd. plurimae & P. Ἡμῶ male *Fl.* [e] Αἰτιᾷ] Sic *Marc.* Αἰτια, Edd. male. Αἰτιᾶται *B2.* [f] Ἀλλὰ τί; ὅτι] Ἀλλ' ὅτι *Fl.* Vulgatam lect. servant ceterae, cum P. Cod.

Αἰτιᾷ] Facile obsecundavi *Marcilio* & *Solano* sic legentibus, pro vulgato αἰτια, quia id plane necessarium. Immo & sic jam videtur legisse *Erasmus*, vertens: *quod accusat*, etsi verba τὰ μὲν ταῦτα δὴ in versione neglexit. *J. F. R.*

13. Οὔ, φησιν] Melius sic interpungitur. Vide locum huic similem in *Dearum judicio* seu Θ. δ. XX. c. 4. (jam c. 9.) *M. du S.*

Οὔ, φησιν] Nemo intelliget, quid *Solanus* velit dicens, melius sic legi, & conferendum c. 4. Dial. *Dear. Judic.* inscripti; ideo paucis dicam quid sit: erat in aliis Edd. sic interpunctum ἀπαιτεῖς, ἔ φησιν. In aliis ἀπαιτεῖς; ἔ φησιν, unde is fecit ἀπαιτεῖς; Οὔ, φησιν. quod sine haesitatione sic edi curavi, etsi vulgata quoque satis intelligi sine mutata distinctione poterat, at nunc melior tamen est. Quod autem idem supra occurrere ait, id solam Edit. *Junt.* respicit, quam ille secutus fuisset, si sibi Lucianum edere con-

προστάττοντος, ὃ θέλεις, καὶ μὴ τοῦτ' ἀξίου εἶναι ἀποκηρύξεως, ἀπειθῶν τῷ πατρί. ἐγὼ δὲ τὸ μὲν οἷα προστάττοντι αὐτῷ, ὑπακούειν ὁ δυνάμενος, ἀπειθεῖν δοκῶ; πρὸς ὀλίγον ἐπανορθήσομαι. πρότερον δ' ἁπλῶς ἐκεῖνό φημι, ὡς ὁ πάντα προστάττειν ὅτε τούτῳ δίδωσιν ὁ νόμος, ὅτ' ἐμοὶ τὸ πείθεσθαι πᾶσι πάντως ἀναγκαῖον. ἐν δ' οὖν τοῖς τῶν προσταγμάτων τὰ μὲν ἀνεύθυνά ἐστι, τὰ δ' ὀργῆς καὶ τιμωρίας ἄξια· ἐὰν νοσῆς αὐτὸς, ἐγὼ δὲ ἀμελῶ· ἐὰν τοῦ κατ' οἶκον ὀλιγωρῶ· ἐὰν τὰ κατ' ἀγρὸν ὑποσκοπεῖν προστάττῃς, ἐγὼ δὲ ὀκνῶ. πάντα ταῦτα, καὶ τὰ [b] τοιαῦτα εὐλόγους ἔχει τὰς προφάσεις, καὶ τὰς μέμψεις πατρικάς· τὰ δ' ἄλλα, ἐφ' ἡμῖν ἐστι τοῖς παισὶν, ὄντα τῶν τεχνῶν, καὶ τούτων χρήσεως, καὶ μάλιστα, εἰ μηδὲν αὐτὸς ὁ πατὴρ ἀδικοῖτο. ἐπεί τοι ἐν τῷ [c] γραφεῖ πατὴρ προστάττῃ, ταῦτα μὲν τέκτονι γράφε, ταυτὶ δὲ μή· καὶ τῷ μουσικῷ, τιὼ δὲ μὴ τὴν ἁρμονίαν χρῆε, τιὼδε δὲ μή. καὶ τῷ χαλκεύοντι, τοιαῦτα μὲν χάλκευε, τοιαῦτα δὲ μή· ἆρα [d] ἂν τις

curare eam jussus non vis; & propter hoc dignus fueris abdicatione, parere recusans patri. Ego vero, qualia praecipienti patri, cum obsequi non possim, obedientiam negare videar, *disputare* paullum differam. Prius vero simpliciter illud dico, Neque isti lex permittit injungere omnia, neque parere omnibus omnino mihi necessarium. In his ergo, quae imperantur *a patre*, alia quidem alieno arbitrio non sunt obnoxia, alia vero ira atque supplicio, *si violentur*, digna: si aegrotes ipse, ego vero negligam, si rem familiarem curare jubeas, ego vilipendam, si rem rusticam inspicere injungas, ego pigrer. Omnia haec, & quae sunt in eodem genere, rationabiles habent causas & reprehensiones patrias: sed altera illa in nostra, liberorum, potestate sunt, quae nimirum ad artes, earumque usum pertinent, in primis si ipse pater nulla *inde* laedatur injuria. Quandoquidem si pictori pater injungat, *Ista quidem, fili, pinge, illa non;* & musico, *Hanc pulsa harmoniam, illam non;* & fabro, *Talia fabricare, talia non:* num

a Κελεύῃς] Ex P. est. Nam abest ab Edd. Κελεύοις tamen etiam marg. *Ath.* b Τοιαῦτα] Sic in marg. *Ald.* correctum, quum ταυτα tantum typis editum esset. Quod ideo moneo, ut videamus optimas Edd. mendis typographicis non carere. c Γραφεῖ] Sic sola *Fl.* Ceterae male γράφειν. d Ἂν] Deerat in *S.* Aderat in *J. P.* &c.

tigisset. Verum recte Cl. *Hemst.* ibi ab *Junt.* lectione recessit, & ἅτε pro ὅ dedit, vid. §. 9. *Dear. Jud.* T. I. p. 260. Non c. 4. Nam alia nunc est facta paragraphorum sive capitum divisio; *Solanus* enim non satis commode illa distribuerat, fateor; cujus tamen divisionem deinceps ubique retinemus, propter permultas citationes, quarum numerus alioquin ubique foret mutandus, ad quod otium non superest. *J. F. R.*

26. Κελεύῃς] P. Solus hanc vocem exhibet omnino necessariam. *M. du S.*

33. Ἐπεί τοι ἂν τῷ γράφειν πατὴρ προστάττῃ, Ταῦτα μὲ τέκτονι γράφε, &c.] Γράφειν habet quoque cum Basileensi Aldina; perspicue tamen, velut optime Florentina, γραφεῖ scribendum; quod observavit quoque Interpres, *Jam si cui pictori praecipias pater, Haec pinge, fili, non illa*, &c. Paullo post, ἆρα ἂν ἀνάγκοιτο legendum. Exciderat in sequioribus τὸ, ἄν, quod antiquiores servant. *J. F.*

34. Γράφει] Ita emendandum, post *Vorstium* & Cl. *Jensium*, duximus, reluctantibus frustra libris, in quibus γράφειν scribitur. In *Fl.* Ed. tamen recte γραφεῖ. *M. du S.*

41. Τὸ δὲ τοῦ ἰατρικῆς, ὅσῳ σωφρονέστερόν ἐστι] A conditione artis Medicae, cujus studium erat olim cum primis honorificum, ut *Galenus* & *Erasmus* comprobant. *G. C.*

Τὸ δὲ τοῦ ἰατρικῆς, ὅσῳ σωφρονέστερόν ἐστι] Conf. quae mox de privilegiis medicorum sequuntur, versus fin. hujus cap. At servos fuisse medicos JCti probant ex L. 3. C. comm. de Leg. *Sexaginta solidis aestimatos medicos utriusque sexus*, citante consult. *Zurkio* ad *Cic. Orat.* pro Dejot. c. 6. qui dicit: *Philippum medicum servum regium . . . esse corruptum*, Eod. cap. sub fin. *Id sibi, & medico callido, & servo, ut putabat, fideli, non credidit.* Contra, a servitute eos liberare conatur Doct. *Vink*, in Amoenitt. Literario-medicis, servos illos chirurgos tantum fuisse dicens. Sed haec disquisitio integram dissertationem postularet: quare breviter dicam; distinguenda tempora, distinguendae nationes. Apud Graecos certe ab antiquioribus tempo-

anm quis ferat abdicare volentem, quod filius non prout ipsi placet, arte utatur?

23. Nemo unus, arbitror. Medicina vero quo honestior est & vitae utilior, tanto liberior esse debet utentibus; & praerogativam habere hanc artem justum est in ipsa utendi potestate; cogi autem nihil, nec imperari, rem sanctam, traditam a Diis, sapientium virorum studium; nec servituti legum subjici, neque metui & poenae judicii neque suffragio, & minis patris, & irae hominum imperitorum. Itaque etiamsi hoc aperte tibi ac diserte dixissem, *Nolo, neque curo, licet possim, sed mihi soli artem novi, atque patri, reliquis omnibus indoctus esse volo:* quis tyrannus ita violentus, qui cogere audeat, & invitum arte sua uti *aliquem velit.* Haec enim talia supplicationibus & precibus, non legibus & iris, & judiciis subjicere, puto, convenit. Persuasione vinci medicum oportet, non imperio; velle, non terreri; ad curationem non compelli, sed sponte venientem gaudere. Necessitatis autem a patre impositae ex-

ἀνάγχοιλο ἀποκηρύττοιλα, ὅτι μὴ χτ' τὰ ἐκείνῳ δοκῦντα ὁ παῖς χρῆται τῇ τέχνῃ.

Οὐδὲ εἷς, οἶμαι. τὸ δὲ τ ἰαλρικῆς, ὅσῳ σεμνότερόν ϑϑι, χαὶ τῷ βίῳ χρησιμώτερον, τοσύτῳ χ ἐλευθεριώτερον εἶναι προσήκει τοῖς χρωμένοις, χαί τινα c προνομείαν f ἔχειν τὴν τέχνην δίκαιον τῇ ἐξουσίᾳ τ χρήσεως ἀναγκάζεαϑ δὲ μηδέν, μηδὲ προστάττεαϑ, πρᾶγμα ἱερόν, χ ϑεῶν παίδευμα, χαὶ ἀνθρώπων σοφῶν ἐπιτήδευμα· μηδ' ὑπὸ δουλείαν ε γενέαϑ νόμων, μηδ' ὑπὸ φόβον, χαὶ τιμωρίαν δικαστηρίων, μηδ' ὑπὸ ψῆφον, καὶ πατρὸς ἀπειλήν, καὶ ὀργὴν ἰδιωτικήν. ὥστε χ εἰ τοῦτό σοι σαφῶς ἐτῶσι, χ ἁβρῴδην ἔλεγον, ὃ βούλομαι, ὡδὲ ϑεραπεύων δυνάμενος, ἀλλ' ἐμαυτῷ μόνῳ τ τέχνην οἶδα, χ τῷ πατρὶ, τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασιν ἰδιώτης εἶναι βούλομαι· τίς τύραννος ἕτως βίαιος, ὡς ἀναγκάσαι ἂν χαὶ ἄκοντα χρῆσθαι τῇ τέχνῃ; τὰ γ τοιαῦτα, ἱκετείαις χαὶ δεήσεσιν, ὑ νόμοις χαὶ ὀργαῖς, χ δικαστηρίοις ὑπάγειν, ἄμεινον, προσήκει πείϑειν τ ἰατρὸν χρὴ, ὑ κελεύειν, βούλεσϑαι, ὑ φοβεῖν, ὅπως τ ϑεραπείαν σχ ἄγεσθαι, ἑκόντα δὲ ἐρχόμενον ἥδεσθαι· πατρικῆς δ' ἀνά-

e Προνομείαν] Sic Edd. vett. & recentt. Προνομίαν *Vorst.* f Ἔχειν] Εἶχεν *J.* male. g Γενέσθαι] Γίνεσθαι marg. *A1.*

poribus medicos honoratiores fuere quam apud Romanos. Multi medici fuere servi, non omnes. *Cicero* I. de Off. c. 42. Medicinam & Architecturam ab illiberalibus & sordidis artibus sejungit, & honestam ac liberalem medicorum artem vocat. *Charicles* Tiberii Caesaris Medicus cum eo in convivio accumbebat, vid. *Sueton.* in ejus vita, c. 72. De varia medicorum conditione vid. *Cellar.* antiquitt. medicas, p. 39. 40. & seqq. ubi plures indicat auctores, qui super hac re scripsere. Prodiit etiam nuper in Germania libellus: *Medicus a servitute liberatus*, quem tamen oculis subjicere nondum licuit. *J.F.R.*

44. Προνομείαν] *Vorstius* frustra προνομίαν suo Codici adscripsit. *M.du S.*

Προνομείαν] Cap. seq. iterum sic occurrit, ubi tamen diphtongum ει in *Aldina* quoque expressam delevit eadem manus quae variationem προνομίας adscripserat; hoc tamen loco idem intactum reliquit; nec ego quidquam mutatum velim. *J.F.R.*

63. Παίρικῆς] Locus haud dubie corruptus; qui tamen sic interpungendo, levique additione vocalae χ, ante ἀτελὴς quadantenus sanatus videatur. *M.du S.*

Παίρικῆς δ' ἀνάγκης] Non capiet lector quid *Solanus* sibi velit, dicens, *sic interpungendo*, nisi moneam, in Ed. *J.* ante πατρικῆς comma tantum fuisse, quod is in punctum minus mutavit. Sed in *Parisina* tamen jam aderat illud punctum. Ego vero & alterum comma, quod ante ἰδιώτας in Edd. erat, plane sustuli. Contra servavi alterum comma, quod post ἄμεινον recte in *Paris.* fuit, cum in *J.* punctum ibi esset. Non tamen adspernarer χ planioris stili caussa ab *Solano* insertum, ut legas: ἄμεινον ἐ ἀτελὴς ἡ τέχνη. Verum non plane necessarium id videtur, modo rursum aliud comma, quod post ἄμεινον est, deleas, nimirum legendo: πατρικῆς δ' ἀνάγκης ἄμεινον ἀτελὴς ἡ τέχνη. constrnendoque, *immunis illa ars compulsionis paternae expers est.* Et hoc ipsum tamen significatur, etsi comma post ἄμεινον maneat. *J.F.R.*

γάγκης ἄμοιρος, ἀτελὴς ἡ τέχνη, ὅπου γε τοῖς ἰατροῖς καὶ δημοσίᾳ αἱ πόλεις τιμὰς, καὶ προεδρίας, καὶ ἀτελείας, καὶ [a] προνομείας διδόασι.

Ταῦτα μὲν ἂν ἁπλῶς ἂν εἶχον εἰπεῖν ὑπὲρ τῆς τέχνης, εἰ καὶ σὺ διδαξαμένῳ με, καὶ πολλὰ ἐπιμεληθέντος, καὶ ἀναλώσαντος, ὡς μάθοιμι, πρὸς μίαν ὅμως θεραπείαν, καὶ ταύτῃ δυνατὴν οὖσαν, ἀντέλεγον. [b] νυνὶ δὲ καὶ ἐκεῖνο ἐννόησον, ὡς πάντα πάσαις ἄγνωμον ποιεῖς, οὐκ ἐῶν με χρῆσθαι μετ' ἐλευθερίας ἐμῷ κτήματι. ταύτην ἐγὼ τὴν τέχνην οὐκ υἱὸς ὢν σὸς ἐξέμαθον, οὐδὲ τῷ σῷ νόμῳ ὑποκείμενος, καὶ ὅμως αὐτὴν μεμάθηκά σοι, καὶ πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας, οὐδέν σοι πρὸς τὸ μαθεῖν ἔχων. τίνα διδάσκαλον ἐμισθώσω; τίνα φαρμάκων παρασκευήν; οὐδ' ἡντιναοῦν. ἀλλὰ πενόμενος ἐγὼ, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἀπορούμενος, καὶ οὐ τῶν διδασκάλων ἐλεούμενος, ἐπαιδευόμην. καί μοι τοιαῦτα μὲν τοῦ πατρὸς ἦν πρὸς τὸ μαθεῖν ἐφόδια, λύπη, καὶ ἐρημία, καὶ ἀπορία, [c] μῖσος οἰκείων,

pers, & immunis ars est, cum medicis publice etiam civitates, honores, & sedem antiquiorem, & immunitates, & praerogativas tribuant.

24. Haec igitur haberem, quae simpliciter pro arte dicerem, etiam si tibi, cum odocendum me curasses, & providisses multum, & in doctrinam meam impendisses, in una tamen hac curatione, eaque meae potestatis, repugnarem. Jam vero illud etiam cogita, quam praeter omnem rationem facias, cum meo me peculio libere uti non pateris. Hanc ego artem, cum tuus non essem filius, edidici, cum tuae legi subjectus non essem: & tamen tibi eam didici: primus fructum illius percepisti. Nihil a te ad discendum *praesidii* habeo. Quem magistrum conduxisti? quem medicamentorum apparatum *emisti?* Nihil quidquam. Sed pauper ego, & necessariis rebus destitutus, misericordia magistrorum eruditus sum. Talia mihi erant a patre ad discendum viatica, tristitia, solitudo, inopia, odium familiarium, aversatio cognato-

a Προνομείας] Sic rursus Edd. unanimi consensu. Sed Προνομίας marg. *AIW.* b Νυνὶ δὲ] Νῦν δὲ *Fl.* male. Vulg. tenent cett. Edd. cum Cod. P. c Μῖσος] Καὶ μῖσος marg. *AIW.*

69. Ὑπὲρ τῆς τέχνης, εἰ καὶ σοῦ διδαξαμένου] *Vitruvius* in praefatione Libri VI. sic scribit: Alexis poëta Comicus dicebat, Athenienses ob eam rem esse laudandos, quod cum omnium Graecorum leges cogant parentes ali a liberis, Athenienstum non omnes, sed eos tantum, qui liberos artibus erudiissent. Ita *Plut.* in Solon. G.C.

72. Καὶ ταύτῃ] Male sanae hic Edd. in quibus omnibus illud καὶ deest. Nos ex ingenio, sed fidenter tamen in re manifesta, inseruimus. M. du S.

Καὶ ταύτῃ] Hic *Solano* morem gessi in recipiendo καὶ, quia major hic est necessitas, quam supra. J. F. R.

78. Μεμαθηκά σοι — οὐδὲν παρὰ] Transponantur. F.G. Mens *Gujesii* videtur haec esse, legendum nempe ordine mutato: καὶ ὅμως αὐτὴν μεμαθηκά σοι, οὐδὲν παρὰ σοῦ πρὸς τὸ μαθεῖν ἔχων, καὶ πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας. Et sic sane sensus vulgatae non cohaerens fit apertissimus. Ac parum mihi temperavi quin ita edi curassem. Nihil enim facilius accidere potuit, quam ut integer versus a librario omissus, dein margini additus, ab eo qui postea rursus descripsit, uno ordine serius quam par erat, fuerit insertus. Sed quia & alio modo potest sanari, ut mox post Cl. *Gesnerum* dicam, nihil in contextu mutare sum ausus. J. F. R.

Ibid. Πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας] Non bene ista continuantur, πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας, οὐδὲν σοῦ πρὸς τὸ μαθεῖν ἔχων, *Primus artis medicae, quam ego didici, fructum percepisti* o pater, *nihil habens a te ad discendum* filius. Nec est, quod dicas, nominativum hic poni pro genitivo consequentiae: nihilo enim minus contorta erit, & minime Lucianea oratio. At erit digna Luciano, si deleta unica literula, quam librario deberi puto, sic legamus & interpungamus, Καὶ πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας. Οὐδὲν σοῦ πρὸς τὸ μαθεῖν ἔχω. Τίνα διδάσκαλον κ. τ. λ. Hoc certe in interpretando secutus sum. Nec obscura fuit cuiquam sententia. J. M. G.

Πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας] Non inficior emendationem a Cl. *Gesnero* propositam ita corrigere vulgatam, ut sensus sic melior prodeat; nec dubitarem sic edere, si filius adhuc discens inducatur; sed cum non amplius sit discipulus, at jam in arte magister, magis naturalis & simplex fit oratio *Gujesii* more in ordi-

torum. Pro his igitur uti arte mea poſtulas, & dominus eſſe eorum, quae ſuppeditata mihi ſunt, cum dominus non eſſes. Satis habeto, ſi quid tibi prius ultro, cum nihil deberem, benefeci, cum nullam, nedum hujusce *tanti muneris*, gratiam poſſem repoſci.

25. Non ſane debet beneficentia mihi mea neceſſitas reliquo tempore fieri, neque, quod volens bene merui, cauſſa conſtitui, cur invito imperari poſſit: neque illa conſuetudo exiſtere, ut qui ſemel aliquem ſanaverit, omnes in perpetuum curet, quotquot is, qui curatus eſt, voluerit. Alioquin dominos ea ratione in nos conſtituerimus quos curamus, & mercedem ultro ipſis dederimus, ſerviendi illis, & quidquid imperent miniſtrandi: quo quid fieri poſſit injuſtius? Quoniam te difficili adeo morbo laborantem ſuſcitavi, propter ea licere tibi putas abuti arte mea?

26. Haec haberem dicere, etiam ſi ea mihi iſte imperaret, quae poſſem; ego vero nec omnibus omnino, neque *ut* neceſſi-

κείων, καὶ ἀποστροφὴ συγγενῶν. ἀντὶ τούτων τοίνυν χρῆσθαί μοι τῇ τέχνῃ ἀξιοῖς, καὶ δεσπότης εἶναι θέλεις τ ᾽ ὅτ᾽ οὐκ ἦσθα δεσπότης, ἀπορισμένων. ἀγάπα, εἴ τι σε καὶ πρότερον ἐκὼν οὐ προσφείλων, εὖ ἐποίησα, μηδεμίαν μηδὲ ᵉ τῶν γε χάριν ἀπαιτεῖσθαι ᶠ δυνάμενον.

Οὐ δὴ δεῖ τ᾽ εὐποιΐαν τ᾽ ἐμὴν, ἀνάγκην ἐς τὸ λοιπόν μοι γενέσθαι, οὐδὲ τὸ, ἑκόντα εὐεργετῆσαι, ἀφορμὴν τοῦ ἀκοντα κελεύεσθαι καλασθῆναι, οὐδ᾽ ἔθος ὑπάρξαι τοῦτο, τὸ ἅπαξ τινὰ ἰασάμενον, πάντας ἐς ἀεὶ θεραπεύειν, ὁπόσους ἂν ὁ θεραπευθεὶς θέλῃ. ἐπεὶ δεσπότας ἂν οὕτω καθ᾽ ἡμῶν εἵημεν τοὺς θεραπευομένους κεχειροδυνηκότες, καὶ μισθὸν ᵍ τὸ δουλεύειν αὐτοῖς, καὶ τὸ πάντα κελεύουσιν ὑπηρετεῖν ʰ προδεδωκότες· ἢ τί γένοιτ᾽ ἂν ἀδικώτερον; διότι σε νοσήσαντα χαλεπῶς οὕτως ἀνέστησα; ἆρα τοῦτο νομίζεις ἐξεῖναί σοι κακῶς χρῆσθαί μοι τῇ τέχνῃ.

Ταῦτα μὲν οὖν εἶχον ἂν λέγειν, εἰ καὶ δυνατά μοι οὗτος προσέταττεν. ἐγὼ δὲ μὴ πάντως ἅπασι, μηδὲ πρὸς ἀνάγκην ὑπήκουον.

νῦν

d Ὅτ᾽] Ὧν *Vorſt.* male. Vulgatam tuentur *J. Fl. B2., H. P. S.* e Τῶν γε] Sic *J. Fl. B2. P. S.* &c. Τότε P. & L. & marg. *A1.* f Δυνάμενον] Nihil ſe varietatis hic reperiſſe teſtatur *Solanus.* g Τὸ δουλεύειν] Τῷ δουλ. P. L. & marg. *A1.* h Προδεδωκότες] Sic Edd. omnes & Cod. P. Προδεδωκότας *Fl.* Προσδεδωκότας *Gron.* Προσδεδωκότες marg. *A1W.*

dinem redacta. At ſi ordinem inverti non placet, pro ἴσχον poſſis legere, παρίσχον. Nam τοῦ facile omitti potuit propter ſatis prope praecedens παρὰ. Ita ut παρίσχον tum ad patrem pertineat, ſenſusque ſit: *primus artis meae fructum percepiſti; nihil a te* (de tuo) *ad diſcendum praebens.* Παρὰ enim ſic uſurpari, T. I. jam diximus, & *Perizon.* ad Ael. V. H. 2. 13. med. laudavimus; ubi is παρὰ τοῦ Ἀνύτου docet ita exponendum, *ea quae ab Anyto profecta ſunt.* Habes hic, Lector, tres conjecturas; tu elige *Geſneri* aut *Gujeti* emendationem, quas meae praepono. *J. F. R.*

89. Ὅτ᾽] Videtur *Vorſtius* illud ὅτ᾽ accepiſſe pro ὅτι poſitum, ideoque correctionem quaeſiviſſe. Sed eſt pro ὅτε, *cum, quando*, poſitum, & rectius quam ὅτι de tempore enim quaeſtio hic eſt. *J. F. R.*

92. Τῶν γε] Pro hoc τότε habent P. & L. ſed ne tum quidem recte ſe habet hic locus. Ego δυνάμενον legendum cenſeo; neque vulgatam repudio. *M. du S.*

Ibid. Ἀπαιτεῖσθαι δυνάμενον] *Repoſcere poſſem.* Verte, *repoſci.* F. G.

93. Δυνάμενον] Δυνάμενον legendum putabam, ut ad patrem referatur. Hic enim eſt, qui gratiam repetere non poterat, non filius. Sed idem efficitur, ſi ἀπαιτεῖσθαι non media voce, ſed paſſiva accipiatur, cujus rei exempla in promtu ſunt. *J. M. G.*

3. Τὸ δουλεύειν] Etſi primo intuitu multum adblanditur lectio codicum τῷ pro τὸ exhibentium; vulgatam tamen Editt. lectionem praetulerim; non modo quia mox καὶ τὸ iterum ſequitur, ideoque prius τὸ neceſſario etiam retineri neceſſe eſt; ſed etiam, & & alterum τὸ in τῷ mutaſſent iidem codices. *J. F. R.*

Ibid. Τὸ πάντα κελεύουσιν ὑπηρετεῖν προδεδωκότες] Neceſſario legendum προσδεδωκότες. *J. G.*

4. Προδεδωκότες] In nota Cl. *Gronov.* antea editum erat, eum velle προσιδεδωκότες; quod tamen cum operarum tantum culpa admiſſum ſit, & in variantt. & in ejus nota mutavi in προσδεδ. Ac fateor non diſplicere ejus conjecturam. *J. F. R.*

νῦν δὲ ἤδη σκέψαδε καὶ οἷά ἐστιν αὐτῷ τὰ ἐπιτάγματα· ἐπεὶ γὰρ ἐμὲ ἰάσω, φησὶ, μεμηνότα, μέμηνε δὲ καὶ ἡ γυνὴ, καὶ τὰ ὅμοια πάσχει (τοῦτο γὰρ οἴεται) καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἀπέγνωσται, δύνασαι δὲ σὺ πάντα ὡς ἔδειξας, ἰῶ καὶ ταύτην, καὶ ἀπάλλαξε ἤδη τοῦ νόσου. τοῦτο δὲ ὑτωσὶ μὴ ἁπλῶς ἀκούσαι, πάνυ εὔλογον ἂν δόξειε, καὶ μάλιστα ἰδιώτῃ, καὶ ἀπείρῳ ἰατρικῆς. εἰ δέ με ἀκούσεσθε ὑπὲρ τῆς τέχνης δικαιολογουμένου, μάθοιτ' ἂν ὡς οὔτε πάντα ἡμῖν δυνατὰ ἐστιν, οὔθ' αἱ τῶν νοσημάτων φύσεις ἁπλήσιοι, οὔτ' ἴασις ἡ αὐτὴ, οὔτε φάρμακα τὰ αὐτὰ ἐπὶ πάντων ἰσχυρὰ, καὶ τότ' ἔσται δῆλον, ὡς πολλοῦ τοῦ μὴ βούλεσθαί τι, τὸ μὴ δύνασθαι διαφέρει. ἀνάσχεσθε δέ με περὶ τούτων φιλοσοφοῦντα, καὶ μὴ ἀπειρόκαλον, μηδ' ἐξαγώνιον, μηδ' ἀλλότριον, ἢ ἄκαιρον ἡγήσησθε τοῦ περὶ τοιούτων λόγου.

Πρῶτα μὲν δὴ σωμάτων φύσεις, καὶ κράσεις οὐχ αἱ αὐταὶ, κἂν ὅτι μάλιστα ἐκ τῶν ὁμοίων συνεστάναι ὁμολογῶνται. ἀλλὰ τὰ μὲν τοιάδε, τὰ δὲ τοιάδε, μᾶλλον ἢ ἔλαττον μετέχει. καὶ λέγω τοῦτο [a] ἔτι περὶ τῶν ἀνδρείων, ὡς οὐδὲ ταῦτα πᾶσιν ἴσα, ἢ ὅμοια, οὔτε τῇ κράσει, οὔτε τῇ συστάσει, διάφορα. [b] γὰρ δὴ καὶ μεγέθει, καὶ εἴδει, ἀνάγκη καὶ τὰ νοσήματα ἐγγίνεσθαι αὐτοῖς· καὶ τὰ μὲν, εὐίατα εἶναι, καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν ἀναπεπλασμένα, τὰ δὲ, τέλεον ἀπεγνωσμένα, καὶ ῥᾳδίως ἀλισκόμενα, καὶ κρατούμενα ὑπὸ τῶν νοσημάτων λαμβανόμενα. τὸ τοίνυν οἴεσθαι

tate *coactus*, parerem. Nunc vero jam conſiderate etiam, qualia ſint iſtius imperia. *Cum enim me ſanaveris*, inquit, *furioſum; furioſa autem ſit etiam uxor eodemque modo affecta*, ſic enim arbitratur, *& ab aliis ſimiliter depoſita; poſſis autem tu omnia, quod oſtendiſti: ſana hanc etiam, & morbo libera.* Hoc autem ſi ita ſimpliciter audias, rationabile omnino videatur, indocto praeſertim, & medicinae imperito. Si vero me audieritis cauſſam pro arte dicentem, intelligetis, neque omnia eſſe in noſtra poteſtate, neque naturas morborum eſſe ſimiles, neque curationem eandem, neque eadem medicamenta valida ad omnia. Et tunc apparebit, quantum diſtent, non velle aliquid, &, non poſſe. Sed ferte me de hisce rebus philoſophantem, nec ineptam, aut evagantem extra cauſſam, aut alienam aut intempeſtivam earum rerum diſputationem oputate.

27. Ac primum quidem naturae corporum ac temperaturae non ſunt eaedem, licet maxime ſimilibus ea conſtare *elementis* notum ſit; ſed illorum alia aliorum majorem minoremve partem habent. Et loquor adhuc de ſolis virorum corporibus: cum neque haec paria omnibus aut ſimilia ſint, neque temperatura, neque conſiſtentia; diverſos ſane & magnitudine & ſpecie morbos in illis exiſtere neceſſe eſt: & alia quidem ſanatu eſſe facilia, & curationi opportuna; alia autem plane deſperata, quae & capiantur facile, & vi a morbis ſuperentur. Putare igitur febrim omnem, aut tabem, aut

a Ἔτι] Εἴτι *Fl.* male. Ἔτι cett. & P. b Γὰρ] Ex *γ.* & marg. *A1.* reſtitutum. Deeſt enim in reliqq. Edd.

28. Ἐξαγώνιον] Ἤτοι ἔξω τοῦ ἀγῶνος.

38. Γὰρ] Ed. *Junt.* ſola hanc vocem exhibet. *M. du S.*

41. Τὰ δὲ — ῥ. ἀλισκόμενα] De corporibus intelligi, non de morbis. Ἁλισκόμενα quod attinet, vide infra c. 28. εὐαλωτότερα. *M. du S.*

42. Ἁλισκόμενα] Καὶ ἁλαμβανόμενα, κρατούμενα, ἢ νικώμενα. *V.*

54. Ἀναφύεται] Ratio poſtulat, ut, Mſ. volente, legas, ἀναφύσει) εὐθαλὴς εἶναι, καὶ εὔτροφος, καὶ πολύκαρπος. *proveniet, puto, fruticus laetus, bene nutriens, copioſus.* non ἀναφύεται. ut editi; mox idem codex πρός τι νόσου διάφορον pro vulgato διάφθορον. recte, &

66. Κατάγραφος] i. e. *picta*, ποικίλη. κατάγραφος idem quod κατάγραπτος. *Catulli. Catagraphosque Thynos.* F.G.

Κατάγραφος] Locus *Catulli* est in Epigr. 22. ad Thallum, ad quem vid. observatt. *Vossii* p. 63. J.F.R.

69. Μέλαινα] Cur nigra? nam quod duplicem scribit, mirabitur nemo, qui *Suidam* consuluerit. De Aesculapii forma vid. *Ovid.* Metam. XV. 654. M.du S.

70. Αὐτὴ] P. non ut in reliquis αὖτη. M.du S.

79. Συλλειβόμβρου] Minus commode in Angl. Cod. συνβλιβόμβρου. J.B.

88. Ἐνθαζόντες] Angl. ἐνθαζόμβρους. J.B.

90. Διξομώλω] Καὶ τὴν πόλιν ἐμμανάριζε, αὐτὰς μάλα διξομώλω ἐναργῆ τ' θεόν. Non profecto ipsa urbs erat ostensura ἐναργῆ τ' θεόν. Non id voluit Pseudomantis, qui ἐμμανάριζε τὴν πόλιν, non quod esset ostensura, sed revera acceptura Deum, quem nimirum ille praestigiis suis plebi esset oblaturus. Scribe ergo διξομώλω. Confirmant emendationem nostram, quae statim eadem pag. sequuntur, ὕμνους τε ᾠδὴν (ὁ Ἀλώδωσαῖος) Ἀσκληπιοῦ θ' Ἀπόλλωνος μεγάλῃ τῇ φωνῇ. καὶ ἐκάλει τ' θεὸν ἥκειν τύχῃ ἀγαθῇ εἰς τὴν πόλιν. *Et hymnos canebat Aesculapio ac Apollini magna voce, & vocabat Deum, quo bonis avibus in urbem venires.* J.F.

Διξομώλω] Haec lectio mihi fere melior videbatur, quam si διξομώλω dixisset; non modo quia *palam* additur, quo significatur, Deum ante non conspi-

que collecta, vel caeleſtis, deponit ibidem anſerinum ovum ante excavatum, in quo incluſus ſerpens recens natus. Hoc in receſſu quodam luti defixo, domum redit. Poſtridie vero nudus in forum proſiliens, ſegeſtri circa pudenda vinctus aureo illo quoque, illamque falcem geſtans, ſolutam ſimul comam quatiens, ut qui matri deorum *coetum* colligunt fanatici, concionatur conſcenſo altari quodam excelſo, beatam urbem praedicat, quae praeſentem jam ſtatim Deum ſuſceptura eſſet. Qui praeſentes erant; concurrerat enim tota fere civitas cum mulieribus, ſenibus, pueris, ſtupere, precari, adorare. At ille vocibus quibusdam prolatis obſcuris, quales fuerint forte Ebraeorum aut Phoenicum, perculit homines, quid ſibi vellet neſcientes, praeter illud ſolum, quod omnibus immiſcebat Apollinem & Aeſculapium.

14. Tum curriculo petit futurum templum, delatusque ad foſſam, praeparatam-

[b] συλλειβόμενον, ἢ ἐξ ὑρανῦ πεσὸν) ἐνταῦθα καλατίθη χήνειον ὠὸν προκεκενωμένον, ἔνδον φυλάττον ἑρπετόν τι ἀρτιγέννητον· καὶ βυθίσας τοῦτο ἐν μυχῷ τῦ πηλοῦ, ὀπίσω αὖθις ἀπηλλάττετο. ἔωθεν δὲ γυμνὸς ἐς τ' ἀγορὰν προπηδήσας, ἄμφιζωμα δὲ περὶ τὸ αἰδοῖον ἔχων, κατάχρυσον καὶ τοῦτο, καὶ τ' ἄρπην ἐκείνην φέρων, σείων ἅμα τ' κόμην ἄνετον, ὥσπερ οἱ τῇ μητρὶ ἀγείροντές τε, καὶ [c] ἐνθεάζοντες, ἐδημηγόρει ὀπὶ βωμόν τινα ὑψηλὸν ἀναβὰς, καὶ τ' πόλιν ἐμακάριζεν, αὐτίκα μάλα [d] δειχομένην ἐναργῆ τ' θεόν. οἱ παρόντες δὲ (συνεδεδράμηκει γὰρ σχεδὸν ἅπασα ἡ πόλις, ἅμα γυναιξὶ, καὶ γέρουσι, καὶ παιδίοις) ἐτεθήπεσαν, καὶ ἤυχοντο, καὶ προσεκύνουν. ὁ δὲ φωνάς τινας ἀσήμους φθεγγόμενος, οἷαι γένοιντ' ἂν Ἑβραίων, ἢ Φοινίκων, ἐξέπληττε τοὺς ἀνθρώπους, οὐκ εἰδότας [e] ὅ, τι λέγοι· πλὴν τοῦτο μόνον, ὅτι πᾶσιν ἐγκατεμίγνυε τ' Ἀπόλλωνα καὶ τ' Ἀσκληπιόν.

15. Εἶτ' ἔθει δρόμῳ ὀπὶ τ' ἐσόμενον νεὼ· καὶ ὀπὶ τὸ ὄρυγμα ἐλθὼν, καὶ τ' [f] προοικοδομουμένην

[b] Συλλειβόμενον] Συνβλιβόμενον A. P. Nihil mutant Edd. [c] Ἐνθεάζοντες] Ἐνθεαζόμενοι A. P. L. & marg. *A1.* Nil mut. Edd. [d] Δειχομένην] Δεικνομένην *Fenſ. Pell.* quoque an δείκνυμενην; idem habet & marg. *A1W.* Sed δειχ. Edd. pertinaciter retinent. [e] Ὅ, τι λέγοι] Ὅ, τι κ' λεγοι marg. *A1W.* [f] Προοικοδομουμένην] Sic P. R. ſive B. & *Fl.* Προοικοδομημένου Edd. cett.

87. Τῇ Μητρὶ ἀγείρουσι] Ἀντὶ τῦ ἀγυρτεύοντες. *G.*

ſpicuum, nunc omnibus ſpectandum iri propoſitum; ſed & quia c. 12. f. praedixit *eum adparitorum*. Tum etiam propter ſingularem verbi δικνυμι energiam, quam vid. ab Cl. *Hemſterh.* indicatam T. I. Somn. c. 8. ad verba ἴδιξε τ' Διὸς; quod hic quidem non prorſus idem eſt; ſed gloriatur urbs quaſi numine praeſenti, quod jam publice poſſet omnibus re ipſa demonſtrare. At ſi quem ſequens ἦκεν magis movet, & quod δειξ. non activa, ſed media forma hic ponatur, ille δεξομένην legat. Modo memineris, & medium vi activa uſitatum eſſe; ſic *Hom.* Il. Υ. 700. Πηλείδης — Ἔπεσε κύδεα Δεικνύμενος Δαναοῖσι — & alibi ſaepe. Sed cum Il. I. 196. pro *data dextra recipere*, poſitum dicat Scholiaſtes, qui ad verba Τὸν, ᾧ δικνύμενος, ait: δεξιούμενος, φιλοφρονούμενος; unde & Cl. *S. Clarke* ea reddidit: *Eos autem dextra prehendens* &c. Ideo in quam & hoc ſenſu poteris vulgatam accipere. Nam *recipiendi* notionem jam praefero, relecto §. 10. *J. F. R.*

93. Ἐτεθήπεσαν] Conf. ſupra T. I. p. 867. f. *Scyth.* c. 8. *J. F. R.*

94. Φωνὰς] Hoc forſan imitatione verorum per Chriſtianos miraculorum. Obſerva etiam diſtingui hic Hebraeam linguam a Phoenicia. *M. du S.*

95. Ἑβρ. ἢ Φοινίκων] Sed quas hic ut diverſas ponit, ejusdem tantum linguae dialecti erant variae, qua de re conſule, ſi lubet, *Grotii* not. No. 1. ad l. I. c. 15. de verit. relig. Chriſt. & qui eam rem fuſe proſequutus eſt *Bochart.* de lingua Phoenicia & Punica l. II. Geogr. Saera. *M. du S.*

2. Προοικοδομημένου] Caeteri Cod. προοικοδομουμημένου. *J. B.*

Προοικοδομ.] In Ed. *Fl.* ut edi curavimus, προοικοδομ. In P. & Codd. B. mendoſe προοικοδομουμημένου. In reliquis προοικοδομημένου. *M. du S.*

μὴν τῇ χρηνηρίῳ πηγὴν, ἐμβὰς ἐς τὸ ὕδωρ, ὕμνους τε ᾄδει Ἀσκληπιῷ καὶ Ἀπόλλωνι μεγάλῃ τῇ φωνῇ, καὶ ἐκάλεσε τὸν θεὸν ἥκειν τύχῃ τῇ ἀγαθῇ εἰς τὴν πόλιν· εἶτα φιάλην αἰτήσας, ἀναδόντος τινὸς, ῥᾳδίως ὑποβαλὼν, ἀνιμᾶται μὲν τῷ ὕδατι καὶ τῷ πηλῷ τὸ ᾠὸν ἐκεῖνο, ἐν ᾧ ὁ θεὸς αὐτῷ κατεκέκλειστο, κηρῷ λευκῷ, καὶ ψιμυθίῳ τὴν ἁρμογὴν τοῦ σώματος ξυγκεχολλημένον· καὶ λαβὼν αὐτὸ εἰς τὰς χεῖρας, ἔχειν ἔφασκεν ἤδη τὸν Ἀσκληπιόν. οἱ δὲ, ἀτενὲς ἀπέβλεπον ὅ, τι καὶ γίγνοιτο, πολὺ πρότερον θαυμάσαντες τὸ ᾠὸν ἐν τῷ ὕδατι εὑρημένον. ἐπεὶ δὲ καὶ κατάξας αὐτὸ ἐς κοίλην τὴν χεῖρα, ὑπεδέξατο τὸ τοῦ ἑρπετοῦ ἐκεῖνο ἔμβρυον, καὶ οἱ παρόντες εἶδον κινούμενον, καὶ περὶ τοῖς δακτύλοις εἱλούμενον, ἀνέκραγον εὐθὺς, καὶ ἠσπάζοντο τὸν θεὸν, καὶ τὴν πόλιν ἐμακάριζον, καὶ χανδὸν ἔχασκον ἐνεπίμπλατο τῶν εὐχῶν, θησαυρῶν, καὶ πλούτου, καὶ ὑγιείας, καὶ τὰ ἄλλα ἀγαθὰ αἰτοῦντες παρ' αὐτοῦ. ὁ δὲ δρομαῖος αὖθις ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἵετο, φέρων ἅμα καὶ τὸν ἀρτι-

que ante oraculi ſcaturiginem, in aquam ingreſſus, hymnosque magna voce canit Aeſculapii & Apollinis, Deumque fauſtis auſpiciis in urbem venire jubet. Tum phialam poſcit, quam cum dediſſet aliquis, facile ſubjicit, hauritque cum aqua & luto ovum illud, in quo Deum ipſe incluſerat, commiſſuris operculi cera alba & ceruſſa ferruminatis. Hoc in manus ſumto, habere ſe jam proclamat Aeſculapium. At illi defixis oculis videre quid tandem fieret, qui multum ante jam admirati eſſent ovum in aqua inventum. Cum vero fracto illo in cavam manum ſuſciperet foetum ſerpentis, viderentque praeſentes moveri illum & circa digitos volvi, exclamant ſtatim, & Deum ſalutant, & beatam civitatem praedicant, & magno hiatu omnes plenisque faucibus precantur, theſauros, divitias, ſanitates, bona reliqua, ab eo ſibi quisque expetunt. At ille curriculo rurſus domum repetit, ferens ſecum etiam recens natum Aeſcu-

a τῇ] Aderat in *Fl.* Aberat a reliquis Edd. b Πώματος] Sic Edd. *P. Ald. H.* & reliquae. Στόματος *J.* & P.

3. Πηγὴν] De oraculi fonte metaphorice intelligendum; patet enim non fuiſſe verum & proprie dictum fontem, ex cap. praecedenti. Sic ap. *Arrian.* in Epict. p. 239. C. Apollo πηγὴ τῆς ἀληθείας dicitur. *M. du S.*

6. Τύχῃ ἀγαθῇ] Flor. τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. *J. B.*

Τύχῃ τῇ ἀγαθῇ] Non temerario conſilio illud τῇ inſeruimus; nam & ſic infra c. 38. hujus Dialogi. Etſi & alibi omittitur, ut in *Vit. auct.* c. 2. fin. & c. 19. pr. Item *Catapl.* c. 7. Ac *Deor. Dial.* X. & *Timone*, &c. *J. F. R.*

11. Πώματος] P. & Ed. *J.* στόματος, quod minime ſpernendum. *M. du S.*

27. Οὐκ ἐκ Κορωνίδος, μὰ Δί', ἀλλ' ἐκ κορώνης] Miror verſiones virorum inſignium. Ipſe Eraſmus *non ex Coronide per Jovem, id eſt, cornicula* (*nam id matris nomen fertur*) *neque ex cornice*, quæ ſic contraxit Benedictus, *non ex Coronide per Jovem, hoc eſt, non ex cornice.* At quæ illa explicatio? an Coronis eandem exprimit quam Corone? Certe non. Coronis enim Lariſſæa apud Ovidium, Phlegyæ filia apud alios, mater Æſculapii ex Apolline: at Corone Coronei filia & Phocaicæ telluris apud Ovidium ab Neptuno ſtuprata, niſi interveniſſet per Palladem mutatio formæ. Itaque vel has auctor intelligit, vel hanc poſtremam ſimpliciter de ave cornice accipere poſſumus, ut & per literarum convenientiam alludat ad præcedens & per ſignificationem & appellationem volucris ad ſequens. Neque vero probari poteſt id quod ſcripſit in Gallica verſione Cl. *Sponius*, *tenant en ſa main Eſculape né d'une Oye*, & *non pas d'une Corneille comme autrefois*, & quod addit in margine, *C'eſt qu'il étoit fils de Coronis, qui ſignifie Corneille.* Neque mox ſatis bene οἰκίσκον reddidit *adiculas*, quum exigatur numerus ſingularis. *J. G.*

Ibid. Κορωνίδος] Optime verterat *Eraſmus:* quamquam aliter viro clariſſimo viſum. Optime etiam *Sponius.* Ludit ſcilicet in ambiguo vocum: quia *Coronis* mater Aeſculapii erat; (v. c. 38. *Ovid.* Met. II. 569. & *Apollod.* III. quod nomen fere idem eſt, cum Κορώνη quod cornicem deſignat. Non inquit: Jam Coronidis filius, aut cornicis, ſed anſeris, quia nempe ex ovo anſerino excluſus. *M. du S.*

29. Γεγενημένον] Sic putavi reſcribendum pro vulgato

Aeſculapium, bis natum, cum alii ſemel tantum naſcantur homines, non ex Coronide, medius fidius, neque ex cornice, ſed ex anſere natum. Populus autem univerſus ſequitur, fanatico omnes inſtinctu pleni, & prae ſpe furentes.

15. Dies igitur aliquot domi manet, ſperans futurum quod res erat, ut a fama illa plurimi mox Paphlagones concurrerent. Cum autem ſupra modum plena homini-bus urbs eſſet, qui jam ante cerebra pariter & corda detonſa haberent, nulla re ſimiles hominibus frumento veſci ſolitis, ſed ſola forma ab ovibus diſtincti, in quadam aedicula in lecto aſſidens, veſtitu, qui plane Deum deceret, longo indutus, ſinu ſuſcipit Pellaeum illum Aeſculapium, maximum, ut dixi, pulcherrimumque: ac totum ſuae cervici circumponens, cauda extra *veſtem* relicta, (adeo autem magnus erat draco, ut & in gremio ipſius provolutus jaceret, & humi pars ipſius traheretur) caput ſolum ſub ala habens & ab-

γέννησιν Ἀσκληπιὸν δὶς τεχθέντα, ὅτε ἄλλοι ἅπαξ τίκτουσι ἄνθρωποι, οὐκ ἐκ Κορωνίδος, μὰ Δί', οὐδ' ἐκ κορώνης, ἀλλ' ἐκ χηνὸς [c] γεγενημένου. ὁ δὲ λεὼς ἅπας ἠκολούθει, πάντες ἐνθεοι, καὶ μεμηνότες ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν.

Ἡμέρας μὲν οὖν οἴκοι ἔμεινεν, ἐλπίζων ὅσον ἦν, ὡς δὲ φήμης αὐτίκα μάλα πολλοὶ Παφλαγόνων συνδραμεῖσθαι. ἐπεὶ δὲ ὑπερεπέπλητο ἀνθρώπων ἡ πόλις, ἁπάντων τοὺς ἐγκεφάλους καὶ τὰς καρδίας [d] προεξυρημένων, οὐδὲν ἐοικότων σιτοφάγοις ἀνδράσιν, ἀλλὰ μόνῃ τῇ μορφῇ μὴ ἐκ προβάτων εἶναι διαφερόντων, ἐν οἰκίσκῳ τινὶ ὑπὸ κλίνης καθεζόμενον, μάλα θεοπρεπῶς ἐσταλμένον, λαμβάνει εἰς τὸν κόλπον τὸν Πελλαῖον ἐκεῖνον Ἀσκληπιὸν, μέγιστόν τε, καὶ κάλλιστον, ὡς ἔφην, ὄντα. καὶ ὅλον τῷ [e] αὐτοῦ τραχήλῳ περιελίσσας, καὶ τὸν ὑπὲρ ἔξω ἀφεὶς (πολὺς δὲ ἦν, ὡς καὶ ἐν τῷ προκολπίῳ προσεχούσῃ αὐτῷ, καὶ χαμαὶ τὸ μέρος ὑποσύρεσθαι) μόνην τὴν κεφαλὴν ὑπὸ μάλης ἔχων, καὶ ὑποκρύπτων, ἀνε-

χο-

[c] Γεγενημένου] Γεγενημ. Edd. priores. [d] Προεξυρ.] Προξυρ. *Marc.* Nihil mutant. Edd. [e] Αὐτοῦ] Sic cum *J.* etiam *H. Fl. P.* &c. Sed *αὐτοῦ* recte correxit *Geſner.*

38. Μὴ ἐκ προβάτων] Τὸ, *μονονουχὶ ἀλλὰν εἶπεν, μόνῃ τῇ μορφῇ ἐκ προβάτων εἶναι διαφερόντων, τὸ μὴ πρόβατον εἶναι. V.*

gato *γεγενημένου*; nam eſt a *γενέω* ſic enim recte mox c. 18. ſcribitur: ſic recte erat *Abdic.* c. 9. bis, adde c. 10. ejusd. *Abdic.* & 18. verſ. 46. Sic plus quam ſexcenties recte ap. LXX. & in Novo Foedere. Sed tam ſaepe in hoc verbo ν alterum in compluribus Edd. omiſſum eſt, ut jam earum conſenſum nihili faciendum exiſtimem, ubique tamen ad id attendere nequeam. Sed Ὀρχ. 56. γεγενημ. rurſus eſt, item c. 23. hujus *Dial.* a *γίνομαι*. Et interdum nihil intereſt, utrum inde *factum, ortum*, an *natum, generatum* dicas, & in ejusmodi caſibus Editt. priſcas ſequar; ubi vero ſignificatione τῷ *gigno* diſtincte opus eſt, ibi ν duplicabo, quoties ad id animum adverterem. *J. F. R.*

32. Ἡμῖφας] Neſciebam quid Cl. *Geſnerum* impulerit, quod ἡμῖφας pro accuſ. plur. acceperit, quum pro ſolita temporis quando, ut Grammatici loquuntur, ſtructura, ſit genitivus ſingularis, ut ſupra *Tyrann.* c. 1. διὰ τυράννους ἀπαστίους μιᾶς ἡμίφας, & alibi non ſemel. Servari ergo potuiſſe putabam priſcam verſionem, quae *interdiu* habebat; etſi nôram & accuſativo caſu idem tempus, contra quam apud Latinos, exprimi, ut *Long. Paſt.* 2. p. 43. σωίρχου τὸ ἰσθιὸν. Iterum p. 46. Ed. *Jungerm.* Tertium L. IV. p. 106. f. Ed. *Moll.* ἀπάγων (αἴγας) τὸ δειλινὸν. Quare ambiguum alicui videri poſſit, ſitne ἡμῖφας plur. an ſing? Poſtea vero didici Cl. *Geſn.* τινὰς intellectum velle, ut in Evang. *Marc.* 2. 1. δι' ἡμερῶν. *J. F. R.*

36. Τοὺς ἐγκεφ.] Mira Phraſis. Sic tamen omnes libri. Quid vero *Marcil.* voluerit, haud facile eſt conjicere; niſi forſan pro ejus ἐξηρημένων legendum ſit, ἐξηρημένων, eo nempe ſenſu quo vertunt: . . . *cor eſſet exemptum.* V. autem Δραπ. c. 14. & Φιλοπ. c. 26. Adde & *Plut.* 1482. 2. ſi forte quid lucis hinc affulgeat. *M. du S.*

Ibid. Καὶ τὰς καρδίας προεξυρημένων] Προεξηρημένων. Itaque ſequitur προβάτων, pag. ſequente (immo ſtatim poſt duos verſus.) *Th. M.*

49. Ἐκεί-

χομένῳ πάντα ἐκείνῳ, πρὸφαινε † ὀθονίην κεφαλὴν καὶ θάτερα τῷ χιτῶνι, ὡς δῆθεν ἐκείνῳ τῷ φαινομένῳ πάντως ὄφιν.

Εἶτά μοι ὑπενόησεν οἰκίσκον ὑ πάνυ φαιδρὸν, οὐδὲ ἐς κόρον τῷ φωτὸς δεχόμενον, ὑπὸ πλήθους ἀνθρώπων συγκλύδων, τεταραγμένων, καὶ προεκπεπληγμένων, καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἐταιρομένων· οἷς εἰσελθοῦσι, τερατῶδες ὡς εἰκὸς τὸ πρᾶγμα ἐφαίνετο, ἐκ τοῦ τέως μικροῦ ἑρπετοῦ, ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν τοσοῦτον δράκοντα πεφηνέναι [a] καὶ ταῦτα, ἀνθρωπόμορφον, καὶ τιθασσόν. ἠπείγοντο δὲ αὐτίκα πρὸς † ἔξοδον· καὶ πρὶν ἀκριβῶς ἰδεῖν, ἐξηλαύνοντο ὑπὸ τῶν ἀεὶ ἐπεισιόντων. ἐτετρύπητο δὲ κατὰ [b] τὸ ἀντίθυρον ἄλλη ἔξοδος, οἷόν τι τὸν Μακεδόνας ἐν Βαβυλῶνι ποιῆσαι ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ νοσοῦντι λόγος, ὅτε ὁ μὲν ἤδη πονήρως εἶχεν, οἱ δὲ, περιστάντες τὰ βασίλεια, ἐπόθουν ἰδεῖν αὐτὸν, καὶ προσειπεῖν τὸ ὕστατον. † δὲ ὑπόδειξιν ταύτην οὐκ ἄπαξ ὁ μιαρὸς, ἀλλὰ πολλάκις ποιῆσαι λέγεται, καὶ μάλιστα εἴ τινες † πλουσίων ἀφίκοιντο [c] νεαρώτεροι.

Ἐνταῦθα ὦ Φίλε Κέλσε, εἰ δεῖ τἀληθῆ λέγειν, συγγνώμην χρὴ ἀπονέμειν τοῖς Παφλαγόσι, καὶ Ποντικοῖς ἐκείνοις, παχέσι καὶ ἀπαιδεύτοις ἀνθρώποις, εἰ ἐξηπατήθησαν ἁπτόμενοι τοῦ δράκοντος (καὶ γὰρ τοῦτο

scondens, sustinente illo omnia, linteum illud caput inter tunicam protendit, velut nimirum illius *draconis*, qui videndum se praebebat, omnino esset.

16. Tum cogita mihi aediculam non omnino illustrem, neque quantum satis est lucis capientem, & multitudinem hominum confluentium, perturbatorum, & jam ante *admiratione* perculsorum: & ad spes sublatorum, quibus ad primum ingressum portentosa nec immerito res videbatur, ex parvo tum serpente, intra paucos dies Draconem tantum prodiisse eumque humana forma *capitis*, & mansuetum: urgebantur autem statim ad exitum, & ante quam accurate vidissent, exigebantur ab his, qui novi semper accederent. Perforatus autem fuerat e regione januae exitus alius, quale quid Macedonas Babylone fecisse, aegrotante Alexandro, sermo est, cum ille male jam haberet; illi vero Regiam circumstantes videre illum desiderarent, & ultimum alloqui. Caeterum hanc ostensionem non semel impurus homo, sed saepe fecisse dicitur, praesertim si qui ditiores recens advenissent.

17. Hic, mi Celse, si verum dicendum est, ignoscere par est Paphlagonibus illis & Ponticis, pingui ingenio & ineruditis hominibus, si contacto ipso Dracone, (nam hoc

a Καὶ ταῦτα] An κὴ τὰ αὐτὰ? b Τὸ ἀντίθυρον] Sic *Ald. J. Fl. H. B2. Fr. P. S.* c Νεαρώτεροι] Νεαλέστεροι *Fl.* & marg. *AIW.* At prius Cod. P. & cett. Edd.

53. Οὐδὲ ἐς κόρον τῷ φωτὸς δεχόμενον] Ἀττικὴ ἡ σύνταξις· τὸ γὰρ ἐπὶ μέρους λέγειν Ἀθηναίων. οἷον ἔφαγεν τοῦ ἄρτου, * κατέαγε τοῦ κρανίου.

* Κατέαγε] Κατέαγον erat in Editis, mutavit *M. du S.*

† Πονηρὸς] Rectius tamen Grammaticos distinguere inter πόνηρος miser, & πονηὸς malus, atque inter adverbia πονήρως & πονηρῶς, vid. supra T. I. *de Mere. cond.* ad c. 23. Etsi credo posteriorem diem hanc distinctionem inveniisse; quum in origine unum & idem fuerit, utrumque enim est a πόνος & πίνημι. Praestat tamen discrimen boni cum ratione introductum observare. *J. F. R.*

49. Ἐκείνου] Τῷ δράκοντος. *F. G.*

59. Καὶ ταῦτα, ἀνέρωτ.] Sic ordinem verborum invertimus, qui prius in omnibus male sic habebat: ἀνθρωπόμ. & ταῦτα] & θιθασσὸν, absurde prorsus. *M. du S.*

63. Τὸ ἀντίθυρον] Σωμπ. c. 8. ubi in vulgatis alio genere legitur haec vox; sed MS. Ox. & illic τὸ habet. V. etiam *Oix.* c. 25. ubi femineo genere occurrit. *M. du S.*

Ibid. Ἀντίθυρον] Utitur & *Homer.* Odyss. Π. 159. Στῆ δὲ κατ' ἀντίθυρον κλισίης Ὀδυσῆϊ φανῆσαι. *J. F. R.*

63. Ἄντίθυρον] Τὸ ἔπιθεν τῆ θύρας μέρος. *G.*

66. Πονήρως εἶχεν] Ἀττικοὶ & ἐπὶ σωμαλικῆς ἀσθενείας ἐξένευσι τὸ † πονηρός. *V.*

82. Πρὸς ταῦτα & τὰ τοιαῦτα] Deleverat *Solanus* ταῦτα & κὴ, quia aberant in *Fl.* Et ego merito abesse

hoc quoque volentibus dabat Alexander) decepti ſunt, cum viderent certe in tenui luce caput ipſius, aperiens pariter os & claudens: adeo ut plane indigeret machinatio illa Democrito quodam, aut ipſo Epicuro, aut Metrodoro, aut alio quodam, invicta[m] ad haec & talia mentem habente, qui diffideret, & quid res eſſet conjiceret, & ſi ipſum invenire modum non poſſet, at illud certe jam ante perſuaſum haberet, licet ipſum ratio praeſtigiarum fugiat, totum tamen hoc mendacium eſſe, ac fieri non poſſe.

παρεῖχε τοῖς βυλομένοις ὁ Ἀλέξανδρος) ὁρῶντές γε ἐν ἀμυδρῷ τῷ φωτὶ τ' κεφαλὴν δῆθεν αὐτῦ ἀνοίγυσάν τε καὶ συγκλείυσαν τὸ στόμα, ὥστε πάνυ τὸ μηχάνημα ἐδεῖτο Δημοκρίτυ τινὸς, ἢ καὶ αὐτῦ Ἐπικύρυ, ἢ Μητροδώρυ, ἤ τιν' ἄλλυ, ἀδαμαντίνην πρὸς ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τ' γνώμην ἔχοντος, ὡς ἀπιστῆσαι, καὶ ὅστις ἦν εἰκάσαι, καὶ εἰ μὴ εὑρεῖν τ' τρόπον ἐδύνατο, ἐκεῖνο γοῦν προπεπεισμένυ, ὅτι λέληθεν αὐτὸν ὁ τρόπος τ' μαγγανείας, τό δ' ὅλον πᾶν ψεῦδός ἐστι, καὶ γενέσθαι ἀδύνατον.

18. Paullatim igitur & Bithynia, & Gallograecia, & Thrace confluxit, unoquoque renuntiantium, ut credere par eſt, dicente, & naſcentem a ſe viſum Deum, & poſtea contactum, cum ingens brevi tempore interjecto factus eſſet, & vultum haberet humano ſimilem. Super haec picturae, & imagines, & ſimulacra, ex aere partim, partim ex argento aſſimilata: & nomen Deo impoſitum, Glycon enim appellabatur, ex divino juſſu carmine concluſo. Exclamarat enim Alexander:

Κατ' ὀλίγον δὲ καὶ ἡ Βιθυνία, καὶ ἡ Γαλατία, καὶ ἡ Θράκη συνέρρει, ἑκάστυ τ' ἀπαγγελλόντων, ὡς τὸ εἰκός, λέγοντος, ὡς καὶ γεννώμενον ἴδοι τ' θεόν, καὶ ὕστερον ἅψαιτο μετ' ὀλίγον πᾶμμεγέθης αὐτῦ γεγενημένυ, καὶ τὸ πρόσωπον ἀνθρώπῳ ἐοικότος· γραφαί τε ὅπι τύτῳ, καὶ εἰκόνες, καὶ ξόανα, τὰ μὲν ἐκ χαλκῦ, τὰ δὲ ἐξ ἀργύρυ εἰκασμένα, καὶ ὄνομά γε τῷ θεῷ ὅπιτεθέν· Γλύκων γὰρ ἐκαλεῖτο, ἐκ τινὸς ἐμμέτρυ, καὶ θείυ προστάγματος· ἀνεφώνησε γὰρ Ἀλέξανδρος·

Terrius ecce, Glycon, ſanguis Jovis, atque hominum lux.

Εἰμὶ Γλύκων, τρίτον αἷμα Διὸς, φάος ἀνθρώποισι.

19. Et cum tempus eſſet ejus rei, propter quam inſtituta fuerant omnia, *nimirum*

Καὶ ἐπειδὴ χρόνος ἦν, ὑφ' ὅτου ἕνεκα τὰ σπάντα ἐμεμηχάνητο, καὶ χρὰν τοῖς δεομένοις,

d Πρὸς ταῦτα & τὰ τοιαῦτα] Exhibent *Ald. J. P. B2. Fr.* & *S.* Πρὸς τὰ τοιαῦτα *Fl.* *e* Πᾶν] Πάνυ P. L. & marg. *AIW.* Vulgatam ſervant priſcae Edd. earumque lectio eſt melior. *f* Γενώμενον] Sic jam gemino *v.* recte Edd.

ſe credo; verum quia facilior eſt omiſſio quam ejusmodi additio, & locutio non infrequens eſt, unam Florentinam omnibus hic praevalere nolui. Sic rurſus infra c. 38. ταῦτα & τὰ τοιαῦτα προσμηχανᾶτο, & alibi non ſemel. Sic & τοσαῦτα & τοιαῦτα conjungi amant. *Long. Paſt.* L. 2. p. 63. τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα παίοντες. *J. F. R.*

83. Τὰ τοιαῦτα] *Fl.* Ed. & P. Codex. Cum nulla diverſitas in collatore ſit notata. In reliquis ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, minus concinne. *M. du S.*

95. Εἰκόνες] Infra ad c. 58. videbimus, nummos etiam cuſos cum imagine, & nomine iſtius Glyconis, quorum ad nos usque nonnulli pervenerunt, quamquam *Goltzius* in nomine erraverit; cum ΓΛΑΥΚΩΝ legi prodit. Sed haec poſtea, nondum enim nunc Romam usque fama ejus pervenerat. *M. du S.*

98. Γλύκων] Cognomen hoc, Aeſculapium enim haberi eum volebat Alexander; ut ex prophetia patet, quam ſupra c. 10. legimus, & ex oraculo, quo ſeſe hoc nomine indigitari jubet c. 18. Scripturam autem hanc indicantem & rem totam egregie illuſtrantem adi *Spanhem.* 213. & 721. *M. du S.*

2. Φάος ἀνθρώποισι] Sic Graecos vocare hominem qui ingens emolumentum, magnam ſalutem adfert hominibus, monet Cl. *L. Bos* ad *Evang. Joan.* I. 4. ubi legas: καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τ' ἀνθρώπων, quod adductis etiam his Luciani verbis, & ex *Hom.* Il. Π. 39. Et *Ariſtoph.* Pl. 69. confirmat. *J. F. R.*

νοις, καὶ θεσπίζων παρ' [a] Ἀμφιλόχῳ τῷ ἐν Κιλικίᾳ τὸ ἐνδόσιμον λαβὼν (καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνος μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς τελευτὴν τὸν Ἀμφιαράου, καὶ τὴν ἐν Θήβαις ἀφανισμὸν αὐτοῦ, ἐκπεσὼν τῆς οἰκίας, εἰς τὴν Κιλικίαν ἀφικόμενος, ἀ πονήρως ἀπήλλαξε, προθεσπίζων καὶ αὐτὸς τοῖς Κίλιξι τὰ μέλλοντα, καὶ δύ' ὀβολοὺς ἐφ' ἑκάστῳ χρησμῷ λαμβάνων) ἐκεῖθεν οὖν τὸ ἐνδόσιμον λαβὼν ὁ Ἀλέξανδρος, προλέγει πᾶσι τοῖς ἀφικομένοις, ὡς [b] μαντεύσοιτο ὁ θεὸς, ῥητήν τινα [c] ἡμέραν προειπών. ἐκέλευσε δὲ ἕκαστον, [d] ἃ δέοιτο ἂν καὶ μάλιστα μαθεῖν ἐθέλοι, ἐς βιβλίον ἐγγράψαντα, καλαβράψαι τε, καὶ

oracula edendi rogantibus ac vaticinandi, praecentorem quasi secutus Amphilochum, qui in Cilicia colitur. Etenim ille quoque post Amphiarai patris mortem, cum Thebis ille periisset, ejectus domo & in Ciliciam delatus, non male rem gessit, praedicens & ipse futura Cilicibus, & duo pro unoquoque oraculo obolos accipiens. Ab hoc igitur quasi cantus initio accepto Alexander, advenientibus omnibus denuntiat, oracula redditurum deum, diemque certum praedicit. Jubet autem, unumquemque, quod sibi opus sit & maxime velit discere, in libellum inscribere, eumque

a Ἀμφιλόχου] Ex emendatione *Solani* & *Gesneri*. Ἀντιλόχου Edd. priores. b Μαντεύσοιτο] Μαντεύεται *J.* sola. c Ἡμέραν] Deerat in Edd. excepta *J.* quae ῥητὴν ἡμέραν τινὰ. At quod edidi est in P. Τίνα ἡμέραν ἔσοιτο τῶν προειπών. G. d Οὗ δέοιτο] Ὅ δέοιτο marg. *AtW.*

6. Ἀμφιλόχου] In omnibus libris legitur Ἀντιλόχου. Sed Amphiarai filium *Antilochum*, quis umquam fando audivit? Amphilochum vero & noster alibi, & alii agnoscunt. Praeterea quae hic de Heroe illo narrantur omnia de *Amphilocho* praedicari eadem videas in Ἔκκλ. c. 12. Oraculum, Cilicia, & duo oboli &c. v. etiam, si lubet, sub finem Φιλοψ. c. 38. in *Dial. mort.* III. & hoc ipso in libro c. 29. Oraculi hujus Amphilochi meminerunt & alii, *Plut.* 999. 2. & 771. *Xiph.* in Commod. p. m. 290. ἐφὶ οὗ Μαλλῷ. (Sic enim emendandus ex nostro aliisque Xiphil. pro vitioso μαλῷ) πόλει τῆ κιλικίας ἀμφιλόχου χρηστήριον ᾧ χρᾷ δι' ὀνειράτων. Unde patet eo tempore celeberrimum fuisse, quod veritatem historiae Luciani hac in parte confirmat. *Clem. Alex.* etiam προτρ. p. 9. 1.

Hactenus de oraculo Mallensi; de alio ejusdem oraculo supra etiam dixi ad *Dial. mort.* III. nunc de ipso *Amphilocho* incidit quaestio. Dicitur nempe hoc in loco *Amphiarai filius*; at alio in loco s. laudato, *nepos*, non *filius* innui videtur. ἐκγόνῳ ἀνθρώπου ᾧ μητραλοίου υἱὸς ἦν. Ἔκκλ. c. 12. & Alcmaeonis filius *Amphilochus* dicitur apud *Apollod.* p. 83. A. B. Sed de ea quaestione vide quae ad eum Luciani locum a me annotantur. Ab Acarnanibus cultum *Amphilochum* tradit *Orig.* c. Cels. p. 131. 2. eumque in ea regione oraculum habuisse; quod ut confirmare non possumus, ita nec rejicere. Quae ibidem de Mopsi etiam in Cilicia celebri oraculo, & apud *Plut.* 771. iis quae in hoc Luciani libro de *Amphilochi* oraculo traduntur, adeo similia sunt, ut unum idemque fuisse, etiamsi Strabonis auctoritas deesset, censenda fuerint. Is autem disserte *Mallum* opus *Amphilochi* & *Mopsi* fuisse docet XIV. p. m. 464. B. Amphilocho aliud oraculum fuisse in Aetolia ait *J. Caes. Bullengerus*; cujus meminisse ait *Aristidem* Or. in Bacchum. Aesculapii etiam oraculum in Cilicia fuisse, idem *J. Caes. Bullengerus* tradit ex *Euseb.* III. Vitae Const. c. XCIX. AG. VII. 37. Sed oraculum nequaquam dicendum, cum nullae sortes redditae, nulla futura praedicta; sed tantummodo sanationes morborum dicantur factae, quae ab Ethnicis in omnibus illius Dei templis passim memorantur. V. *Arist.* Ιλ. idem c. LIV. meminit alterius Oraculi Pergami, de quo idem dictum puta. Haec cum scripta essent, incidi in *Heinsii* ad *Ovid.* notas, in quibus ad Rem. am. 455. video, Virum Cl. eodem, quo ego feci modo, hic Lucianum emendasse. *M. du S.*

Ἀμφιλόχου] *Antilochus*, nescio quomodo locum hic occupaverit Amphilochi, cujus oraculi & noster semel iterumque mentionem facit, & quis non? Vix dubito, quin etiam contra libros restituendum sit hoc nomen. Quin potuit ipse Lucianus memoria, aut manu adeo, labi in cognatis adeo sonis. *J. M. G.*

7. Τὸ ἐνδ. λαβ.] Τὸ ἐνδόσιμον λαβεῖν e musicis interpretari malui, quam ex equestri ratione, ubi pedis ictum & concussas habenas notat, quibus equus admonetur eundum esse, vid. *Pollux* I, 210. Musicae illius rationis elegans exemplum est in *Julian.* ep. 41. p. 421. Lips. Ἐπὰ δ' αὐτὸς ἡμῖν τὸ μέλους τὸ ἐνδόσιμον μνησεύσις κ. τ. λ. quem locum interpretatur *Budaeus*, & totum hoc ἐνδόσιμον copiose illustrat. *J. M. G.*

10. Ἐκπεσὼν τῆς οἰκίας] Sic supra *Abdic.* c. 1. f. *M. du S.*

Ἐκπεσὼν — ἀφικόμενος — ἀπήλλαξε] En duo participia juncta sine copula, quod non ita frequens nostro, tamen recte se habet. V. *Evang. Luc.* V. 25. & 28. *Alciph.* I. Ep. 4. p. 20. *J. F. R.*

13. Δύ' ὀβολούς] Conf. iterum infra Ἔκκλ. c. 12. *M. du S.* Immo potius, si quid opus, confer mox c. 22.

que trajectum filo obsignare cera, aut creta, aut id genus re alia. Ipse autem in adytum ubi descendisset, (jam enim aedificatum erat templum, & parata scena) ordine vocaturus eo erat per praeconem, & adhibito Theologo, illos, qui dedissent, & auditis quasi a Deo omnibus, libellum *cuique suum* ut signatus fuit, redditurus, responsumque illius subscriptum (inscriptum) carmine, reponente Deo, de quocumque aliquis interrogasset.

καλασημήναντας κηρῷ, ἢ πηλῷ, ἢ ἄλλῳ τοιούτῳ· αὐτὸς δὲ λαβὼν τὰ βιβλία, καὶ εἰς τὸ ἄδυτον καταβὰς (ἤδη γὰρ ὁ νεὼς ἐγήγερτο, καὶ ἡ σκηνὴ παρεσκεύαστο) καλέσειν ἔμελλε κατὰ τάξιν τοὺς δεδωκότας, κηρύκι, καὶ θεολόγῳ· καὶ [e] ὡς πρὸς τοῦ θεοῦ ἀκούων ἕκαστα, τὸ μὲν βιβλίον ἀποδώσειν σεσημασμένον ὡς εἶχε, τὸ δὲ πρὸς αὐτὸ ἀπόκρισιν [f] ὑπογεγραμμένην πρὸς ἕπος, ἀμειβομένου τοῦ θεοῦ πρὸ ὅτου τις ἔροιτο.

20. Erat vero machinatio ista, viro quidem qualis tu, &, si non est insolens dictu, etiam qualis ego sum, manifesta, & cognitu facilis; imperitis autem & *obesae ac* plenae pituita naris hominibus, prodi-

Ἦν δὲ τὸ μηχάνημα τοῦτο, ἀνδρὶ μὲν οἵῳ σοὶ, εἰ δὲ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, καὶ οἵῳ ἐμοὶ, πρόδηλον, καὶ γνῶναι ῥᾴδιον, τοῖς δὲ ἰδιώταις, καὶ κορύζης μετοῖς τὴν ῥῖνα, τεράστιον,

καὶ

e Ὡς] Inserui ex marg. *AiW*. Deerat in Edd. f Ὑπογεγραμ.] Sic Edd. Ἐπιγεγρ. marg. *AiW*.

22. & 54. *J.F.R.*

14. Ἐκεῖθεν οὖν τὸ ἐνδύσιμον λαβὼν ὁ Ἀλέξανδρος προλέγει πᾶσι τοῖς ἀφικομένοις, ὡς μαντεύσεται ὁ Θεὸς, ῥητήν τινα προειπών] Mſ. ῥητὴν τινα ἡμέραν ἀπὸ τοῦ προειπόν. forte ῥητήν τινα ἡμέραν ἀνέστη προειπών. *definitam diem surrexit praedicendo.* surrexit praedicens certam diem, qua Glycon sit oracula editurus. vide autem de hoc Glycone Abonoteichitarum ficto oraculo Virum illustrem *Exechielem Spanhemium* dissertatione tertia, de usu antiquorum numismatum. *J.G.G.*

16. Ῥητήν τινα] Scil. ἡμέραν. *F.G.*

Ῥητήν τινα] Quia *Solanus* sic jussit, & tribus testibus nititur illud ἡμέραν, ideo addidi. Saepe quidem omittitur ἡμέρα in similibus locutionibus, vid. *L. Bos* p. 59. Verum post ῥητὴν omitti; uno hoc Luciani testimonio incerto docere voluit. Ideo tanto minus omittere id potui, etsi omitti posse non nego. *J.F.R.*

17. Ἡμέραν] Sic G. P. & Ed. *J.* nisi quod haec ordinem verborum paululum mutavit. Scripturam Codicis *Graev.* quod attinet; ab imperitis librariis descriptam puto notam aliquam marginis, in qua erat ἀπὸ τοῦ προειπόν i. e. fine verbo προειπόν. Ita etiam stare posse sententiam, nemo credo negabit, imo, ut quod sentio dicam; venustior sensus absque προειπὼν, & magis Atticus videtur. Caeterum pro vulgato μαντεύσεται) Ed. *J.* habet μαντεύεται. *M.du S.*

Ibid. Ἐκέλευσε] *Tacit.* An. II. 54. Colophone sacerdos numerum modo consultantium & nomina audit. *M.du S.*

25. Ὡς] Ut Graeco textui ὡς, ita & Latino *tò quasi* inserui, quod Cl. *Gesn.* haud aegre feret. *J.F.R.*

26. Σεσημασμένον] Eodem modo oracula sua reddebat Jupiter Heliopoli; vid. *Macrob.* I. 23. Sic fiebat etiam Malli. Vid. Φιλοψ. c. 38. *M.du S.*

28. Ὑπογεγραμμένην] Ab iis qui obiter Lucianum perlegerunt, ἐπιγεγραμμένην magis probabitur quam ὑπογεγραμμένην. Quin hoc & sequens tantum caput conferentes dicent ὑπογεγρ. falsum esse; Clausi enim & obsignati libelli tradebantur, & eodem modo reddebantur, fictumque miraculum in eo solum consistebat, quod Oraculum intelligere posset contenta, non laxatis vinculis ac signis, libroque non aperto. Ad hanc fraudem tegendam responsa debebant exterius inscribi, non intra librum ipsi quaestioni subscribi; alioqui enim fraus nimis crassa etiam suspecta fuisset multitudini. Et Lucianus artificium clam resignandi libellos detegens, diserte prodit pseudoprophetam ea quae quisque scisciteabat sic legisse, inspexisse, non addens ibi quoque subjecisse responsum, quod non omisisset, si verum foret. Immo & deinde c. 21. exponens artem signa tollendi, rursus ait: impostorem signo sublato *libellum legisse*, ac statim denuo clausisse. Ubi rursus narratur, *lectum tantum libellum*, de *subscriptione* nihil, quippe quae tum non fiebat, sed postea; quod vel fieri poterat coram populo. Sed ὑπογεγρ. tamen verum est, nec significat adeo locum, ubi scriptum sit responsum; sed relationem ad quaestionem propositam. Et sic rursum est hac Diss. c. 49. & 53. Sic ὑπὸ in compositis solet responsum significare, ut in ὑπολαβεῖν, aliisque, ut ap. *Aesop.* Fab. 69. καὶ ἃ ὑπολαβοῦσα, ubi in aliis tamen invenio ὑποτυχοῦσα, *occurrens.* quod ad nostrum tamen scopum idem est. Sed Fab. 88. ὑπολαβὼν δὲ ὁ πίθηκος, & alibi. Sic *suscipere* pro respondere, *Virg.* VI. 723. *J.F.R.*

Ibid. Πρὸς ἕπος] Hic significat *pro re nata*, vel *ad rem adposite*, quod quidem notum. Nam etsi *carmine* respondere solitus sit, & locutio ἐδὶν πρὸς ἕπος, *nihil ad rem*, quoque idem sit quod *nihil ad rhythmum*, tamen πρὸς ἕπος γράφειν significare *carmine conscribere*, non video. *J.F.R.*

33. Κορύζης μετοῖς τὴν ῥῖνα] Saepe utitur hac phrasi, ut *mort. Dial.* VI. &c. *M.du S.*

ὴ [a] πάνυ ἀπίστῳ ὅμοιον. Ἐπινοήσας γὰρ ποικίλας τὰ σφραγίδων τὰς λύσεις, ἀνεγνωσκέ τε τὰς ἐρωτήσεις ἑκάστας, καὶ τὰ δοκοῦντα πρὸς αὐτὰς ἀπεκρίνατο, εἶτα καλειλήσας αὖθις, καὶ σημηνάμενος, ἀπεδίδου μὴ πολλῇ θαύματος τοῖς λαμβάνουσι. καὶ πολὺ ἦν παρ' αὐτοῖς τὸ, πόθεν γὰρ ἔτος ἠπίστατο, ἃ ἐγὼ πάνυ ἀσφαλῶς σημηνάμενος, αὐτῷ ἔδωκα ὑπὸ σφραγίσι δυσμιμήτοις, εἰ μὴ θεός τις ἀληθῶς ὁ πάντα γιγνώσκων ἦν;

gioſa, & undique incredibili ſimilis. Excogitatis enim diverſis ſolvendi ſigilla generibus, legit interrogationes ſingulas, & quae viderentur ad eas reſpondit, tum involutas iterum & obſignatas, reddidit multa cum admiratione accipientibus: & frequens inter illos haec erat oratio, *unde enim iſte ſciret, quae firmiter admodum obſignata ipſi dedi ſub ſigillis imitatu difficillimis, niſi revera Deus eſſet cognoſcens omnia?*

Τίνες οὖν αἱ ἐπίνοιαι; ἴσως ἐρήσῃ με. ἄκουε τοίνυν, ὡς ἔχοις ἐλέγχειν τὰ τοιαῦτα. ἡ πρώτη μὲν ἐκείνη, ὦ φίλτατε Κέλσε· βελόνην πυρώσας, τὸ ὑπὸ τὴν σφραγῖδα μέρος τοῦ κηροῦ λιπαρήκων, ἐξῄρει, καὶ μὴ τὴν ἀνάγνωσιν, τῇ βελόνῃ αὖθις ἐπιχλιάνας τὸν κηρὸν, τόν τε κάτω ὑπὸ τῷ λίνῳ, καὶ τὴν αὐτῷ τὴν σφραγῖδα ἔχουσα, ῥᾳδίως συνεκόλλα. ἑτέρα δὲ τρόπος ὁ διὰ τοῦ λεγομένου κολλυρίου· σκευαστὸν δὲ τοῦτό ἐστιν ἐκ πίττης [b] Βρυττίας, καὶ ἀσφάλτου, καὶ λίθου τοῦ διαφανοῦς τετριμμένου, καὶ κηροῦ,

21. *Quae ſunt igitur, forte me interrogabis, illa commenta?* Audi ergo, ut habeas, qui convincas talia. Primum, Celſe cariſſime, illud eſt: Acu ignita partem cerae, quae infra ſignum eſt, ubi liquefecit; ſignum ipſum detraxit, lectoque libello, acus ope liquefactam iterum ceram, tum quae infra ſub lino eſt, tum eam, quae ſigillum ipſum continet, facile conglutinavit. Altera eſt ratio per illud, quod vocatur collyrium. Paratur hoc e pice Bruttia, & aſphalto, & ſpeculari lapide trito, cera-

a Πάνυ] Sic P. & *f.* Ed. Πάντη cett. b Βρυττίας] Ita ex *Fl.* dedi. Βηρυττίας male ceterae.

54. Σκευαστὸν δὲ τοῦτο] Σύνθεσις τοῦ λεγομένου διαπιδίου. *V.*

34. Πάνυ] P. & Ed. *f.* *M. du S.*

47. Ἡ πρώτη μὲν ἐκείνη] Adſcripſerat Cl. *La Croze*: vid. nott. *Zacagnii* in Diſputat. Archelai p. 27. Sed non ſatis indicans ad quae verba haec pertineant, quod inquirere non poſſum, quia illo libro careo. Inquirant igitur, qui habent. *J. F. R.*

55. Ἐκ πίττης Βηρυττίας] Saltem debuerant editores facere Βηυτίας, ut in verſione exhibuit quoque *Eraſmus*. Sed ex illa ipſa literae ταυ duplicatione odoror dubium nullum eſſe poſſe, quin Lucianus ſcripſerit Βρυττίας. Bruttia enim, non Berytia, pix celeberrima fuit apud veteres & ad varios uſus, ut apparet ex locis collectis ab τῷ πάνυ *Bocharto* in Chanaan cap. XXXIII. Inſulſe ad oram libri ſui retulit Cl. *Sponius poix Berittienne.* *J. G.*

Ibid. Βρυττίας] Auctor exponens quid ſit collyrium, σκευαστὸν δὲ τοῦτό ἐστιν, inquit, ἐκ πίττης βηρυττίας καὶ ἀσφάλτου. Sagaciſſime vidit Cl. *Gronovius* pag. 1034. (Ed. *Graev.*) legendum ἐκ πίτης Βρυττίας· plane enim ita editio Florentina. *J. J.*

Βηρυττίας] (Βρυττίας legendum cum *Dioſcor.* vel Βηρυττίας v. *Strab. Vorſt.*) Secuti ſumus ſcripturam Ed. *Fl.* qua confirmatur emendatio Cl. *Gronovii* & aliorum. In reliquis Βηυτίας legitur. V. *Leop.* IV. II. *Plut.* vit. 997. f. *Goltz.* in nummis M. Graeciae tab. 24. Βήττιοι. Et AG. VII. 414. & IV. *M. du S.*

56. Λίθου τοῦ διαφανοῦς] *Suidae* Φιγγίτης λίθος. Hic lapis inter deperdita numerandus, ſi talis fuerit, qualis ab *Ariſtoph. Scholiaſta* deſcribitur in Nub. II. Sc. I. Sed hallucinatur ibi Scholiaſtes, & ex ipſo *Ariſt.* ſatis patere videtur, *cryſtallum* fuiſſe, ita conformatum & expolitum, ut ſoli objectum materiam accenderet: quod nos hodie vitris noſtris convexis curioſitatis fere gratia praeſtamus. *Suidae* & Scholiaſtae in hoc loco hallucinationes non vacat nunc ulterius aperire. Fiet hoc commodius in editione *Suidae*, quam parat contubernalis meus vir eruditiſſimus *Lud. Kuſterus*, quocum meas hac de re rationes communicavi. V. tamen quae de lapide Bononienſi habet in ſua Chimia *Lemery*. Sed ad Lucianum redeo. Quid hic eſt λίθος διαφανής? Cryſtallum ne an ſilex pellucidus, aut margarita? Ego nihil decerno: ſed de eo judicium ſit penes vi-

ceraque & maſtiche. Fictum ex his omnibus collyrium, & igni calefactum, in ſignum, ſaliva prius madefactum, impoſuit, & typum expreſſit. Deinde collyrio celeriter ſiccato, ſolutas facile tabellas legit; tum cera impoſita idem ſigillum optime conveniens archetypo, tanquam gemma expreſſit. Tertiam aliam praeter has *rationem* audi. Calcem glutini, quo libros gluti-nant, injectam, & in maſſam cerae ſimilem redactam, mollem adhuc ſigillo imponebat: ablata deinde (nam ſiccatur ſtatim, & cornu, quin ferro fit ſolidior) ad exprimendum utebatur. Sunt vero alia etiam multa ad hoc ipſum excogitata, quorum mentionem facere omnium nihil opus eſt, ne inepti videamur; praeſertim cum tu in libris, quos contra magos ſcripſiſti, pulcherrimis pariter atque utiliſſimis, quique prudentes reddere lectores poſſunt, ſatis multa propoſueris, & multo his noſtris plura.

22. Oracula ergo fundebat, & reſponſa

καὶ μαστίχης· ἐκ δὲ τούτων ἁπάντων ἀναπλάσας τὸ κολλύριον, καὶ θερμήνας πυρὶ, σιάλῳ τὴν σφραγῖδα προχρίσας, ἐπετίθει, καὶ [c] ἀπέμαξε τὸν τύπον. εἶτα αὐτίκα ξηρᾶς ἐκείνης γενομένης, λύσας ῥᾳδίως, καὶ ἀναγνὺς, ἐπιθεὶς τὸν κηρὸν, ἀνετύπου, ὥσπερ ἐκ λίθου τοῦ αὐτοῦ σφραγῖδα εὖ μάλα τῷ ἐρχετύπῳ ἐοικυῖαν. τρίτον ἄλλο πρὸς τούτοις ἄκουσον· [d] τιτάνου δὲ εἰς κόλλαν ἐμβαλὼν, ᾗ κολλῶσι τὰ βιβλία, καὶ κηρὸν ἐκ τούτου ποιήσας, ἔτι ὑγρὸν ὄντα ἐπετίθει τῇ σφραγῖδι, καὶ ἀφελὼν (αὐτίκα δὲ ξηρὸν γίγνεται, καὶ κέρατος, μᾶλλον δὲ σιδήρου σκληρότερον) [e] τούτῳ δὴ ἐχρῆτο πρὸς τὸν τύπον. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς τοῦτο ἐπινενοημένα, ὧν οὐκ ἀναγκαῖον μεμνῆσθαι ἁπάντων, ὡς μὴ ἀπειρόκαλοι εἶναι δοκοίημεν, καὶ μάλιστα σύ, ἐν οἷς κατὰ μάγων συνέγραψας, καλλίστοις τε ἅμα, καὶ ὠφελιμωτάτοις συγγράμμασι, καὶ δυναμένοις σωφρονίζειν τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἱκανὰ πρὸς εὐθυμίαν, καὶ πολλῷ τούτων πλείονα.

[f] Ἦρχε δὴ, καὶ ἐθέσπιζε, πολλῇ τῇ συνέ-

viros illos ſtrenuos, qui naturae arcanis impigre ſcrutandis operam optime collocant. V. *Leop.* (de lapide ſpeculari videndus *Aegineta.*) *M. du S.*

Λίθου τοῦ διαφανοῦς] Apud *Ariſtophanem* vitrum vel cryſtallum intelligi, alia occaſione diximus, & ex ipſo inſpecto ſatis patebit unicuique; nam additur τὸν θέλω λέγειν; at quis lapis hic intelligatur, parum refert; nam quovis lapide poſſis ad id uti, modo ſatis duro, & in pulverem tenuiſſimum redacto, ut calefactus non dehiſcat. In ſimulandis enim antiquis nummis, vel ſigno faciendo ex vitro, hodie terra Veneta utuntur, Venetianſchen tripel vocata, cui figura imprimitur, ac vitrum igni liquefactum infunditur. *J. F. R.*

65. Τιτάνου] Attice hoc dictum. *M. du S.*

74. Κατὰ Μάγων] *Celſi libri contra magos.* *F. G.*

Κατὰ Μάγων] Periit hoc praeſtantiſſimum *Celſi* opus, quo praeſtigiatorum arcana patebant. Meminit hujus & *Origines* c. Celſ. p. 53. Cujus verba ad initium hujus libri exhibuimus. meminit in praefatione etiam *Diog. Laërt.* librorum de magia & magis ab *Ariſtotele* & *Hermippo* ſcriptorum. *Suidas* etiam Antiſtheni librum cui ΜΑΓΙΚΟΝ titulus, tribuit; ſed de hoc Celſi opere tacent. *M. du S.*

Κατὰ Μάγων] *Gujeti* obſervatio tangit priſtinam verſionem, quae *de magorum artibus* habebat; quod verſio Cl. *Geſneri* jam ſponte correxit. *J. F. R.*

79. Ἦρχε δὲ, καὶ ἐθέσπιζε, πολλῇ τῇ σωφροσύνῃ ἐντεῦθεν χρώμενος, καὶ τὸ εἰκὸς τῇ ἐπινοίᾳ προσάπτων] Vertunt: *Reddebat igitur oracula & vaticinabatur, non mediocri ad eam rem utens ingenio, arteque negotium reddens probabilius.* Ultima verba non reſpondent Graecis, in quibus pro τὸ εἰκὸς Mſ. τὸ εἰκαστικὸν, *ſagacitatem verosimilia dicendi jungens ſollertiae ingenii.* Εἰκαστικαὶ τέχναι Platoni in Sophiſta ſunt artes quae imitantur verum, & magna veriſimilitudine exprimunt. erat ingenio praeditus ſagaci Alexander in divinanda & deprehendenda veriſimilitudine, quae facultas aliis ingenii dotibus acceſſerat, apta in primis ad mimum illum decenter agendum. *J. G. G.*

Ἦρχε] P. In reliquis ἤρχη. *M. du S.*

c Ἀπέμαξε] Ἀπεμάττετο marg. *AIW.* d Τιτάνου] Ita Edd. conſtanter habere notat *M. du S.* e Τούτῳ] Τοῦτο male Ex. *Fl.* Nihil vulgatam mutat P. f Ἦρχε] Sic P. Ἤρχη Edd. priores.

συνέσῃ ἐνταῦθα χρώμενος, ἢ τὸ [a] εἰκαστικὸν τῇ διανοίᾳ προσάπτων, τοῖς μὲ λοξὰ ἢ ἀμφίβολα πρὸς τὰς ἐρωτήσεις ἀποκρινόμενος, τοῖς δὲ ἢ πάνυ ἀσαφῆ. χρησμῳδικὸν γὰ ἢ τοῦτο αὐτῷ ἐδόκει. τὰς δὲ ἀπέτρεπεν, ἢ προὔτρεπεν, ὡς ἄμεινον ἔδοξεν αὐτῷ εἰκάζοντι· τοῖς δὲ θεραπείας προὔλεγε καὶ ἀφαίτας, εἰδὼς (ὅπερ ἐν ἀρχῇ ἔφην) πολλὰ ἢ χρήσιμα φάρμακα. μάλιστα δὲ [b] εὐδοκίμουν παρ' αὐτῷ αἱ [c] κυτμίδες, ἀκόπου τι ὄνομα πεπλασμένον, ἐκ λίπους [d] αἰγείου συντεθειμένον. τὰς μέντοι ἐλπίδας, καὶ προκοπὰς, καὶ πλήρων

dabat divina, multa hic prudentia usus, & probabilitatem adjungens commentis suis, qui perplexa quibusdam & ambigua responderet ad interrogationes, aliis vero plane obscura: etenim hoc etiam ad oracula pertinere ipsi videbatur: alios autem vel dehortatus est, vel impulit, prout melius esse conjiceret. Aliis curationes praecepit & victus rationem, qui, quod primum dicebam, multa etiam utilia medicamenta sciret. Maxime vero probabantur illi cytmides, fictum nomen unguenti ad lassitudinem & dolorem, ex caprino adipe confecti. Spes vero, & bonorum incrementa, &

a Εἰκαστικὸν] Ex G. P. L. Εἰκὸς Edd. b Εὐδοκίμουν] Sic *Fl. J. H. B2.* legere notat *M. du S.* Sed & *Ald.* ac P. ita habent. c Κυτμίδες] Κυτῶδες male P. Nihil mutabant Edd. d Αἰγείου] Ἀρκτίου Edd. priores. Αἰγέου Codd. L. G. P. & marg. *AIW.*

80. Εἰκαστικὸν] G. P. L. Reliqui τὸ εἰκός. *M. du S.*

81. Λόξα ἢ ἀμφίβολα] Vid. *Orig.* contra Celsum p. 53. Ed. Cantabrig. *M. V. la Croze.*

89. Εὐδοκίμουν] Addiderat *Solanus* legendum ἠυδοκίμουν. Sed in hac diphthongo non semper opus esse augmento, nec in aliis, vid. supra ad I. *Ver. Hist.* c. 13. ad verbum τετάχαλο. Adde Cl. *Jungerman.* ibi citatum, qui praeter ea, quae ibi dedimus, etiam monet, εὐχόμην aeque dici atque ἠυχόμην. (Immo frequentius) & sic εὔχοντο *Homer.* Il. Γ. 296. & ubivis, ubi augmentum propter versum non potest dici abjectum. Idem ex *Hesych.* & *Pind.* adiatum vid. ap. *Maittair.* de Dialect. p. 276. B. Ideoque vulgatum etiam hic non movi. Etsi dixeris ἠν magis Atticum esse, quod tamen non semper opus esse in nostro observavi. *J. F. R.*

91. Ἐκ λίπους] Ait illud oracului varia medicamenta praescripsisse aegrotis, inprimis, quod ficto nomine vocarit Cytmides, id vero remedium fuisse contra lassitudinem ἐκ λίπους ἀρκείου συντεθειμένος, fatue interpres: *ex adipe suilla confectum*, cum sit *ex adipe ursina.* ἄρκτος ursus, ἀρκτεῖος, ursinus. sed in Mss. legitur αἰγείου *caprina* adipe, quod utrum magis probandum, non satis liquet. Nam & ursinus & caprinus adeps plurimis doloribus, cruciatibus & tumoribus prosunt, ut ex *Plinii* lib. XXVIII. aliisque medicis constat. Nec ἄκεστα sunt tantum remedia contra lassitudinem, quamvis proprie eo nomine illa significentur, sed & quae ad dolores corporum, & tumores scirrhosos, aliosque adhibentur, ut multis docet *Galenus* de medic. per genera lib. VII. cap. 11. ut & *Paullus Aegineta* lib. VII, 19. Et videre licet inferius, ubi Κυτμίδα, hoc est ἄκεστον oraculum seu impostor jussit adhibere πρὸς ὀδύνην πλώρου, *ad dolorem laterum.* *J. G. G.*

Ἐκ λίπους ἀρκτίου] Benedictus *adipe suillo.* Certe accuratior Erasmus *ursino adipe:* etsi enim dicebatur ἄρκτος, tamen quam frequens in eo vocabulo fuerit omissio literae ταυ, ipse Lucianus in Demonacte ostendit, a quo ait Κυνικὸν οὐ ἄρκτου δόγματι φιλοσοφοῦντα, οὐκ Ὀνώρατον, ὥσπερ ὠνομάζετο, ἀλλ' Ἀρκεσίλαον appellandum. In Amoribus, placuit Luciano variare; quippe quum dixisset, λέοντες οὐκ ἐπιμανέντες λέουσιν, ἀλλὰς ταῦροι ἀγελάρχης βουσὶν ἐπιθόρνυται, καὶ πρὸς ὅλην τὴν ποίμνην ἄῤῥενος πλησὶ σπέρματος. τί δὲ, ἢ συῶν μὲ οὐκ ἀγρίας μιλιαδιάκουσι κάπροι, in sequentibus reddit, οὐκ ἐρῶσιν ἀλλήλων λέοντες οὐδ' ἄρκτοι, καὶ σύες. *J. G.*

Ibid. Αἰγείου] Quia Codices quatuor hanc lectionem exhibent, & *Solanus* vulgatam quoque deleverat, non dubitavi eam recipere. Verum quia & vulgatum ἀρκτίου, quod idem est atque ἀρκτείου, sanum sensum exhibet, eligat id qui voluerit, quique ursinum adipem ideo potius locum habere crediderit, quod rarior ille caprino, adeoque homini miracula crepanti magis conveniat, quo considerato & ego vulgatam praeferrem. *J. F. R.*

94. Ἔσαι πάντα] His Luciani verbis utitur Rev. *J. Elsner.* ad probandam phrasin *Evang. Marc.* XI. 24. ubi καὶ ἔσαι ὑμῖν vertit: & *dabitur vobis, impetrabitis.* Recte quidem; verum non omnino haec Luciani sunt eadem; sed tantum, haec *evenient, fient*, veluti & infra *Icarom.* c. 22. pr. Ἔσαι πάντα, ἢν δ' ἐγὼ. *Fiant omnia* (scil. quae jussisti) *dicebam ego.* Nec tamen longe abit ab illa phrasi Novi foederis, dum dativus accesserit, ut in illo *Polyb.* I. c. 45. τὰς κατὰ κοινὸν ἐσομένας χάριτας αὐτοῖς, quod idem *Elsner* ibid. adfert. *J. F. R.*

Ibid. Ἐγὼ] Apollo hoc promittit, qui quasi loquens inducitur, non Alexander; & ideo mox pergit: *Si Alexander vates meus me rogabit.* *J. F. R.*

98. Δραχμὴν] In reliquis Amphilochum fere imitatus, sed longe praetergressus, & in oraculorum pretio,

& hereditatum ſucceſſiones in futurum ſemper rejiciebat, adjiciens, *fient omnia, ſi voluero ego, ſique Alexander Propheta meus rogaverit, & vota pro vobis fecerit.*

23. Conſtituta autem erat etiam merces unicuique reſponſo, drachma cum duobus obolis. Ne parvum putes, amice, aut minutum fuiſſe hunc reditum; ad ſeptuaginta vel octuaginta millia quotannis congeſſit, dena vel quindena reſponſa hominibus prae inexplebili cupiditate ſibi reddi petentibus. Quae autem acceperat, iis non ſolus uſus eſt, neque in theſauros repoſuit: ſed cum

λέγ. δοχὰς εἰσαῦθις ἀεὶ ἀνεβάλλετο, προστιθεὶς ὅτι ἔσται πάντα, ὁπόταν ἐθελήσω ἐγὼ, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ προφήτης μου δεηθῇ, καὶ εὔξηται ὑπὲρ ὑμῶν.

Ἐτέτακτο δὲ καὶ μισθὸς ἑφ' ἑκάστῳ χρησμῷ, δραχμὴ καὶ δύ' ὀβολώ. μὴ μικρὸν δὲ οἰηθῇς, ὦ ἑταῖρε, μηδ' ὀλίγον γενήσεσθαι τὸν πόρον τοῦτον, ἀλλ' εἰς ἑπτὰ ἢ ὀκτὼ μυριάδας ἑκάστου ἔτους ἤθροιζεν, ἀνὰ δέκα καὶ πενταικαίδεκα χρησμοὺς τῶν ἀνθρώπων ὑπὸ ἀπληστίας ἀναδιδόντων. σταμβάνων δὲ, οὐκ αὐτὸς ἐχρῆτο μόνος, οὐδ' εἰς πλοῦτον ἀπεθησαύριζεν, ἀλλὰ πολλοὺς

e Δὶ] Illud δὶ inſerui ex marg. *A1*; Deerat enim in Edd. f Οἰηθῇς] Sic reſtituit *Solan.* ex L. Eandem correctionem habet & margo *A1W.* Itaque firmatur conjectura *Jenſii* & *Vorſtii*; Οἰηθεὶς enim Edd. antea male. g Εἰς ἑπτὰ] Ἢ ἑπτὰ *J.* Εἰς recte ceterae. h Ἢ ὀκτὼ] Ita repoſui ex marg. *A1W.* pro vulgato Editionum ἢ ὀκτὼ. i Ἀνὰ] Ἄμα L. Nil mutant Edd. vett. k Ὑπὸ] Ἀπὸ *J.* ſola.

tio, quae ſumma rei erat, antecellere ſeſe voluit homo calidiſſimus. Drachmam ergo duobus Amphilochi obolis addidit, additamentum ipſa priore ſumma majus. *M. du S.*

Ibid. Δύ' ὀβολώ.] Vid. ſupra c. 19. δύ' ὀβολοὺς plurali numero dicit; ſed ut poſteriores Graeci duali rarius uſi ſunt. ita antiquiores plurali quoque interdum cum duali promiſcue ſunt uſi. Sic noſter *Somn.* §. 6. Δύο γωνιαῖαι λαβόμεναι ταῖν χεροῖν. Ubi poſt δύο pluralem habet, ut millies alibi, *manus* vero in duali collocat, quod quidem uſitatius in membris quae natura bina ſunt, ut oculi, aures, manus, pedes, nec tamen perpetuum: mox enim ibid. rurſum ait τὼ δυοῖν ἀμφοτέροιν, at contra paullo ſupra, δύο ὀφθαλμοὺς. Sic *Homer.* dualem & pluralem conjungit admodum frequenter, ut Il. I. 197. Χαίρετον ἦ φίλοι ἄνδρες ἰκάνετον &c. Exempla ex Luciano antiquioribus ſimilia plena manu congeſſit Frater optimus *G. O. Reitzius*, in Belg. Graeciſſ. p. 50—52. Addo, quod rarius, ſi verum eſt, dualem pro plurali in *Homer.* Il. I. verſ. 182. ab Scholiaſte notatum in Edit. *Hervag.* p. 161. Ἔνιοι αἰτ, δὶ λόγουσι συμπροσδιδόναι ἐ Φοίνικα. καὶ ὑδὲ εἶναι τεκμήριον τ ᾠδὴ τῷ Πανὶ ἀριθμόν. πολλάκις δὶ ἐ ἐπὶ πλείονων αὐτὸν τετάχθαι· ὡς ἐ ἐπὶ τῶ μὴ νόσοι ἑ χραισμοῦσιν ὅσοι θεοὶ εἶσ' ἐν ὀλύμπῳ ἄσσοι ἴσασι, καὶ ὡς ἐπὶ, τὼ κούρω κρίνετε δύο ἐ πεντήκοντα. Verum eosdem illos graviter errare, qui hoc ἴσασ' quod eſt ex Il. A. 567. pro duali accipiunt, cum ſit pro dativo ἴσασι poſitum, recte pluribus demonſtrat Clar. *S. Clarke* ad eum verſum. Interim in altero exemplo non dixerim plane falſam eſſe Scholiaſtae obſervationem, de qua *Clarkius* tacet; etſi rurſus ei adſentior verſum illum Il. I. 182. Τὼ δὶ βάτην ad *Ajacem* & *Ulyſſem* ſolos referenti cum *Schol. Villoiſon.* Nam exemplum illud Scholiaſtae quod ex Odyſſ. Θ. 48. eſt petitum, ubi Κούρω δὶ κρινάντε δύο ἐ πεντήκοντα Βήτην. *Juvenes vero electi duo & quinquaginta ibant*, manifeſtum dualem nominis & verbi habet, numero 52. virorum adjunctum: ita tamen adjunctum, ut divelli, & ad numerum *duo* ſine πεντήκοντα ſpectatum, trahi queat: quaſi bimembris eſſet oratio, *illi duo ibant, & quinquaginta*, intellecto altero plurali, *ibant*. Veluti Latinis non infrequens, *illi multa, tu nihil dicebas*, ubi pluralis *dicebant* omittitur; etſi diſcretio ibi major, tamen ad illuſtrationem facit. Nec enim ita indifferenter dual. & plur. permutari poſſe arbitror, ut perinde ſit; nam omnis quidem dualis eſt pluralis, at non inverſe. Si cui autem certius conſtet, dualem nihil aliud eſſe quam antiquam dialectum Atticam, ſeu variantem pluralis numeri terminationem, ut frater modo laudatus cum aliis exiſtimat; velim apertiora teſtimonia producantur; nam & illud *Homeri* Il. Δ. 452. — Χείμαρροι ποταμοὶ, κατ' ὄρεσφι ῥέοντες — συμβάλλετον de duobus fluviis recte intelligitur. *J. F. R.*

99. Οἰηθῇς] Οἰηθεὶς. *F. G.*

Οἰηθῇς] Quaeſtum, quem Alexander Impoſtor reddendis oraculis fecit, exponens Noſter, ait, Ἐτέτακτο δὲ ἐ μισθὸς ἑφ' ἑκάστῳ χρησμῷ, δραχμὴ ἐ δύ' ὀβολώ. μὴ μικρὸν οἰηθεὶς ὦ ἑταῖρε, μηδ' ὀλίγον γενήσεσθαι τὸν πόρον τοῦτον. *Conſtitutum autem erat & pretium pro unoquoque oraculo, drachma cum duobus obolis. Ne parvum iſtud cenſeas, mi ſodalis, pretium, neque quaeſtum hunc fuiſſe exiguum*, &c. quem alium haec verba ſenſum patiantur, non video. Emendandum itaque οἰηθῇς. *J. J.*

Οἰηθῇς] L. In reliquis prave οἰηθεὶς. *M. du S.*

3. Ἀνὰ] L. ἄμα, quod ut non ſpernendum, ita minus elegans exiſtimo. *M. du S.*

28. Ἀνα-

λὺς ἤδη [a] περὶ αὐτὸν ἔχων συνεργοὺς, καὶ ὑπηρέτας, καὶ ψευθήνας, καὶ χρησμοποιοὺς, καὶ χρησμοφύλακας, καὶ ὑπογραφέας, καὶ ὑποσφραγιστὰς, καὶ ἐξηγητὰς, ἅπασιν ἔνεμεν ἑκάστῳ τὸ κατ' ἀξίαν.

multos jam circa se haberet administros, & operarios, & exploratores, & scriptores oraculorum pariter ac custodes, & exceptores, & obsignatores, & conjectores, illis omnibus suam cuique partem pro dignitate tribuit.

Ἤδη δέ τινας καὶ ὑπὲρ τὴν ἀλλοδαπὴν ἐξέπεμπε, φήμας ἐμποιήσοντας τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τοῦ μαντείου, καὶ διηγησομένους, ὡς προείποι, καὶ ἀνεύροι δραπέτας, καὶ κλέπτας, καὶ λῃστὰς ἐξελέγξοι, καὶ θησαυροὺς ἀνορύξαι κελεύοιεν, καὶ νοσοῦντας ἰάσαιτο, ἐνίους δὲ καὶ ἤδη ἀποθανόντας ἀναστήσειε. δρόμος οὖν καὶ ὠθισμὸς ἀπανταχόθεν ἐγίγνετο, καὶ θυσίαι, καὶ ἀναθήματα, καὶ διπλάσια τῷ προφήτῃ καὶ μαθητῇ τοῦ θεοῦ. καὶ γὰρ οὕτω καὶ ἐξέπεσεν ὁ χρησμὸς,

24. Jam vero in peregrinas etiam regiones quosdam emiserat, qui famam apud gentes excitarent de oraculo, ac narrarent, ut praedicat, & inveniat fugitivos, ac fures & latrones convincat, & effodiendos thesauros praebeat, sanetque aegrotos, ut aliquot jam mortuos resuscitaverit. Concursus igitur & urgentium se undique turba orta est: Hinc sacrificia, & donaria, & duplex Prophetae discipuloque Dei merces. Nam haec etiam sors exierat:

Τιέμεναι κέλομαι τὸν ἐμὸν θεράποντα προφήτην.
Οὐ γάρ μοι κλεάνων μέλει ἄγαν, ἀλλὰ σοφήτου.

Vatem ornare meum jubeo vos atque ministrum:
Divitias nec enim curo, sed curo Prophetam.

quum in accentu tantum & spiritu consistat emendatio, Luciani sensum magis congruum reddens, non haesitavi id recipere quod aliquanto melius visum. *J. F. R.*

61. Ἐκ τοῦτι κινεομένοισι] Addititia videntur. *F. G.*

Ἐκ τοῦτι κινεομένοισι] Non puto hunc locum esse integrum, sed verba quaedam temporum injuria excidisse, cui rei occasionem dederit, quod post relativum *ἐν τοῦτι* sequeretur *κινέονται*, ac paucis interjectis, *κινεομένοισι*, iisdem syllabis prioribus. Sexcentas in omne genus libris lacunas peperit talis cognatarum vel earundem vocum repetitio. Interpretationem interim dedi, non quam verba subjicerent, quippe quae non intelligebam; sed quam res ipsa postulare visa est. *J. M. G.*

63. Οἰκεῖα] Οἰκία lego. *F. G.* Non inepte; etsi οἰκεῖα nondum rejicio, quia videtur respicere ad *coelestes domus*, in quibus illa animalia habitant, vel: quae zodiaco sunt propria. *J. F. R.*

67. Ἀπὸ τέων] I. e. ἀφ' ὧν. *F. G.* Hoc nimis notum, & *Homero*, *Hippocrati*, aliisque Ion. dialecti scriptoribus satis frequens. Vid. Iliad. Ω. 387. ut alia mittam. *J. F. R.*

Ibid. Ἱρὰ] Ita multis in locis emendandum fuit, ut Dialectus hujus Libelli postulabat, & hic quidem ita in M. emendatum est. *M. du S.*

74. Ὡς ἕκαστοι] Illa verba ἔτυχε vel similis ellipsis post ὡς ἕκαστος non modo Attica est, & Thucydidi frequentata: sed Ionica quoque, v. g. *Herodot.* 2, 40. *J. M. G.*

Ὡς ἕκαστοι] Distinctionem, quae post τἄλλα erat, sublatam retuli post ἕκαστοι, praeeunte *Solano*, qui jubet conferre Ἰσ. Α. c. 15. Ubi ille vulgatam ὡς ἕκαστοι tuetur & exponit. *J. F. R.*

76. Καὶ ὁ Ἆπις] Osiris Rex Ægypti tandem in Deos relatus cum uxore sua Iside colitur sub imagine bovis. *G. C.*

οἱ ἐκεῖ μαντήιόν τε ἀνατιθέασι, σημήιον δ' ἐκείνῳ τῷ ταύρῳ μανίκης.

culum ibi conſiituerint, ſignum divinationis illius *caeleſtis* tauri.

Οὐ μὴν πολλὸν δὲ χρὸ Λίβυες ἐπέβησαν τῷ λόγῳ· χρὸ γὸ τὸ Λιβύων μαντήιον τῷ Ἄμμωνι, χρὸ τοῦτο ἐς τ' ἠέρα χρὸ ἐς τὼ τοῦτου σοφίην εἴρηλο, [b] πρὸς τ' Ἄμμωνα, ὅτοι κριοπράσωπον ποιέονλ.

8. Non ita multo poſt Libyes etiam hanc rationem amplexi ſunt. Nam Libyum etiam oraculum Ammonis, ipſum quoque ad caelum ejusque ſapientiam, relatum eſt: quatenus Ammonem hi etiam arietis vultu ſibi faciunt.

Ἔγνωσαν δὲ τουτέων ἕκαστα καὶ Βαβυλώνιοι, ὅτοι μὲ λέγουσι καὶ πρὸ τ' ἄλλων· ἐμοὶ δὲ δοκέει, πολλὸν ὕστερον ἐς τοῦτο ὁ λόγος [c] ἀπίκελο.

9. Agnoverunt autem horum ſingula etiam Babylonii. Hi enim dicunt, etiam ante alios; mihi vero videtur, multo poſt ad ipſos hanc rationem perveniſſe.

Ἕλληνες δὲ ὅτε παρ' Αἰθιόπων, ὅτε παρ' Αἰγυπτίων ἀστρολογίης περὶ ὐδὲν ἤκουσαν, ἀλλὰ σφίσιν Ὀρφεὺς ὁ Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης, πρῶτος τά δὲ ἀπηγήσαλο, ὐ μάλα ἐμφανέως, ὐδὲ ἐς φάος τ' λόγον [d] προήνεγκεν, ἀλλ' εἰς γοητείην, καὶ [e] ἱρολογίην, οἵη ζμανοίη ἐκείνῳ. πηξάμενος γὸ λύρην, ὄργιά τε ἐποιέετο, καὶ τὰ ἱρὰ ἤειδεν· ἡ δὲ λύρη, ἑπτάμιτος ἐοῦσα, τ' τ' κινεομένων ἀστέρων ἁρμονίην συνεβάλλελο. ταῦτα Ὀρφεὺς διζήμενος, καὶ ταῦτα ἀναχινέων, πάντα ἔθελγε, καὶ πάντων ἐκράτεεν. ὐ γὸ ἐκείνην τ' λύρην ἔβλεπεν, ὐδὲ οἱ ἄλλης ἔμελε μισυργίης, ἀλλ' αὕτη [f] Ὀρφέως ἡ μεγάλη λύρη. Ἕλληνές τε τάδε τιμέοντες,

10. Graeci autem neque ab Aethiopibus neque ab Aegyptiis de aſtrologia quidquam audiere: ſed ipſis Orpheus Oeagri & Calliopes F. primus haec enarravit: non illa manifeſte valde; neque in lucem totam rationem protulit, ſed ad incantationem & ſacramenta quaedam, ſola mens illi *ſpectabat*. Lyra enim conſtructa faciebat orgia, & ſacra canebat. Lyra autem ſeptem chordarum quae eſſet, errantium ſtellarum harmoniam ſymbolo quodam ſignabat. Haec inquirens Orpheus, & haec movens, mulcebat omnia, & omnia vincebat. Neque enim illam, *quam fecerat ſibi*, lyram ſpectabat, neque alia illi cordi erat muſica; ſed haec magna lyra Orphei. Honorantes vero iſta Graeci, par-

a Τουτέου] Τούτου Edd. priores. Et mox τούτους pro τουτέους. *b* Παρὰ] Ita Edd. & M. Πρὸς Angl. P. & L. *c* Ἀπίκελο] Ἀφίκελο ante legebatur. *d* Προήνεγκεν] Recte Edd. & M. Προήνεγκαν *f.* Προηλ. *B2.* *e* Ἱρολογίην] Ἱερολογίην Edd. priores. Et mox ἱερὰ. quod ſimiliter mutavi. *f* Ὀρφέως] Ὀρφέος W. Sed a manu recentiore, loco ſequente.

82. Ἄμμωνος] Ammon Jovis epitheton, hoc eſt *arenarius*. Jupiter enim arietis ſpecie in extremo Lybiae arenoſo colebatur. Ammonis oraculum erat olim, ut *Mela* ſcribit, fidei inclytae, ubi reſponſa oratione non dabantur, ſed nutu & ſignis, ut ſcribit *Strabo*. *G.C.*

83. Εἴρητο] An ἤιρτο, ab ἀείρομαι; Placet. *F.G.*

Ibid Παρὰ τ' Ἄμμωνα] Angl. Cod. πρὸς τ' Ἀμ. Cætera hujus diſſertationis ex *Callimacho* & *Manilio* repetit in Croniis, plurima interpretor alibi. *J.B.*

Παρὰ] In A. P. & L. πρὸς. Neutrum placet. Debuit enim eſſe, ni fallor, τ' γὸ Ἀμ. καὶ .... Vide Ἔκκλ. 10. ubi ad cornua Jovis Hammonis alludit. *M. du S.*

Παρὰ τ' Ἄμμωνα] Tenui mutatione πρὸς mutandum in παρ' ὃ, quod cum ſententia poſtulare videretur, in interpretando ſecutus ſum. *J.M.G.*

84. Κριοπρόσωπον] Aliter Q. *Curtius*. *F.G.* Vid. hunc L. IV. c. 7. §. 23. 24. Et in Edit. *Leidana* nummos capita Jovis Hammonis referentes facie humana, ſed arietinis tamen cornibus praedita. *J.F.R.*

87. Δοκέει] An δοκέων; ut infra *de Dom.* c. 17. intellecto ὡς, ut ὡς αὐτῷ pro *ut ita dicam*, nota formula. Sed vulgatam ideo non mutarim; nam & ſic ibid. *de Dom.* c. 4. pr. ὁ μοι δοκεῖ &c. Paſſim vero alibi ſine articulo. Tamen ἐμοὶ δοκεῖ abſolute poſitum hic magis placet, quia Graeciſmus eſt magis peculiaris. Sic *Aelian.* I. 17. Ὧν, ἐμοὶ δοκεῖν, ὁ σκυτοδέψης ἀδίκημα ἐκτισάτην. Idem XIV. 4. Τῶν ἀδελφῶν, ἐμοὶ δοκεῖν, ἐκείνῳ — φέρειν. *Plutarch.* Themiſt. p. m. 113. F. ὡς ad-

partem ipso in caelo ei decreverunt, & stellae plures lyra vocantur Orphei. Si vero videris aliquando Orphea, vel lapidibus, vel colore assimilatum, in medio sedet canenti similis, in manibus habens lyram: circa ipsum autem animalia stant sexcenta, in quibus homo etiam, & taurus, & leo, eorumque singuli. Ea vero cum videris, horum mihi memento, qualis ille sit cantus, qualis lyra, qualis etiam taurus, & qualis leo, Orpheum audiant. Si vero quas dico causas nosses, tum tu etiam in caelo unum quodque videres.

ς μοίρην ἐν αὐτῷ οὐρανῷ ἀπέκριναν, καὶ ἀστέρες πολλοὶ καλέονται λύρη Ὀρφέως. ἢν δέ ποτε Ὀρφέα ἴδῃς, ἢ λίθοισιν, ἢ χροιῇ μεμιμημένον [g] ἐν μέσῳ ἕζεται [h] ἴκελος ἀείδοντι, μὲν χερσὶν ἔχων τὴν λύρην· ἀμφὶ δέ μιν ζῶα μυρία ἕστηκεν, ἐν οἷς καὶ ἄνθρωπος, καὶ ταῦρος καὶ λέων [i] καὶ τὰ ἕκαστον εὖ τ' ἂν ἐκεῖνα ἴδῃς, μέμνησό μοι τετέων, οἵη ἐκείνης ἀοιδή, οἵη δὲ καὶ ἡ λύρη, καὶ οἷος δὲ καὶ ταῦρος, ἢ οἷος λέων, Ὀρφέως [k] ἐπαΐουσιν, ἢν δὲ τὰ λέγω αἴτια γναίης, σὺ δὲ καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ ἕν περ ἕκαστα τετέων.

11. Ajunt vero Tiresiam, virum Boeotium, cujus divinandi gloria multum elata est, hunc igitur Tiresiam inter Graecos dixisse ferunt, errantium siderum alia quae sint feminina, alia vero masculina, non eadem efficere: unde etiam illum duplicis naturae fuisse atque vitae Tiresiam fabulantur, alias feminam, alias vero marem.

Λέγουσι δὲ Τειρεσίην, ἄνδρα Βοιώτιον, τοῦ δὴ πλέον μαντοσύνης κέρι πολλὸν ἀείρει, τοῦτον τὸν Τειρεσίην ἐν Ἕλλησιν εἰπεῖν, ὅτι τῶν πλανωμένων ἀστέρων, οἱ μὲν θήλεες, οἱ δὲ ἄρρενες ἐόντες, οὐκ ἴσα ἐκτελέουσι· τῷ καὶ μιν διφυέα γενέσθαι, καὶ ἀμφίδιον Τειρεσίην μυθολογέουσιν, ἄλλοτε μὲν θήλυν, ἄλλοτε δὲ ἄρρενα.

12. Atreo autem & Thyeste de regno paterno contendentibus, jam Graeci aperte astrologiam & caelestem sapientiam vehementer sectabantur: & commune Argivorum regnare *eum* apud se decreverunt, qui altero quantum ad hanc sapientiam esset praestantior. Hic Thyestes quidem arie-

Ἀτρέως δὲ καὶ Θυέστεω περὶ τῇ [l] πατρώῃ βασιληίῃ φιλονεικεόντων, ἤδη τοισιν [m] Ἕλλησιν ἀναφανδὸν ἀστρολογίης τε καὶ σοφίης τὴν ἰθαγενίης μάλιστα ἐμελέτεον· καὶ τὸ [n] ξυνὸν τῶν Ἀργείων, ἄρχειν ἔγνωσαν ἑωυτῶν, ὅστις τεῦ ἑτέρου σοφίην προφερέστερον. ἔνθα δὴ Θυέ-

ς της

g Ἐν] Deerat in Edd. addidit *M. du S.* h Ἴκελος] Sic W. Εἴκελος Edd. i Καὶ τὰ ἕκαστα] Constans Edd. lectio & M. In *F.* comma est post τῶν. k Ἐπαΐουσιν] Ita bene *Fl. H. P.* & M. Ἐπαΐουσιν *F. l* Πατρώῃ] Πατρώῃ *Fl.* Nil mut. cett. nec M. m Ἕλλησιν] Ἕλλησις misere *F.* sola. n Ξυνὸν] Κοινὸν *Vorst.* Nil mut. Edd. nec M.

27. Ἀναφανδὸν] Φανερῶς. *V.*

addit, dicens: αὐτοῖς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖν, κατέλιπον. *Aristoph.* Plut. 736. ὡς γε μοι δοκεῖν &c. *F. F. R.*

88. Ἀπίκετο] Non haesitavi sic rescribere pro vulgato ἀφίκετο, quod minus Ionicum. Et sic mox §. 16. ἀπίκετο recte Edd. habebant. Confer & §. 21. 24. & 29. *F. F. R.*

6. Ἢν δέ ποτε Ὀρφέα ἴδῃς ἢ λίθοισιν ἢ χροιῇ μεμιμημένον] Uterque interpres *vel saxo expressum*, quod profecto admodum est rude. Etsi enim id possit fieri, oportet tamen in his esse politiorem, & λίθον quoque gemmam vocat in Demonacte, & λίθων πλάτας λιθας tessellas lapidum ad pavimentum in Amoribus. Intelligo, & intellexit haud dubie Lucianus, Orpheum ex opere Musivo, quales Mercurium, Cupidinem, Satyrum, Silvanum nuper protulit Cl. *Sponius*. *F. G.*

8. Ἐν μέσῳ] Deerat ὁ in Impressis, & ipso M. *M. du S.*

Ibid. Ἴκελος] Etsi apud *Homer.* utrumque aeque frequenter invenitur εἰκελος & ἴκελος, posterius tamen recepi, quia magis Ionicum. Et sic *Hippocr.* sexcenties, vid. *Foës.* Oecon. Hipp. *F. F. R.*

11. Καὶ τὰ ἕκαστα] Sic omnes, nisi quod aliter interpungunt. Mihi N. L. *M. du S.*

τῆς μὲν χρυσὸν σφίσι τ' ἐν τῷ οὐρανῷ σημηνάμενον, ἃ ὑπέδειξεν· ἀπὸ τέω δὴ ἄρνα χρύσεον Θυέστῃ γενέσθαι μυθολογέουσιν. Ἀτρεὺς δὲ τὸν ἡλίου περί τε τῶν [b] ἀνατολέων αὐτέου λόγον ἐποιήσατο, ὅτι οὐκ ἐς ὁμοίην Φορὴν ἡλίός τε, καὶ ὁ κόσμος κινέονται, ἀλλ' ἐς ἀντίξοον ἀλλήλοις [c] ἀνθιδρομέουσι. καὶ αἱ νῦν δύσιες δοκέουσαι τῷ κόσμῳ δύσιες εἶναι, τοῦ ἡλίου [d] ἀνατολαί εἰσι. τάδε εἰπόντα, βασιλῆά μιν Ἀργεῖοι ἐποιήσαντο, καὶ μέγα κλέος ὅτι σοφίῃ αὐτέου ἐγένετο.

Ἐγὼ δὲ καὶ περὶ Βελλεροφόντεω τοιάδε φρονέω· πτηνὸν μὲν οἱ γενέσθαι [e] ἵππον οὐ μάλα πείθομαι, δοκέω δέ μιν ταύτῃ τῇ σοφίῃ μεθέποντα, ὑψηλά τε φρονέοντα, καὶ ἄστροισι ὁμιλέοντα, ἐς οὐρανὸν οὐχὶ τῷ ἵππῳ ἀναβῆναι, ἀλλὰ τῇ ξυνοίῃ.

Ἴσα δέ μοι καὶ ἐς Φρίξον τὸν Ἀθάμαντος εἰρήσθω, τὸν δὴ κριῷ χρυσέῳ δι' αἰθέρος ἐλάσαι μυθέονται. καὶ μὴν καὶ Δαίδαλον τὸν Ἀθηναῖον (ξείνη μὲν ἡ ἱστορίη δοκέω γέ μιν οὐκ ἔξω ἀστρολογίης) ἀλλὰ [f] οἱ αὐτὸς μάλιστα ἐχρήσατο, καὶ παιδὶ τῷ [g] ἑωυτοῦ καθηγήσατο.

tem illis, qui in caelo est, designatum monstravit: a quo auream ovem Thyesti fuisse fabulantur. Atreus vero de sole, & ortibus illius sermonem habuit, non versus eandem plagam solem atque mundum moveri, sed contrarium sibi invicem cursum tenere: & qui nunc occidens sit, & mundi occidens videatur, solis ortum esse. Haec illum dicentem Regem suum Argivi fecerunt, magnaque fuit sapientiae illius gloria.

13. Ego vero etiam de Bellerophonte eadem sentio. Alatum quidem equum illi fuisse, persuaderi mihi non patior; Puto autem illum sapientiae hujus studiosum, sublimia cogitasse, & versatum cum astris, in caelum non equi opera adscendisse, sed animo.

14. Eadem mihi etiam in Athamantis Phryxum filium dicta sunto, quem ariete aureo per aethera vectum fabulantur. Quin etiam Daedalum Athenienſem: peregrina quidem & mira historia: sed puto illum non fuisse ab astrologia alienum. Verum ea cum ipse maxime usus, tum filium eam suum docuit.

15. Ica-

a Ὑπέδειξεν] Ἐπέδειξεν W. Nil vulgatam mutant *J. Fl. H. P.* b Ἀνατολέων] Ἀντολ. W. c Ἀνθιδρομέουσι] Hoc *Solan.* ex W. substituit pro vulgato ἀλφδρομ. d Ἀνατ.] Ἀντ. W. e Ἵππον] Ὡς ἵππου W. f Οἱ] Sic Edd. & M. g Ἑωυτοῦ] Ἑωυτοῦ *J.* hic & alibi. Ἑαυτοῦ male *S.* Ἑαϋτοῦ *Fl.*

45. Μετέποντα] Διώκοντα. *G.*

32. Ἄρνα χρύσεον Θυέστῃ] Supra Ὀρχ. c. 43. *M. du S.*

37. Ἀντιδρ.] W. In reliquis ἀλφδρομ. minus apte. *M. du S.*

49. Δι' αἰθέρος] Conf. supra de Salt. §. 42. f. τῷ κριοῦ τὴν ἀλφίριον φυγήν. *J. F. R.*

52. Ἀλλὰ οἱ] I. e. ταύτῃ. *F. G.*

Ibid. Οἱ αὐτὸς] An etiam foeminino genere usurpant οἱ, pro αὐτῇ? *M. du S.*

Οἱ] An pro αὐτῇ? *Solanus* ait. Cui respondeo, quidni? Nam & sic *Homer.* Iliad. B. 515. — ὁ δὲ οἱ παρελέξατο λέκτρῳ. *hic autem Mars accubuit illi virgini furtim.* Praecesserat enim Ἀγυιοχῇ παρθένῳ αἰδοίῃ. Iterum Γ. 387. de anu quae Helenae lanam carpebat — ἡ οἱ Λακεδαίμονι ναιετάουσῃ Ἥρηκεν εἶρια καλὰ — Il. Z. 273. 4. — Ἀθηναίης — Καὶ οἱ ὑποχίζ δυοκαίδεκα βοῦς ἐνὶ νηῒ. Sed quonam genere accipiendum Il. A. 200? Ubi praemittens: Θέμωησεν δ' Ἀχιλῆος, μὴ δ' ἐτράπετ', αὐτίκα δ' ἴγνυ, pergit illico: Παλλὰς Ἀθηναίη, δεινὼ δὲ οἱ ὄσσε φάανθεν. — *terribiles ei oculi adparebant.* i. e. certe Minervae oculi. Nam cum timeret Achilles, ipsius oculi non fuere terribiles. Alioqui possis aeque construere: *ei* scil. *Achilli* sic videbantur Deae oculi, ac *ei Minervae*, pro ejus Minervae, sic lucebant oculi. *J. F. R.*

53. Ἑωυτοῦ] Servavi lectionem Ed. P. quam recte se habere, vid. ap. *Maittair.* de Dial. p. 116. Ed. *Haganae.* Sed & legere possis ἑωυτόν. Puncta vero diaereseos quae in Edd. antiqq. in ϋ ponuntur, neglexi, quia iis nihil opus, nec ante in hac edit. simili in casu addita sunt. In recentt. quibusdam *Hippocr. Aph.* Edd. Sect. I. Aph. 1. ἑωυτὸν editum est, ubi in vett. tamen recte ἑαυτὸν. Sed & alibi non semel apud eumdem in hisce erratum est in Edd. ut ibid. aph. 13. ubi vett. habent ἑωυτῶν, dedere ἑαυτῶν. *J. F. R.*

55. Χρυ-

15. Icarus autem juventute & temeritate usus, & inconcessa quaerens, sed animo in polum ipsum sublatus, vero excidit, & ab tota ratione aberravit, & in mare decidit negotiorum fundo ac fine carentium. De quo aliam fabulam narrant Graeci, & ab illo sinum in hoc mari temere vocant Icarium.

55 Ἴκαρος δὲ νεότητι καὶ ἀταθαλίᾳ [h] χρεόμενος, καὶ οὐκ [i] ἐπιεικτὰ διζήμενος, ἀλλ' ἐς [k] πόλον αἰρθεὶς τῷ νῷ, ἐξέπεσε τῆς [l] ἀληθηίης, καὶ παντὸς ἀπεσφάλη τῦ λόγυ, καὶ ἐς πέλαγος κατιωέχθη [m] ἀ-
60 βύσσων πρηγμάτων· τὸ Ἕλληνες ἄλλως μυθολογέυσι, καὶ κόλπον ἐπ' [n] αὐτέω ἐν τῇδε τῇ θαλάσῃ Ἰκάριον εἰκῇ καλέυσι.

16. Fortasse etiam Pasiphaë quae audisset ex Daedalo de tauro sidere in astris lucente, & ipsa astrologia in amorem doctrinae
65 devenit: unde putant eam a Daedalo conciliatam tauro esse.

Τάχα δὲ κὴ Πασιφάη τῦδε Δαιδάλυ ἀκύσασα ταύρυ τε πέρι, τῦ ἐν τοῖς ἄστροισι Φαινομένυ, καὶ αὐτῆς ἀστρολογίης, εἰς ἔρωτα τῦ λόγυ ἀπίκετο, ὅθεν νομίζυσιν ὅτι Δαίδαλός μιν τῷ ταύρῳ ἐνύμφευσεν.

17. Sunt vero etiam qui divisa in partes disciplina, alia singuli excogitarunt, alii quae ad lunam pertinent, alii, quae ad
70 Jovem, alii quae ad solem, colligentes, deque cursu illorum, motu, & potestate.

Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ [o] μέρεα τὴ [p] ἐπιστήμην διελόντες, ἕκαστοι [o] αὐτέων ἄλλα ἐπενοήσαντο, οἱ μὲ τὰ ἐς [q] σεληναίην, οἱ δὲ τὰ ἐς Δία, οἱ δὲ τὰ ἐς ἥλιον συναγείραντες, [r] δρόμυς τε αὐτέων πέρι [s] κινήσεως, καὶ [t] δυνάμεως.

18. Atque Endymion quidem quae ad lunam pertinent ordinavit.

Καὶ Ἐνδυμίων μὲ, τὰ ἐς [q] σεληναίην
75 διετάξατο.

19. Phaëthon autem solis cursum designavit, non sane exploratis omnibus, sed imperfectam artem relinquens mortuus est. Qui autem ista ignorant, solis filium Phaë-

Φαέθων δὲ, τῦ ἡελίυ δρόμον ἐτεκμήραλο, ὐ μὰ γε ἀτρεκέως, ἀλλ' ἀτελέα τὸ λόγον ἀπολιπὼν, ἀπέθανεν. οἱ δὲ [u] τάγε ἀγνοέοντες, ἡελίυ παῖδα Φαέθοντα δοκέυσι, ὐ

[h] Χρεόμενος] Χρεώμενος *Heinsius*. [i] Ἐπιεικτὰ] Ἐπίκτητα *Pell.* pro ἱφικτὰ Ionice. [k] Πόλον] Πολλὸν W. [l] Ἀληθηίης] Ἀληθείης *Fl.* [m] Ἀβύσσων] Ἄβυσσον *Fl.* Sed vulgatae adstipulatur M. [n] Αὐτέω] Sic Exc. Αὐτέον L. Αὐτῷ Edd. priores. [o] Αὐτέων] Αὐτῶν Edd. priores. [p] Δρόμους] Sic W. P. Δρόμους Edd. Δρόμους L. [q] Κινήσεως] Sic *Fl.* Κινήσεος reliqq. [r] Δυνάμεως] Sic rursus *Fl.* Δυνάμεος W. Δυνάμεος cett. [s] Διετάξατο] Συνετάξατο W. [t] Τάγε] Τάδε W. Nil mut. *J. H. Fl. P.* &c.

55. Ἀταθαλίῃ] * Φρενοβλαβείᾳ. *V.*
56. † Ἐπιεικτὰ] Μίτρια. *V.*

77. Ἀτρεκέως] Ἀκριβῶς. *V.*

* Φρενοβλαβείᾳ] Sic dedit idem pro vulgato φρενοβλαβίῃ.

† Ἐπιεικτὰ] Ἐπικτὰ Exc. *G.* Lege ἱπτικτά. *M. du S.*

55. Χρεόμενος] An χρεώμενος? vid. infra ad c. 29. *J. F. R.*

69. Αὐτέων] Non dubitavi sic edere contra Edd. omnes, quia Ionismus verus erat restituendus. Licet enim & in hoc pronomine contractio saepe inveniatur in Edd. aliorum Auctorum Ionica dialecto utentium, (quod mox videbimus, ad c. 22.) tamen αὐτέων recte infra c. 22. Edd. atque alibi habebant, & sic *Herodot. Euterp.* pr. Et *Clio* I. p. 4. f. Ed. *Steph.* &c. Ideoque non hic modo, sed ubique in hac Dissert. restitui, etiam ubi in variantt. lect. id non monui. *J. F. R.*

76. Φαέθων] Hanc fabulam persequitur *Ovidius* Lib. 2. Metam. *Plat.* Timæo, *Arist.* L. IV. de mundo, *Lucret.* L. V. *G. C.*

Φαέθων] Confer etiam, si operae est, *Philostr.* Icon. I. XI. *J. F. R.*

79. Ἡελίου] Quo apud *Homerum* respiciat, nescio. *M. du S.*

89. Ba-

καὶ μῦθον ἐπ' αὐτέῳ ἀδαμᾶ πιστὸν διηγέονται. ἐλθόντα γάρ μιν πρὸς τὸν ἥλιον τὸν πατέρα αἰτέειν τὸ τοῦ φωτὸς ἅρμα ἡνιοχεύειν, τὸν δὲ δῦναι τε οἱ, καὶ ὑποθέντα τὸν ἱππασίης τὸν νόμον. ὁ δὲ Φαέθων, ἐπειδὴ ἀνέβη τὸ ἅρμα, ἡλικίῃ καὶ ἀπειρίῃ, ἄλλοτε μὲν πρόσγειον ἡνιόχευεν, ἄλλοτε πολλὸν τῆς γῆς ἀπαιρόμενον· τοὺς δὲ ἀνθρώπους χρύος τε καὶ θάλπος οὐκ ἀναχετὸν διέφθειρεν. ἔπὶ τοῖσι δὴ τὸν Δία ἀγαναχτέοντα βαλεῖν πρηστῆρι Φαέθοντα μεγάλῳ. πεσόντα δέ μιν αἱ ἀδελφεαὶ πρῶται θεήσασαι, πένθος μέγα ἐποίεον, ἔς τε μετέβαλλον τὰ εἴδεα, καὶ νῦν εἰσιν αἴγειροι, καὶ τὸ ἤλεκτρον ἐπ' αὐτέῳ δάκρυον γαλάουσιν. οὐκ ἔστω ταῦτα ἐγένετο, οὐδὲ ὅσιον αὐτέοισι πείθεσθαι, οὐδὲ ἥλιος παῖδα ἐποιήσατο, οὐδὲ ὁ παῖς αὐτέῳ ἀπέθανε.

Λέγουσι δὲ καὶ ἄλλα Ἕλληνες πολλὰ μυθώδεα, τοῖσιν ἐγὼ οὐ μάλα τι πείθομαι. πῶς γὰρ δὴ ὅσιον πιστεῦσαι παῖδα Αἰνείην τὸν Ἀφροδίτης γενέσθαι, καὶ Διὸς Μίνῳ, καὶ Ἄρεος Ἀσκάλαφον, καὶ Αὐτόλυκον Ἑρμέω; ἀλλ' ὅτοι ἕκαστος αὐτέων [b] θεοφιλέες [c] ἐγένοντο, καὶ σφίσι γενομένοισι, τῷ μὲν ἡ Ἀφροδίτη, τῷ δὲ ὁ Ζεὺς, τῷ δὲ ὁ Ἄρης [d] ἐπέβλεψεν. ὁκόσοι γὰρ δὴ ἀνθρώποισιν ἐν τῇ γενεῇ ταύτῃ οἰκοδεσποτέουσιν, ὅτοι ὅκως

thontem putant & fabulam de eo nulla parte credibilem narrant: veniſſe nempe ad Solem patrem, ab eoque petiiſſe, ut lucis currum regere ſibi liceret, illum vero dediſſe, & legem aurigationis ſubjeciſſe. At Phaëthon conſcenſo curru prae juventute & imperitia alias quidem terrae nimis vicinus aurigatur, alias nimium a terra ſublatus, unde homines frigus calorque intolerabilis perdidit. Inter haec Jovem indignatum fulmine magno Phaëthontem feriiſſe. Cadentem circumſtantes ſorores luctus habuere magnos, donec formas mutarent: & nunc ſunt populi, lacrumamque ſuper eo electrum ſtillant. Non ita geſta haec ſunt, nec fas eſt fidem iis adjungere. Neque filium Sol genuit, neque filius ipſi mortuus eſt.

20. Dicunt autem alia multa fabuloſa Graeci, quibus ego non multum fidei tribuo. Quomodo enim fas ſit credere filium Aeneam fuiſſe Veneris, & Jovis Minoëm, & Martis Aſcalaphum, & Autolycum Mercurii? At ſinguli horum cari Deo fuere, naſcentesque hunc Venus, hunc Jupiter, hunc Mars reſpexerunt. Quicunque enim hominibus in hac genitura domum, *ut domini vel decani*, regunt, illi tanquam pa-

a Αὐτοῖσι] Αὐτοῦσι Edd. priores. Item αὐτῷ pro αὐτῇ bis. b Θεοφιλὲς] Θεοφιλέες male *J.* c Ἐγένοντο] Γίνοντο W. d Ἐπέβλεψεν] Ἐπέβλεψαν W.

83. Ὑποθέντα] Διδάξαι. *V.*

89. Πρηστῆρι] Κεραυνῷ. *V.*

89. Βαλεῖν] Nihil mutavi, etſi βαλέειν ſcriptum ſuſpicari licet. Vid. *Maittair.* p. 351. f. Conf. infra c. ult. ἠγεῖται. *J.F.R.*

93. Τὸ ἤλεκτρον] Conf. infra ſingularem Noſtri *de Electro* Diſſertationem. *J.F.R.*

99. Αἰνείην] De eo *Euſtath.* in L. 2. Iliad. *Homer.* Hymn. Veneris. *G.C.*

6. Ἐπέβλεψεν] Vulgatam hanc deleverat *Solanus*, & lect. Cod. W. ἐπέβλεψαν ſubſtituerat. Non male profecto; quin & ego credo id verum eſſe; at quia vulgata quoque non incommoda, ſed admodum uſitata, nihil mutare ſum auſus, ne novandi, (ſive potius antiquandi) nimio ſtudio teneri dicar. *J.F.R.*

8. Ἰκελα] Quia Ioniſmus hoc requirebat, ſic dedi contra Edd. Vid. ſupr. §. 10. *J.F.R.*

18. Ἀπ'] Ne quis credat Florentinam hic prae ceteris ſapere, meminerit Iones adſpirationem tam in adpoſitione quam in compoſitione negligere, videatque teſtimonia ap. Cl. *Maittaire* de Dialect. p. 134. & praeced. *J.F.R.*

19. Ὀρόωσι] Hoc recepi, pro lectione edit. priorum ὁράωσι, quia & ὁρίων non ὁράων ſcribitur conſtanter deinde c. 24. & alibi. *J.F.R.*

Ibid. Διὸ δὴ μιν ἐτάνυσε λ. ὁ. π.] Sic infra in *Somn.* c. 7. διὸ καὶ πεπεῖσθαί μοι οἱ πολλοὶ εἰκαστῶν. *J.F.R.*

26. Τὸν στεῖρον τοῦ Διός] *Homer.* Iliad. Θ. 18. *M. du S.* Τὸν στεῖρον τοῦ Διός] Plato Theaet. p. 119. A. τὸν χρυσοῦν στεῖρον (Il. Θ. 19.) ὃν ἄκμων ἡ τοῦ ἥλιου Ὅμηρος λέγει καὶ

parentes similia sibi omnia efficiunt, & colorem, & formam, & opera, & animum: ac rex quidem Minos Jove duce, pulcher autem Aeneas Veneris voluntate fuit: fur autem Autolycus, furandique illi ars a Mercurio venit.

τοκέες ἑαυτοῖσι πάντα [e] ἴκελα ἐκτελέουσι, ἠθ' [f] χροίην, ἠδ μορφὴν, ἠδ ἔργα, ἠδ' ἀλαοσύνην. καὶ βασιλεὺς μὲν ὁ Μίνως, Διὸς ἡγεμονίῃσι, καλὸς δὲ Αἰνείης Ἀφροδίτης βουλῇσι ἐγένετο· κλέπτης δὲ Αὐτόλυκος, ἡ δὲ οἱ κλεπτικὴ ἐξ Ἑρμέω ἀπίκετο.

21. Jam vero neque Saturnum Jupiter vinxit, neque in tartarum detrusit, neque reliqua machinatus est, quae putant homines. Sed enim fertur Saturnus per orbem extimum procul a nobis, estque illi languidus motus, neque obsservatu facilis hominibus. Propterea nempe stare illum ajunt tanquam vinctum compedibus. Ingens autem caeli profunditas tartarus vocatur.

Οὔθμωνα δὲ τὸν Κρόνον ὁ Ζεὺς ἔδησεν, οὐδὲ ἐς τάρταρον ἔρριψεν, οὐδὲ τὰ ἄλλα ἐμήσατο, ὁκόσα ἄνθρωποι νομίζουσιν· ἀλλὰ φέρεται μὲν ὁ Κρόνος τὸν ἔξω φορὴν, πολλὸν [g] ἀπ' ἡμέων, καὶ οἱ νωθρὸν ἡ κίνησις, καὶ ἐρηδίη τοῖσι ἀνθρώποισι [h] ὁρέεται. διὰ δὴ μιν ἑστάναι λέγουσιν, ὅκως πεπεδημένον. τὸ δὲ βάθος τὸ πολλὸν τοῦ ἠέρος, τάρταρον καλέουσι.

22. Maxime ex Homeri poëtae & Hesiodi versibus discat aliquis, de quibus olim cum Astrologis convenerit. Quando vero catenam Jovis refert, & solis jacula, hos utique dies esse conjicio; & urbes, quas in clypeo *Achillis* fecit Vulcanus, & chorum, & vineam, *ad astrologiam pertinere arbitror*. Nam illa quidem, quae in Venerem ab illo & in Martis adulterium dicta sunt, ipsa quoque manifesto non aliunde, quam ex hac sapientia ficta sunt. Conjunctio nempe Veneris & Martis Homeri cantorem

Μάλιστα ἔκ τε Ὁμήρου τοῦ ποιητέω, καὶ τοῦ Ἡσιόδου ἐπέων μάθοι ἄν τις τὰ πάλαι τοῖς ἀστρολογέουσιν ὁμοφωνέοντα. εἶτ' ἀν δὲ τοῦ σειρὴν τοῦ Διὸς ἀπηγέεται, καὶ τοῦ ἠελίου τὰς βολὰς, τὰ δὴ ἐγὼ ἤμαλα εἶναι συμβάλλομαι, καὶ τὰς πόλιας, τὰς ἐν τῇ ἀσπίδι Ἥφαιστος ἐποιήσατο, καὶ τὸν χορὸν, καὶ ἀλωήν. τὰ μὲν γὰρ ὁκόσα ἐς τὴν Ἀφροδίτην αὐτέου καὶ τοῦ Ἄρεος τὴν μοιχείην λέλεκται, καὶ τὰ ἐμφανέα, οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἐκ τῆς σοφίης ταύτης πεποίηται· ἡ γὰρ δὴ ὧν Ἀφροδίτης καὶ τοῦ Ἄρεος ὁμοδρομίη τοῦ Ὁμήρου ἀοιδὴν ἀπερ-

e Ἴκελα] Εἴκελα Edd. priores. f Χροίην] Sic *Salm.* recte rescripsit, etsi χρόην M. quoque cum Edd. priscis. g Ἀπ'] Sic Edd. & M. Ἀφ' *Fl.* minus recte. h Ὁρέεται] W. P. sic habent pro vulgato ὁράασθαι. i Αὐτέου] Αὐτοῦ vulgo.

18. * Νωθρὸν] Ὀκνηρὸν. *V.*

33. Ἀφροδίτης † καὶ τοῦ Ἄρεως] Ἐξ ἀφροδισίου γὰρ ἀφορμῆς ὁ πόλεμος, ὃν Ὅμηρος μίτρᾳ ἰσόρροπον. *V.*

34. Τὸν Ὁμήρου ἀοιδὸν] ‡ Ἐξ ἀφροδισίου γὰρ ἀφορμῆς ὁ πόλεμος, ὃν Ὅμηρος μίτρᾳ ἰσόρροπον. *V.*

* Νωθρὸν] Ita dedit Idem pro vulgato ἀνωθρὸν.

† Καὶ τοῦ Ἄρεως] Lacuna erat hic in editis & Cod. quem *Clericus* consuluit; sed quam recte conjecerit ex ipso Luciano sic supplendum, non invitus ei morem gessi. *J. F. R.*

‡ Hoc Scholion in Ed. ad *Eustath.* relatum, huc retrahi jussit *M. du S.* addiditque in M. recte huc referri, & recte collegisse Virum Cl. *J. Clericum*, deesse in V. quaedam in hunc libellum Scholia.

καὶ δηλοῖ ὅτι ὅσος χρὸς ἂν ἡ σφαῖρα ἢ κινουμένη ὑπὸ τοῦ ἡλίου, πάντα ἰσὶ καὶ σώζεται τὰ ὑπὸ θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις κ. τ. λ. *Eustath.* p. 695. 9. Ed. Ro. cum haec retulisset, pergit. Ἴτεροι τοὺς κύκλους τοῦ πλανωμένου νοοῦσι χρυσοῦν στεφάνῳ, ὃν ἀνατάτου μὲν ὁ τοῦ Κρόνου κ. τ. λ. Bolas solis nondum inveni, nec observavit Seberus. *J. M. G.*

28. Καὶ τὰς πόλιας] Urbes, vinea, chorus, in clypeo Achillis ll. Σ, 490, 560, 590. Sed quas nescio an ad astrologicas rationes traducere cuiquam praeterea in mentem venerit. Contra auctor noster omittit plusquam Astrologica sine dubio, quae habet Poëta v. 484. seq. *J. M. G.*

Ibid. Πόλιας] Hujusmodi mysteria aliis enarranda relinquo. *M. du S.*

Ibid. Ἀσπίδι Ἥφαιστος] Iliad. Σ. 495. Et mox vid. Odyss. Θ. 266. *M. du S.*

ἀπεργάζεσθαι· ἐν ἄλλοισι δὲ ἄλλοισι τὰ ἔργα ἑκάστου αὐτέων διωρίσαλο, τῇ Ἀφροδίτῃ μὲν εἰπών·

Ἀλλὰ σύγ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο.

τὰ δὲ τοῦ πολέμου·

Ταῦτα δ' Ἄρηϊ θοῷ, καὶ Ἀθήνῃ πάντα μελήσει.

Ἀτὰρ οἱ παλαιοὶ ἰδόντες, μάλιστα [b] μαντήσιν ἐχρέοντο, καὶ οὐ πάρεργον αὐτὴν ἐποιέοντο· ἀλλ' ὅτε πόλιας ᾠκιζον, οὐδὲ τείχεα περιεβάλλοντο, οὔτε φόνους [c] ἐργάζοντο, οὔτε γυναῖκας ἐγάμεον, πρὶν ἂν δὴ παρὰ μάντεων ἀκοῦσαι ἕκαστα. καὶ γὰρ δὴ τὰ μαντήια αὐτέοισι οὐκ ἔξω ἀστρολογίης ἦν· ἀλλὰ παρὰ μὲν Δελφοῖς παρθένος ἔχει τὴν προφητείην, σύμβολον τὴν παρθένον τὴν οὐρανίης, καὶ δράκων ὑπὸ τῷ τρίποδι φθέγγεται, ὅτι καὶ ἐν τοῖσι ἄστροισι δράκων φαίνεται. καὶ ἐν Διδύμοις δὲ μαντήιον τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐμοὶ δοκέειν, καὶ τοῦτο ἐκ τῆς περίης Διδύμων ὀνομάζεται.

Οὕτω δὲ αὐτέοισι χρῆμα [d] ἱρώτατον ἡ μαντοσύνη ἐδόκεεν, ὥστε δὴ Ὀδυσεὺς, ἐπειδὴ ἔκαμε πλανεόμενος, ἐθελήσας ἀτρεκὲς ἀκοῦσαι περὶ τῶν ἑωυτοῦ πρηγμάτων, ἐς

tum efficit, *ac veri aliquid habere oſtendit.* Aliis vero verſibus opera uniuscujusque illorum definivit, cum Veneri dicit:

Dulcia nempe tibi ſunto connubia curae:

de bellicis autem:

Mars celer iſta quidem Pallasque armata patrabunt.

23. Quae cum viderent veteres, maxime utebantur divinationibus, nec obiter illam tractabant: ſed nec urbes condebant, neque ducebant moenia, nec praelium committebant, neque uxores ducebant ante, quam a vatibus audirent ſingula. Etenim neque oracula illis expertia aſtrologiae erant. Verum Delphis quidem virgo vaticinandi munus habet, caeleſtis virginis ſymbolum: & Draco ſub tripode vocem emittit, quoniam inter ſidera quoque lucet Draco. Quod autem Didymis eſt Apollinis oraculum, ut mihi videtur, ipſum quoque a caeleſtibus Geminis (*Didymis*) dictum.

24. Adeo res ſanctiſſima illis viſa divinatio eſt. Itaque Ulyſſes cum in errore illo ſuo laboraret, verum audire cupiens de rebus ſuis, ad inferos deſcendit, non *Cer-*

a Αὐτέων] Bene ſic Edd. plurimae. Αὐτῶν male *Fl.* & M. *b* Μαντήσιν] Μαντηίοισιν M. *c* Ἐργάζοντο] Nil mut. Edd. nec M. Εἰργ. *Jenſ.* *d* Ἱρώτατον] Sic reſtitui ex W. Ἰφώτατον Edd.

36. Αὐτέων] Cur hanc ſcripturam praeferam, vid. c. 1. & 17. Quis tamen in *Hippocr.* & *Herodot.* ſic ubique reſcribere auſit? ubi ἑωυτοῦ quidem pro αὐτοῦ & ἑαυτοῦ & ſimil. eſt perpetuum; at in pronom. αὐτὸς, αὐτῷ & τοιοῦτος, craſis frequentius eſt expreſſa in Edd. etiam antiquis, quam per dialyſin. Ita τούτοισι, non τουτέοισι, *Hippocr.* de Artic. S. VI. p. m. 92. vel ſexies occurrit, iterum p. 91. & 93. Τοιούτοισι iisdem pagg. & alibi perpetuum. Αὐτῷ p. 90. Et *Herodot.* I. p. 6. pr. Αὐτῶν ibid. Αὐτοῖσιν *Hipp.* l.c. p. 91. & vel centies alibi. Τούτοισι quoque *Herodot.* p. 8. D. p. 10. pr. & 11. B. Τούτων Idem p. 3. 4. & 7. Τούτῳ p. 4. Alia exempla, ubi terminatio eorundem pronom. iit ἰων & ἰοισι, pro ῶν & οισι, vid. ap. Cl. *Maittair.* de Dial. p. 117. Τουτέων autem & αὐτέων ap. *Hippocr.* rurſus Aph. 3. S. I &c. *J. F. R.*

38. Ἀλλὰ σύγ'] Vid. *Homer.* Il. E. 429. & 430. *M. du S.*

44. Μαντήσιον] M. Suſpicabar aliud mendum ſubeſſe; nam mox Singulari numero effert, ſed videtur de Aſtrol. cogitaſſe. *M. du S.*

45. Πόλιας] Vide quae de urbibus auſpicato condendis obſervavit Vir ſine honore non nominandus *Ez. Spanhemius* ad Callim. Hymn. Apoll. v. 55. *M. du S.*

46. Φόνους ἐργ.] Clar. *Jenſius*, αἴρ— ad Ἑρμ. c. 71. Sed quid de φόνους ſtatuendum? Ego πολέμους voluiſſe ſuſpicor; vide *Tatian.* p. 73. & *Ez. Spanh.* ad Callim. & quos ibi laudat Vir Illuſtr. *Plat.* Nop. V. *Virg.* Æn. V. 755. *Thucyd.* III. 235. Ed. *Wechel.* &c. *M. du S.*

Ibid Ἐργάζοντο] Obſecutus forem Cl. *Jenſio* in *Hermet.* monenti εἰργ. hic legendum, ſi in alio Luciani Dialogo id faciendum praecepiſſet: at cum Ionibus maxime proprium ſit augmenta tam temporalia quam ſyllabica negligere, ut ἀμείψαλο, ἐργάζοντο, ἔλων. &c. &c.

ueret ut functos vita, illaetabile regnum; sed in colloquium Tireſiae venire qui deſideraret. Et cum veniſſet in locum, quem deſignaverat Circe, & foſſam fodiſſet, mactaſſetque oves; mortuis multis praeſenti-65bus, interque illos matre ipſius, ac bibere de ſanguine volentibus, non prius permiſit cuiquam, nec ipſi matri adeo, quam Tireſias guſtaſſet, eumque ipſe coëgiſſet edere ſibi oraculum, ſuſtinuitque ſitientem70 matris umbram videre.

25. Lacedaemoniis autem Lycurgus rem omnem publicam ex caeli rationibus conſtituit, & legem illis poſuit, ne usquam in bellum ante progrederentur, quam plena75 luna eſſet. Neque enim aequalem putabat eſſe potentiam augeſcentis lunae & decreſcentis, omniaque ab illa adminiſtrari.

26. Sed ſoli iſta Arcades non recepere, neque in honore habuerunt Aſtrologiam; ſed amentia quadam & inſipientia dicunt ipſa ſe Luna eſſe antiquiores.

27. Majores igitur noſtri valde adeo divinationis erant ſtudioſi: ſed qui nunc ſunt, part im illi quidem fieri poſſe negant, ut8 inveniant homines finem *certumque fundamentum* divinationis. Neque enim fidam

ἀΐδην ἀπίχεῖο, ὅθ᾽ ὄφρα ἴδῃ νέκυας, καὶ ἀτερπέα χῶρον, ἀλλ᾽ εἰς λόγους ἐλθεῖν Τειρεσίῃ ϑπιθυμέων. ἠ ἐπειδὴ ἐς τ χῶρον ἦλθεν, ἔνθα [e] ἡ Κίρκη ἐσήμηνε, ἠ ἔσκαψε τ βόθρον, καὶ τὰ μῆλα ἔσφαξε, πολλῶν [f] νεκύων παρεόντων, ἐν τοῖσι ἠ τ μητρὸς τ ἑωυτῦ, τῦ αἵματος πιεῖν ἐθελόντων, ὑ πρότερον ἀφῆκεν ὐδενὶ, ὐδὲ αὐτῇ τῇ μητρὶ, πρὶν Τειρεσίην γεύσαϑ, καὶ ἐξαναγκάσαι εἰπεῖν οἱ τὸ μαντήϊον· καὶ ἀνέχεῖο δι᾽ψῶσαν ὀρέων τ μητρὸς τ σκιήν.

Λακεδαιμονίοισι δὲ Λύκυργ τ πολιτείην πᾶσαν ἐκ τῦ ὐρανῦ διετάξατο, καὶ νόμον σφίσιν ἐποιήσαϑο μηδαμᾶ μηδὲ ἐς πόλεμον πρoχωρέειν, πρὶν τ σεληναίην πλήϑεα γενέσϑ· ὑ γὰ ἴσην [g] ἐνόμιζεν εἶναι τ δυναστείην, αὐξανομένης τ σεληναίης, ἠ ἀφανιζομένης πάντα δὲ ὑπ᾽ αὐτέῃ διοικέεσϑ.

Ἀλλὰ μῦνοι Ἀρκάδες ταῦτα ὐκ ἐδέξαϑο, ὐδὲ ἐτίμησαν ἀστρολογίην· ἀνοίῃ δὲ καὶ ἀσοφίῃ λέγυσι καὶ τ σεληναίης ἔμμεναι προγενέστεροι.

Οἱ μὲ ὦν πρὸ ἡμέων ὕτω κάρτα ἦσαν φιλομάντιες, οἱ δὲ νῦν, οἱ μὲ αὐτέων ἀδύνατα εἶναι λέγυσιν ἀνθρώποισι τέλ[h] εὕρεσϑ μαντικῆς. ὑ γὰ εἶναί μιν ὅτε πιστὴν, ὅτε

[e] Ἡ] Οἱ W. [f] Νεκύων] Νεκρῶν W. Sed vulgata potior eſt. [g] Ἐνόμιζεν] Ἐνόμιζεν Edd. male. [h] Εὕρεσϑ] Et ſic *Fl.* cum *J. P.* &c.

&c. apud *Herodot.* & *Aret.* plus centies, ideo vulgatam omnino ſervandam cenſeo. Vid. ſaepe jam laudatum Cl. *Maittair.* de Dial. p. 124—5. *J. F. R.*

47. Πρὶν ἂν δὴ ϑεοὶ μαντήϊα ἀκοῦσαι] De more oracula in condendis urbibus conſulendi, aliisque circa idem negotium ritibus vid. *Spanhem.* in nott. ad Callim. p. 80. *J. F. R.*

52. Καὶ δράκων] Conf. Hiſtoriam Danielis de Dracone Babylonio numinis inſtar culto, ſed objecto bolo medicato ab ipſo interempto, quae in vulgata reperitur c. ultimo Danielis. In verſione Lutheri autem libris apocryphis adnexa eſt. Adde Illuſtr. *Spanhem.* ad Callim. p. 394. Nummosque draconibus inſcriptos ab eodem prolatos ad *Ariſtoph.* Plut. verſ. 732. pag. notarum 262. Adde & *Scholiaſten* Ariſtophanis, & *Macrob.* Sat. I. 20. Ac *Meibomium* in jusjur. Hippocr. p. 33. *J. F. R.*

53. Δράκων] Vide *Spanh.* ad Callim. 394. *M. du S.*

57. Ἱρόταλον] Recte hic Cod. W. Ἰρ. Peccant ubique Impreſſi in hac voce. *M. du S.*

61. Ὄφρα ἴδῃ νέκυας &c.] *Homer.* Od. Λ. 93. *M. du S.*

72. Λυκουργ] Plenilunium magna ſuperſtitione antiquis colebatur, & in eo mulieres partu facilius levari ſcribit *Plutarch.* Prælium Lacedæmonii ante plenilunium ex Lycurgi præcepto non inibant. *Eraſm.* in Adag. *Aceſſai luna.* *G. C.*

74. Νόμον] Hujus exemplum inſigne habes apud *Herod.* VI. *M. du S.*

79. Ἀρκάδες] In ſummam morum immanitatem efferati ſunt, quod cæteris omnibus amplectentibus aſtrologiam, cæterasque liberales diſciplinas, quarum cultu manſueſcunt hominum ingenia, ſoli contemſerint, ſeque fecerint ipſa luna antiquiores. *Serv.* in 2. Georg. *G. C.*

ὅτε ἀληθέα· οὐδὲ ἡ Ἄρεα ἢ Δία ἐν τῷ οὐρανῷ ἡμέων ἕνεκα κινέεσθαι, ἀλλὰ ἧ μὲν ἀνθρωπηίων πρηγμάτων οὐδεμίην ὄρην ἐκείνοισι ποιέον, οὐδ' ἔστιν αὐτέοισι πρὸς τάδε κοινωνίη· χρὴ σφέας δὲ χρείη ἡ φερεφορὴς ἀναγρέφον.

illam esse, neque veram: neque Martem aut Jovem in caelo nostra caussa moveri; sed humanarum rerum curam illos plane nullam habere, neque communionem adeo ipsis cum hisce rebus nostris ullam intercedere; sed suae rei caussa atque quod necessarius sit ille ipsis circuitus, converti.

Ἄλλοι δὲ ἀστρολογίην ἀψευδέα μὲν, ἀνωφελέα δ' εἶναι λέγουσιν. οὐ γὰρ τοῦτο μαντοσύνη ἀλλάσσειν, ὁκόσα τῇσι μοίρῃσι δοκέοντα ἐπέρχεται.

28. Alii vero astrologiam mendacii quidem, sed eandem utilitatis quoque expertem aiunt. Neque enim ob divinationem immutari, quae fatorum decreto eveniant.

Ἐγὼ δὲ πρὸς τάδε ἄμφω ἐκεῖνα ἔχω εἰπεῖν, ὅτι οἱ μὲν ἀστέρες ἐν τῷ οὐρανῷ τὴν σφετέρην εἰλέουσι, πάρεργον δὲ σφίσι ἡ κινήσεως τῆς κατ' ἡμέας ἕκαστον ὀπηδίγνεται. ἢ ἐθέλεις ἵππῳ μὲν θέοντι, ἢ ὀρνίθων, ἢ ἀνδρῶν [b] κλονεομένων λίθως ἀπασαλεύεσθαι, ἢ

29. Ego autem ad haec ambo illa habeo dicere, Stellas quidem in caelo suam sibi viam volvi, sed obiter, praeter suum illum motum, nostra quoque peragunt. Aut vis tu equo quidem currente, aut avibus, hominibusve commotis emoveri lapides, & fe-

a Ὥρην] Ὥρῳ Edd. priores. b Κλονεομένων] Κινεομένων L. Nil mut. H. Fl. J. P.

89. Ὥρῃ] Φροντίδι. V.
91. Χρείῃ] * Ὑποθέσει, πρωσάῳ. V.
99. Σφετέρην] Ὁδὸν. V.

* Ὑποθέσει] Haec vox omissa erat in Edit. supplevit eam ex collat. Codicis M. du S.

89. Ὥρῃ] Sic cum tenui scribendum, quamvis in Libris nostris hic cum aspero extet; vid. Συρ. c. 19. M. du S.

Ὥρῃ] Recte *Solanus* spiritum asperum in tenuem mutavit. Quamvis & adspirate editum in *Alciphr.* L. I. ep. 27. Σὺ δὲ ὀδημίαν ὥραν ἔχεις ἐμοῦ. Et *Bergl.* quoque ex *Herodot.* I. Segm. 4. adferat, μαθημίην ὥρην ἔχειν ἀρπαδικίην. Nam praestat observare differentiam quam Grammatici tradunt inter ὥραν *curam* & ὥραν sive ὥρας, *horam*, *pulchritudinem*; licet adfirmare nequeam, antiquitus eamdem observatam. J. F. R.

12. Πρηγμάτων] Πραγμάτων hic habebant omnes quas vidi Edd. etsi c. 24. recte πρηγμάτων exaratum erat. Et miror neminem Commentatorum monuisse, id quoque ad Ion. dialect. formandum. Sed forsan & ego praetermisissem, ni monuisset Frater G. O. *Reitzius*. Πρηγμάτων autem postulare illam dialectum qui nescit, adeat *Hippocratem* mille locis, & Cl. *Maittair.* de Dialect. p. 100. & 101. J. F. R.

13. Χρεομένους] Quia supra §. 15. sic scriptum erat sine varietate, & Cod. W. etiam hic ita praeferat, hoc servavi, magis ut sibi similis redderetur scriptura, quam quod contendam sic necessario scribendum, utrumque enim satis crebro ap. Ion. Dialect. scriptores occurrere vid. ap. Cl. *Maittairium* de Dial. p. 121. & 131. Et cum ἐχρίοντο quoque hac Differt. Luciani §. 7. habuimus, tanto magis vocalem brevem & hoc loco praetuli. J. F. R.

14. Ἀφελόμενα] *Id utilitatis*, ait Auctor, *affert Astrologia: τὰ μὲν ἰδόντας ἀφελόμενα, πολλὸν ἀπέχειν νήφοντα. τὰ δὲ ἀγνοέοντας φαῦλα, ξυμπάσης δίκτυα. οὐ γὰρ σφίσιν ἀγνοέουσιν ἐπέρχεται.* In editionibus novissimis praetermissa est vox ἀγνοέουσι (quam *Basil.* & *Aldina* servant) in primo loco; cujus tamen omittendae nullam video causam satis idoneam; quamquam in expositione horum video haesitasse magnos viros. Ita autem intelligenda haec arbitror; nimirum dixerat Noster, fieri non posse ex malis bona per Astrologiam; id tamen ex Astrologia utilitatis redundare; *Bona quidem*, inquit, *eos, qui ea norunt futura, malum ita antecessum delectans: at ea, quae ignorantibus eveniunt mala, tristia, calamitosa; illi* (qui nempe χρέωνται ἐς ἀστρολογίῃ, ut praecessit) *aequo accipiunt animo: neque enim illis ignorantibus eveniunt.* Statim quoque pro vulgato ἀγνῶτας mirum ni Auctor hic ἀγνώοντας scripserit ἀγνώσιας ut §. 3. ἀξυνέτους, & ἀσυνέτους §. 22. J. F.

Ἀφελόμενα] Sic dedi pro vulgato ἀφε—— ut Ionismus adpareret. Nam recte adspiratio omissa erat supra c. 21. & 24. Confer *Herodot.* ipso princip. ubi ἀπικομένους & ἱκομένους ter, quater occurrit, ac deinceps millies. J. F. R.

15. Τὰ δὲ φαῦλα, ξυμπάσης δίκτυα. οὐ γὰρ σφίσιν ἀγνοέουσιν ἐπέρχεται] Sic commode Graeca concinnavit Benedictus. Sed non bene his etiam apparavit Latina, *Quae vero non imprudentibus accidunt, facile acci-*

pien-

festucas agitari a vento, quem effecit cursus; a stellarum autem vertigine aliud nihil fieri? Et ex parvulo quidem igni aliquid ad nos defluit, & tamen ignis non propter nos urit quidquam, neque ille nos ut calefiamus curat: stellarum autem influxum non recipimus? Et sane Astrologiae quae mala sunt in melius mutare non licet, neque mutare quidquam rerum quae inde fluunt; sed qui ea utuntur, illis prodest eatenus: bona eventura praemonitos multo ante exhilarant, mala autem facilius accipiunt: neque enim imprudentes opprimunt, sed exercitatione & expectatione facilia leniaque ducuntur. Haec de astrologia mihi videntur.

χάρφεα δονέεσθαι ὑπὸ τ᾽ ἀνέμων τῆ δρόμῳ, ὑπὸ δὲ τῆ δίνη τ᾽ ἀστέρων μηδὲν ἄλλο γίγνεσθαι; καὶ ἐκ μὲ ὀλίγου πυρὸς [c] ἀπορροίη ἐς ἡμέας ἔρχεται, ὑ τὸ πῦρ ὐ δι᾽ ἡμέας καίει τι, ὐδὲ οἱ μέλει τῆ ἡμετέρη θάλπεσθαι· ἀστέρων δὲ ὐδεμίην ἀπορροίην δεχόμεθα, καὶ ὁμῶς τοι τῆ ἀστρολογίη τὰ μὲ φαῦλα ἐόντα ποιῆσαι ἀδύνατά ἐστιν, ὐδὲ ἀλλάξαι τι τ᾽ ἀπορρεόντων [d] πρηγμάτων· ἀλλὰ τοὺς [e] χρεωμένους τά δὲ ὠφελέει, τὰ μὲ ἐόντα εἰδότας [f] ἀπιξόμενα, πολλὸν ἀποπροθεν εὐφραίνει, τὰ δὲ φαῦλα εὐμαρέως δέχονται· ὐ γὰρ σφισι [g] ἀγνοίησι ἐπέρχεται, ἀλλ᾽ ἐν μελέτῃ καὶ προσδοκίη ῥηϊδια καὶ πρηέα [h] ἤγειται. τά δὲ ἀστρολογίης πέρι ἐγὼν ὑπολαμβάνω.

c Ἀποῤῥοίη] Ἀποῤῥοίης Fl. d Πρηγμάτων] Πραγμάτων Edd. anteriores. ne Fl. & Ald. quidem excepta. e Χρεωμένους] Sic W. Χρεωμένους Edd. f Ἀπιξόμενα] Ἀφιξόμενα Edd. priores. g Ἀγνοίησι] Hoc particip. in Edd. male post τὰ δὲ collocatum ex M. & Fl. in sedem suam retractum. h Ἤγειται] Vulgatam hanc servant etiam Fl. H. Ba. P. & M.

4. Κάρφεα] Κάρφη, ξηρὸς ϵ πόφῳ χόρτος. V.

25. † Εὐμαρέως] Ῥαδίως. V.

† Εὐμαρέως] Εὐμαρέως ante editum erat.

piuntur. Neque enim in illos irruunt. Quae profecto ut magnam partem sunt imitatio versionis Erasmi, ita exprimunt penitus ordinem verborum in Basileensi exhibitum. *τὰ δὲ ἀγνοίησι φαῦλα εὐμαρέως δέχονται· ὐ γὰρ σφισι ἐπέρχεται.* De quo si vere pronunciare licet, totum plane alienissimum, immo contrarium est menti auctoris, & hinc idem censendum de Benedicti versione, quâ longe accommodatior illa Erasmi: *mala vero facile cum non imprudentibus venerint, accipiuntur. Neque enim in illos irruunt.* Hic haereo, quia nescio quae sit scriptura vetus in codicibus Mss. Unde & pater editioni Basileensi in voce *ἀγνοίησι* adscripsit *ἀϵικοίησι*, optime ad sententiam Luciani, sed longius ab vulgata lectione discedens. Si quod edidit Benedictus, exstat in scriptis, opinor verissime sententiam auctoris sic exprimi. *adversa autem facile excipiuntur; non enim imprudentibus superveniunt*, sed &c. *J. G.*

Τὰ δὲ φαῦλα ἐ. ἐ. ὐ πρ. ϵ. ἀγν. ἐ.] Sic recte M. *El. S.* & *A.* Reliquae Edd. *ἀγνοίησι* prave post *τὰ δὲ*, ponunt. *M. du S.*

18. *Ἤγειται*] Ita cum Cl. *Jensio* credidi legendum pro vulgato *ἤγηται*. Etsi contractio in similibus verbis non semper videtur respui ab Ionibus. Sic in *Hippocr.* Mochlico p. m. 133. *ὁμολογείται* legitur. Ac de *Articulis* p. 91. *μυθολογοῦσιν*. Item *γινώσκεται* ibid. & multa similia alibi, quae per dialysin quoque more Ionico potuissent scribi, quaeque propter frequentiam immutare non ausim. Verum quum dedita opera Ionismum hic adfectet Lucianus, omnia ad illum erunt adcommodanda, quaecumque possunt. Maxime, cum supra quoque —*ἴσται* non *ἔσται* dederit. Alioqui & ex *Herodot.* in quo dialyses frequentiores sunt, non absimilia vulgatae proferre possem, ut ex L. II. sive *Euterp.* p. 104. Ed. *Steph.* C. *ἀναιμοῦσθαι*. Sed in quibusdam tantum verbis contractionem habent Iones, in quibusdam numquam. Conf. supra §. 19. *βαλεῖ*, ubi & *βαλέει* potuisse conjicere. *J. F. R.*

ΔΗΜΩΝΑΚΤΟΣ ΒΙΟΣ.

ΕΜελλεν ἄρα μηδὲ ὁ καθ' ἡμᾶς βίος τὸ παντάπασιν ἄμοιρος εἶναι ἀνδρῶν λόγου καὶ μνήμης ἀξίων, ἀλλὰ καὶ σώματος ἀρετὴν ὑπερφυᾶ, καὶ γνώμην ἄκρως φιλόσοφον ἐκφαίνειν. λέγω δὲ εἰς τε † Βοιώτιον Σώστρατον ἀναφέρων, ὃν Ἡρακλέα οἱ Ἕλληνες ἐκάλουν, καὶ ὡς ἦν εἶναι, καὶ μάλιστα εἰς Δημώνακτα τὸν φιλόσοφον, οὓς καὶ εἶδον αὐτὸς καὶ ἰδὼν ἐθαύμασα· θατέρῳ δὲ, τῷ Δημώνακτι, καὶ ὀπὶ μήκιστον συνεγενόμην. περὶ μὲν οὖν Σωστράτου ἐν ἄλλῳ βιβλίῳ γέγραπταί μοι, καὶ δεδήλωται μέγεθός τε αὐτοῦ, καὶ ἰσχὺς ὑπερβολὴ, καὶ ἡ ὑπαιθρος ἐν τῷ Παρνασσῷ δίαιτα, καὶ ἡ ὀλίγου

DEMONACTIS VITA.

1 DEbebat ergo neque noſtrum ſaeculum expers omnino eſſe hominum ſermone & commemoratione dignorum; ſed tum corporis ingens robur, tum animum ſummo opere philoſophum proferre. Dico autem hoc ad Boeotium Soſtratum reſpiciens, quem Herculem vocabant Graeci, & putabant eſſe; & maxime ad Demonactem Philoſophum: quos & vidi ipſe, & viſos admiratus ſum; altero vero, Demonacte, diutiſſime etiam ſum uſus. Ac de Soſtrato quidem alio in libro a me ſcriptum eſt, & tum magnitudo illius oſtenſa, tum excedens prope fidem robur hominis, & ſubdivalis in Parnaſſo mora, & cubile in gra-

ΔΗΜΩΝ.] Demonactem quemdam Cyrenaeis dediſſe leges, tradit *Theodoret.* 9. Curat. Gr. affect. apud Fabricium in Legislatorum catalogo. Quid in mentem venerit Viro doctiſſimo *Philoſtratum* p. 556. enarranti, cur hunc libellum *Fabulam* vocaret, nothumque eſſe putaret, mirari tantum poſſum, nihil aliud. Nollem factum. Excidit hoc V. Cl. alia agenti. Hujusce *vitae* meminit *Eunapius*, ut a Luciano ſcriptae p. 12. 13. Locum integrum in teſtimoniis de Luciano exhibemus. At alibi vir clar. ſuſpicatur *Pſeudonymum eſſe Lucianum; cum enim nihil ſacrum profanumve intactum reliquerit, nomen omnibus Lectoribus proſtituere voluiſſe non putat.* Deinde alibi *Samoſatenſem* ſe dicit, alibi *Patrenſem* (fin. praef. ad vit. Soph.) Serione haec refutanda? Annos prope centum vixit c. 63. Non ultra Marci tempora videtur perveniſſe: certe quod id ſuadeat, nihil in hac vita, niſi quid forte me latuit, conſpicitur. Natus ergo circa annum Chr. XC. Cum ei Epictetus jam ſenior auctor fuerit, ut uxorem duceret c. 55. Fieri hoc potuit circa an. Chr. CXXV. vel CXXX. Demonacte fere quadragenario. *M. du S.*

1. Ὁ καθ' ἡμᾶς βίος] Sic *ol καθ' ἡμᾶς ἄνθρωποι. Homines noſtri.* Herodian. I. 14. 7. Et I. c. ult. f. Et *κατὰ τὸ αὐτὸ, eodem tempore, Aelian.* XIV. 8. pr. *J. F. R.*

4. Ὑπερφυᾶ] Recte, & magis Atticum quam ὑπερφυῆ. Sic *Alciphr.* II. p. 270. Et noſter ſupra *ὑφυᾶ. Alex.* c. 5. ac *de Salt* §. 74. *J. F. R.*

5. Βοιώτιον Σώστρατον] Hujus fortaſſe meminit in *Dial. mort.* & in *Alexand. Pſeudoman.* Soſtrati cujusdam Sicyonii, *Pauſan.* meminit in Eliac. L. 2. *G. C.*

Ibid. Τὸν Βοιώτιον Σώστρατον] Vid. omnino Doctiſſimus *Hemſterhuſius* in praefatione Pollucis p. 29. *J. M. G.*

Ibid. Σώστρατον] Magnificentiora ſunt quae de hoc mox praedicat, quam ut idem cum eo, de quo in *Dial. mort.* D. XXX. & *Alexandri vita* c. 4. loquitur, putandus videatur, vid. quae nos ad priorem illum locum annotavimus. Meminit hujus ſub eodem Herculis nomine *Philoſtratus* in Herode p. 552. Conveniunt enim Herculis nomen, patria Boeotia, Parnaſſus, vires immenſae, omnia. Niſi quod de latronibus nihil *Philoſtr.* De operibus enim, quamvis diſerte non dicat, ſatis ex eo intelligitur, quod tali viro opus fuiſſe dicit Iſthmum perforaturo p. 552. *Herodis Herculem* teſte Philoſtrato, vocabant, quia ab Herode in epiſtola longiore celebratus fuerat, ex qua omnia ſua habere *Philoſtratus* videtur. 16. *Agathion* etiam a ruſticis vocabatur, ut p. 553. docemur; *Soſtratus*, quod miror, nunquam illic dicitur. Optime monuerat Cl. *Hemſterhuſius* Praef. ad Pollucem. p. 29. eundem virum Philoſtrato & Luciano deſcribi. Quod miror a Doctiſſ. Philoſtrati Interprete, dum ea enarrat, non ulterius arreptum, contentumque eſſe dixiſſe, *eundem eſſe patere putat ex collatione*; non ipſum rem per ſe liquidam inſpexiſſe. *M. du S.*

10. Ἐπὶ μήκιστον] Diu cum Demonacte vixit Lucianus, qui ſub Nerone jam notus ad centeſimum ferme annum vitam produxit c. 3. & 63. *M. du S.*

11. Περὶ — Σωστράτου — ἐπίσημον] De Demonacte ſcripturus Noſter, ait ſe ſingulari libello ſcripſiſſe de Soſtrato quodam, ubi magnitudinem ejus, ingens robur, omnemque victus rationem deſcripſerit. Qui libellus hodie λαμπρὸν φάος ἱλίου non adſpicit, & in caeterorum aevi veteris monumentorum,

gramine ; & silvestris victus , & opera a nomine *Herculis* non abhorrentia , quaeque aut tollendis latronibus perfecerit , aut viis per invia muniendis , aut cum pontibus junxit loca trajectu difficillima.

2. De Demonacte autem jam dicere fas fuerit duarum rerum caussa , ut & illé in memoria versetur , quantum fieri opera mea potest, praestantissimorum hominum , & juvenum generosissimi , qui ad philosophiam appulere animum , non antiqua tantum exempla habeant ad quae se ipsos componant , sed etiam e nostro saeculo illum sibi tanquam canonem proponant atque aemulentur , optimum , quos ego novi , Philosophorum.

3. Fuit autem genere Cyprius non obscurorum unus , neque quantum ad dignitatem in republica , neque divitiarum nomine. Verum enim vero superior hisce

γενὴν, ᾗ τροφαὶ ὄρειαι, ᾗ ἔργα οὐκ ἀπῳδὰ τῷ ὀνόματι, καὶ ὅσα ἢ λῃστὰς αἱρῶν ἔπραξεν, ἢ ὁδοποιῶν τὰ ἄβαλα, ἢ γεφυρῶν τὰ δύσπορα.

Περὶ δὲ Δημώνακτος ἤδη δίκαιον λέγειν ἀμφοῖν ἕνεκα, ὡς ἐκεῖνός τε ᾖ μνήμης εἴη τοῖς ἀρίστοις τόγε κατ' ἐμὲ, καὶ οἱ γενναιόταλοι τῶν νέων, καὶ πρὸς Φιλοσοφίαν ὁρῶντες, ἔχοιεν μὴ πρὸς τὰ ἀρχαῖα μόνα τῶν παραδειγμάτων σφᾶς αὐτὸς ῥυθμίζειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἡμετέρων βίων κανόνα προτίθεσθαι, ᾗ ζηλῶν ἐκεῖνον, ἄριστον, ὧν οἶδα ἐγὼ, Φιλοσόφων γενόμενον.

Ἦν δὲ τὸ μὲν γένος Κύπριος, ᾗ τῶν ἀφανῶν, ὅσα εἰς ἀξίωμα πολίτικὸν, καὶ κτῆσιν. ᾗ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντων τούτων ὑπερῶν γενόμενος, ᾗ ἀξιώσας ἑαυτὸν τῶν καλλίστων πρὸς Φιλοσοφίαν ὁρμῆσαι.

rum , quae vel hominum , vel temporis iniquitas nobis invidit , numero censendus. Sed valde mihi suspecta est hoc in loco illa ἐπίπου ὑπὲρ in qua dictione nihil equidem video , quod eam commendare possit. An , qualiscumque ille lectus fuerit , decumbenti & fesso , horridaeque ac asperae vitae assuefacto, potuit esse molestus? Posset minima mutatione legi ἐπίπονος, ut Softratus intelligatur decubuisse in velleribus ; posset quoque ἐπίπου id enim videtur Noster velle, cum humi cubuisse ; idque caeteris, quae praedicat, optime convenit. Nullus equidem dubito, quin corrigendum sit , ᾗ ἐπὶ πόας ὑπὲρ *cubile in gramine.* Plane enim ita Noster locutus fuerat in *Necyomantia* c. 7. ὑπὲρ δὲ ἐπαύλιος ἐπὶ τ πόας. Et sic *Homerus* Il. Π, 235. χαμαιεύνας habet. Latini dixerunt *humidormitiones*; vide *Is. Casaubonum* ad Suetonii Julium, 72. *J. J.*

12. Γέγραπταί μοι] Non exigua haec jactura existimanda est. In eo enim libro ad historiam illius aetatis illustrandam multa fuisse , nullum dubium est. *M. du S.*

Ibid. Μέγιθος] VIII. pedes teste *Philostrato* l. c. *M. du S.*

13. Ὑπαιθρος] Vid. *Plut.* 483. f. Noster *Mor.* c. 7. ὑπαίθριος scribit. *M. du S.*

14. Ἐπίπους] Vide *Jensium*. De diaeta agresti *Philostrat.* l. c. *M. du S.* (An ἐπὶ πόας adscripserat *Gesn.*)

19. Περὶ δὲ Δημώνακτ.] Ut de Demonacte loquatur, aequum esse ait , primo ut is sua opera memorabilis fiat apud optimos, &c. Fere sic *Livius* , rerum Romanarum texturus historiam , in Praefatione, *Juvabit rerum gestarum memoriae principis terrarum populi. pro virili & me ipsum consuluisse.* *J. J.*

22. Καὶ -- πρὸς φιλοσοφίαν ὁρῶντες] Interpres: *& ad philosophiam respicientes.* πρὸς φιλοσοφίαν ὁρᾶν *Philosophiae operam dare* , non est Graeca locutio: sed scribendum πρὸς φιλοσοφίαν ὁρμῶντες , ut paullo post πρὸς φιλοσοφίαν ὁρμησιν. *J. G. G.*

28. Ἦν δὲ τὸ μὲν γένος Κύπριος , ᾗ τῶν ἀφανῶν , ὅσα εἰς ἀξίωμα πολίτικὸν ἢ κτῆσιν. ᾗ μὴν ἀλλὰ ἢ πάντων τούτων ὑπερῶν γενόμενος, ᾗ ἀξιώσας ἑαυτὸν τῶν καλλίστων πρὸς φιλοσοφίαν ὁρμῆσαι] Vertenda sunt : *Erat itaque Demonax genere Cyprius , non obscuro loco natus , quod quidem ad dignitates civiles, & facultates attinebat. De speciis nihilominus his omnibus , cum pulcherrimis se rebus dignum judicasset , ad philosophiam animum appulit.* ὑπερῶν γενέσθαι non est *excelsiorem fieri* , ut interpretes transtulerunt, sed *despicere, contemnere.* Laërtius: καὶ τ τῶν πολλῶν δόξης ὑπερῶν γίνεσθαι. *Vulgi laudes & gloriam contemnere.* Plutarchus in apophthegmate Agesilai: ἐγὼ γάρ μοι δοκῶ τ τοιούτων βούλεσθαι ἡττᾶσθαι, ᾗ τὴν εὐανδροτάτην τ ἀντιτεταγμένων πόλιν κατὰ κράτος ἑλεῖν. *Malo me vincere contemtu talium rerum , quam praepotentem hostium urbem vi capere.* pro his dixit Lucianus statim ὑπερῶν τ ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν. *J. G. G.*

30. Οὐ μὴν ἀλλὰ] Sic ᾗ ἢ ἀλλὰ , de quo vid. Cl. *Jens.* not. ad *Vit. Auct.* Οὐ μὴν ἀλλὰ simpliciter vertitur, *igitur.* in *Plutarchi* Num. p. 60. E. Scholiast. *Aristoph.* ad Nub. vers. 71. Οὐ μὴν ἀλλὰ ᾗ περὶ τ Διονύσου ἐστί τις ἑορτή. &c. pro, *sed &* , vel *praeterea. Nihilominus. Verumtamen* , *Bergl.* ad Alciphr. II. 253. *J. F. B.*

31. Ὑπερ-

ὑπέρ[α] γενόμενος, ἢ ἀξιώσας ἑαυτὸν τῶν καλλίστων, πρὸς Φιλοσοφίαν ὥρμησεν, οὐκ Ἀγαθοβούλου, μὰ Δί', οὐδὲ Δημητρίου πρὸ αὐτοῦ, οὐδὲ Ἐπικτήτου ἐπεγειράντων, ἀλλὰ πᾶσι μὲ συνεγένετο τούτοις, ἢ ἔτι Τιμοκράτει τῷ Ἡρακλεώτῃ, σοφῷ ἀνδρὶ, φωνήν τε ἢ γνώμην μάλιστα κεκοσμημένῳ. ἀλλ' ὁ [a] γὼ Δημώναξ, οὐχ ὑπὸ τούτων τινὸς, ὡς ἔφην, ὡρμήθης, ἀλλ' οἰκείας πρὸς τὰ καλὰ ὁρμῆς ἢ ἐμφύτου πρὸς Φιλοσοφίαν ἔρωτος ἐκ παίδων εὐθὺς κεκινημένος, ὑπερείδε μὲν τὰ ἀνθρωπεῖα ἀγαθὰ ἅπαντα. ὅλον δὲ παρέδωκας ἑαυτὸν ἐλευθερίᾳ ἢ παῤῥησίᾳ διετέλεσεν, αὐτός τε ὀρθῷ ἢ ὑγιεῖ καὶ ἀνεπιλήπτῳ βίῳ χρώμενος, καὶ τοῖς ὁρῶσι ἢ ἀκούσι παράδειγμα παρέχων τοῦ ἑαυτοῦ γνώμην, ἢ τὸ ἐν τῷ Φιλοσοφεῖν ἀληθείαν.

Οὐ μὴν [b] ἀνίπτοις γε ποσὶ, τὸ τοῦ λόγου, πρὸς ταῦτα [c] ἦλθεν, ἀλλὰ ἢ ποιηταῖς σύντροφος ἐγένετο, ἢ τῶν πλείστων

omnibus; atque ad ea quae pulcherrima sunt, adspirans, animum ad philosophiam appulit, non Agathobulo profecto, neque ante ipsum Demetrio, neque Epicteto excitantibus; quibus omnibus quidem usus est, & insuper Heraclienſi Timocrate sapienti viro, & linguae pariter atque animi ornatissimi: sed non ab ullo horum incitatus, uti dixi, Demonax, verum a domestico ad honesta impetu, & insito philosophiae amore a puero inde statim commotus, humana bona omnia despexit, totumque se libertati & fiduciae cum tradidisset, ita vixit: recta cum ipse, sobria, atque experte reprehensionis vita usus, tum praebens videntibus audientibusque exemplum, suam prudentiam, suamque in philosophando veritatem.

4. Nec tamen illotis, quod aiunt, pedibus haec aggressus est. Sed poëtis innutritus erat, ac plerosque tenebat memoria, exer-

a Γὰρ] Sic Edd. Γε legit *M. du S.* b Ἀνίπτοις] Sic recte L. *H. B2. Fr. P.* Ἀνίπτοις male *J.* & *Fl. Ald.* Ἀνίπτοισι *S.* & *A.* Et sic emendat etiam margo *AIW.* c Ἦλθεν] Edd. priores ἦξεν.

49. Οὐ μὴν ἀνίπτοις] Ἀντὶ τῦ ἀπηκριβώσατο. *V.*

31. Ὑπέρα γενόμενος] Non indignabuntur manes *Graeviani*, huic monito viri summi non obtemperatum: sed mansum in propria verborum sententia. Nobilitas, divitiae, intercedebant instituto Demonactis; *illa superior fuit his impedimentis.* Sic etiam res habet in reliquis. Poterat etiam *contemtus* hic locum habere: quae enim *facile superamus, contemnimus.* Sed nihil omnium nos cogit ut a verborum proprietate & formali, quam vocant, significatione hic recedamus. *J.M.G.*

33. Ἀγαθοβούλου] Hunc *Eusebius* anno Chr. CXX. floruisse, in Chronico auctor est. De eodem rursus Noster Περ. c. 17. quem locum vide. *M. du S.*

Ibid. Δημητρίου] Cynicus is, de quo legimus in *Apollonii Thyanei* vita IV. c. 25. p. 163. Quod autem πρὸ αὐτοῦ addit, non *Demonactem*, ut putavit *Vorstius*, respicit, qui τῶν ideo inferendum arbitrabatur; sed Agathobulum Demetrio juniorem fuisse indicat. Vid. Ἰππ. c. 2. similem phrasin, & Ὀρχ. c. 63. unde Neronis tempore vixisse hunc Demetrium constat. Consule *Diog. Laërt.* V. 84. p. 161. A. hujus *Phavorinus* honorifice in scriptis suis, teste ibidem *Philostrato*, memineraat. *M. du S.*

35. Τιμοκράτει] Vid. Ἀλεξ. c. 57. & Ὀρχ. c. 69. de eo *Philostr.* p. m. 265. (536.) τὸ δὲ γλαφυρὸν αὐφνὲς εἶχε, ἢ σφοδρὸν, ἢ ἀταμιεύτως. Circa an. Chr. 130. floruisse traditur in Chronol. Sophist. *Philostr.* Quae si vera sunt, aut alium Timocratem denotant, aut hic etiam longaevus fuit. Vid. Ὀρχ. c. 69. Sed errat Chronicon; nam de hoc ipso haud dubie sermo est. *M. du S.*

38. Ἀλλ' ὁ γὼ Δημώναξ] Lege omnino ἀλλ' ὁ γε Δημ. *M. du S.*

49. Ἀνίπτοις γε ποσὶ] Neutiquam inexercitatus neque rudis; quo proverbio etiam usus est in *Rhetor. praeceps.* *G.C.*

Ἀνίπτοις ποσὶ] Vide Paroemiog. *J.B.*

Ἀνίπτοις γε] L. *H. B2. Fr. P.* quod cur mutarit *S.* Ed. feceritque ἀνίπτοισι π. nulla ratio erat. *M. du S.*

50. Ἦλθεν] Sic mutavi; minus placebat enim, quod omnes libri nostri hic praeferunt ἦξεν. Vid. & Δημ. c. 6. ubi itidem plerique Impressi errarunt. Et confer notam *T. Fabri*, & nostram ad Περ. c. 37. *M. du S.*

54. Ἄκρατ

exercebaturque dicendo : tum sectas philosophorum non pauxillum, neque extremo, secundum proverbium, digito attigerat, verum sciebat : corpus vero exercuerat, & ad patientiam laborum subegerat. In universum cura illi, ne cujuscumque alterius rei indigeret : adeo ut cum intelligeret, se non amplius sibi sufficere, de vita sponte abierit, relicto Graecorum optimis quibusque multo de se sermone.

ἐμέμηλο, ϗ λέγειν ἤσκηλο, ϗ τὰς ἐν φιλοσοφίᾳ προαιρέσεις οὐκ ἐπ' ὀλίγον, οὐδὲ κατὰ τὴν παροιμίαν, ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἐφάμιλλος, ἠπίσταλο, ϗ τὸ σῶμα δὲ ἐγεγύμναστο, ϗ πρὸς καρτερίαν διεπεπόνηλο, ϗ τὸ ὅλον, ἐμεμελήκει αὐτῷ μηδενὸς ἄλλου προσδεᾶ εἶναι· ὥστε ἐπεὶ ϗ ἔμαθεν οὐκ ἔτι ἑαυτῷ ἀρκοῦντα, ἑκὼν ἀπῆλθε τοῦ βίου, πολὺν ὑπὲρ αὐτοῦ λόγον τοῖς ἀρίστοις τῶν Ἑλλήνων καταλιπών.

3. Philosophiae autem non unam aliquam speciem sibi resecuit, sed multis in unum commistis, non satis declaravit, qua illarum *praeter caeteras* gauderet. Videbatur tamen Socratis maxime ad familiam se applicuisse, licet habitu & illa victus facilitate aemulari Sinopensem videretur. Neque tamen ea quae ad victum pertinent in deterius mutabat, ut admirarentur ipsum, & oculos in ipso defigerent vulgo homines, sed eodem quo caeteri victus cultusque genere utens, communis, ne pauxillum quidem tumidus, versabatur privatim & publice cum omnibus.

Φιλοσοφίας δὲ εἶδος οὐχ ἓν ἀποτεμνόμενος, ἀλλὰ πολλὰ εἰς [d] ταὐτὸ καταμίξας, ϗ πάνυ τι ἐξέφαινε, τίνι αὐτῶν ἔχαιρεν· ἐῴκει δὲ τῷ Σωκράτει μᾶλλον ὡκειῶσθαι, εἰ ϗ τῷ σχήματι, ϗ τῇ τοῦ βίου ῥᾳστώνῃ τ' [e] Σινωπέα ζηλοῦν ἔδοξεν, ϗ τροχαράπτων τὰ εἰς τὴν δίαιταν, ὡς θαυμάζοιτο, καὶ ἀποβλέποιλο ἐπὶ τὸ ἐντυγχανόμενον, ἀλλ' ὁμοδίαιτος ἅπασι, ϗ πολίτης ὢν, ϗ οὐδ' ἐπ' ὀλίγον τύφῳ κατοχος, συνῆν ϗ ξυνεπολιτεύετο.

Καὶ

[d] Τὰυτὸ] Τοῦτο Edd. priores. [e] Σινωπέα] Σωπέα male *J.*

67. Τὸν Σινωπέα] Τὸν Διογένη. *V.*

54. Ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ] Sic supra, *Quom. Hist.* c. 4. f. Hoc vero Luciani adducit Clar. *Elsner.* ad *Evang. Matth.* XXIII. 4. ubi: τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν, ἢ θίλουσι κινῆσαι αὐτά. Tum etiam ex *Jul. Orat.* 6. p. 200. γυμνὸν δὲ τροφῆς μοῦνα ἄκρα, φασὶ, τῷ δακτύλῳ. *J.F.R.*

55. Καὶ τὸ σῶμα δὲ] Illud ϗ δὲ quod frustra alibi suspectum fuit commentatoribus, vidimus supra *de Salt.* §. 10. §. 12. & 13. Item I. *Ver. Hist.* c. 15. *Alex.* c. 41. &c. Adde modo laudatum Rev. *J. Elsner.* ad *Evang. Joan.* XV. 27. in quo habemus: ϗ ὑμεῖς δὲ μαρτυρεῖτε. Quod is convertit: *& vos itidem*, aut, *quin & vos testabimini*, aliaque ex *Xenoph. Thucyd. Arrian.* hoc Luciani testimonio non omisso, adduxit. *J.F.R.*

63. Εἰς ταὐτὸ] Non dubito, quin legendum sit εἰς τὰυτὰ, sic certe interpretatus sum. *J.M.G.*

Εἰς τὰυτὰ] Quod Clar. *Gesn.* conjecit, id *Solanus* quoque sic emendaverat: & quia necessaria est emendatio, vel sine Codd. auctoritate ita edidi. *J.F.R.*

67. Οὐ παραχαράττων τὰ] Dicit Demonactem imitatum esse Socratem, & frugalitate Diogenem, οὐ παραχαράττων τὰ εἰς τὴν δίαιταν, ὡς θαυμάζοιτο, ϗ ἀποβλέποιλο ἐπὶ τὸ ἐντυγχανόμενον, ἀλλ' ὁμοδίαιτος ἅπασι. Vertunt: *Non tamen adulterabat ea quae ad victum pertinebant, admirationis emerendae gratia, utque ab iis respiceretur, quibuscum versabatur; verum communi cum aliis vivendi ratione utebatur.* Παραχαράττειν τὰ εἰς τὴν δίαιταν. *non est adulterare quae ad victum pertinent*, sed *non mutare vivendi rationem, non recedere a communi vivendi genere.* Josephus v. ἀρχαιολογίας, παρίσαινε δ' ἤδη τὰ πάτρια, ϗ τὴν οἰκείαν δίαιταν παρεχώρησεν ξυνῶν μιμήσει ἀλλοτρίων. *ejurabat patrios mores, domesticosque ritus antiquabat, imitatione peregrinorum morum.* Ruffinus sic vertit: *Transcendebat jam leges patrias, & edicta propria requirebat mores imitando peregrinorum.* Synesius: ϗ τοὺς τραπεζίτας τοὺς πονηροὺς τοὺς παλαιὰς νόμισμα τὸ δόγμα τὸ θεῖον παραχαράττοντες. *ut nummos divinam doctrinam mutantes.* *J.G.G.*

Καὶ τὸν μὲν τῦ Σωκράτους εἰρωνείαν οὐ προσιέμενον, χάριτος δὲ Ἀττικῆς μεστὰς ἀποφαίνων τὰς συνουσίας· ὡς τὸν προσωμιλήσαντας ἀπιέναι, μήτε καταφρονήσαντας ὡς ἀγεννῦς, μήτε τὸ σκυθρωπὸν τῆ ὀπτιμήσεων ἀποφεύγοντας, παντοίους δὲ ὑπ' εὐφροσύνης γενομένους, καὶ κοσμιωτέρους πολὺ, καὶ φαιδροτέρους, καὶ πρὸς τὸ μέλλον εὐέλπιδας.

6. Socratis quidem illam dissimulationem non admittens, sed plenam Attica quadam gratia consuetudinem prae se ferens. Itaque sic ab eo discedebant, qui cum illo fuerant, ut neque contemnerent tanquam ignavum, neque asperitatem reprehensionum ejus refugerent: sed prae voluptate quasi immutati, decentiores multum, & hilariores, & spei in futurum melioris essent.

Οὐδεπώποτε γῶν ὤφθη κεκραγὼς, ἢ ὑπερδιατεινόμενος, ἢ ἀγανακτῶν, εἰ δ' ἐπιμᾶν τῶν δέοι, ἀλλὰ τῆ μὲν ἁμαρτημάτων καθήπτετο, τοῖς δὲ ἁμαρτάνουσι συνεγίνωσκε, καὶ τὸ παράδειγμα παρὰ τῆ ἰατρῶν ἠξίου λαμβάνειν, τὰ μὲν νοσήματα ἰωμένων, ὀργῆ δὲ πρὸς τὸς νοσῦντας οὐ χρωμένων. ἡγεῖτο γὰρ ἀνθρώπου μὲν εἶναι τὸ ἁμαρτάνειν, θεῦ δὲ, ἢ ἀνδρὸς ἰσοθέου, τὰ παραπταίοντα ἐπανορθῦν.

7. Nunquam enim visus est clamare, aut supra modum contendere, aut indignari, neque si quis reprehendendus esset: sed peccata cum perstringeret, ignoscebat peccantibus, volebatque exemplum nos capere a medicis, sanantibus quidem morbos, ira autem in aegrotos non utentibus. Putabat enim, hominis quidem esse peccare, Dei autem aut aequalis Deo hominis, peccata corrigere.

Τοιῦτῳ δὴ βίῳ χρώμενος, εἰς ἑαυτὸν μὲν ἀδενὸς ἐδεῖτο, φίλοις δὲ συνέπραττε τὰ εἰκότα, καὶ τὸς μὲν εὐτυχεῖν δοκῦντας αὐτῷ ὑπεμίμνησκεν, ὡς ἐπ' ὀλιγοχρονίοις τοῖς δοκῦσιν ἀγαθοῖς ἐπαιρομένους· τὸς δὲ ἢ πενίαν ὀδυρομένους, ἢ φυγὴν δυσχεραίνοντας, ἢ γῆρας, ἢ νόσον αἰτιωμένους, σὺν γέλωτι παρεμυθεῖτο, ὐχ ὁρῶντας ὅτι μικρὸν αὐτοῖς παύσει μὲν τὰ ἀνιῶντα, λήθη δὲ

8. Hanc vitam cum viveret, pro se ille quidem nullius rei indigebat, sed amicos in iis, quae e re esse judicaret, adjuvabat: & si qui illorum felices *sibi* viderentur, submonuit, quam brevibus, quae nunc viderentur, bonis efferrentur. Qui vero aut paupertatem deplorarent, aut exilium aegre ferrent, aut senectutem, vel morbum accusarent, consolatus cum risu est, qui non viderent, post pusillum temporis cessatura quae ipsos contristarent, oblivionem vero quan-

73. Σωκράτους εἰρωνείαν] Hinc Socrates dictus εἴρων, utebatur enim, ut ait *Cic.* I. de Off. libenter ea dissimulatione, quam Graeci εἰρωνείαν vocant. *G.C.*

78. Παντοίους] Alio sensu usurpare solet. Vid. N. A. 21. *M. du S.*

82. Οὐδεπώποτε] Id plus esse, quam οὐδέποτε vid. supra in verbis *Diog. Laërt.* ab *Solano* prolatis ad *2. Ver. Hist.* c. 18. *J.F.R.*

16. Οἰκεῖον] *Homo sum, humani nihil a me alienum puto.* Terent. *M. du S.*

17. Πλέον δὲ, ἢ ἔλαττον ἔχαιρε συνὼν ἰνίοις αὐτῶν, μόνοις ἐξισάζων, ὁπόσοι ἂν ἐδύκουν αὐτῷ ὑπὲρ τῆ τῆ θεραπείας ἐλπίδα ἁμαρτάνειν] Sic distinguendum opinor. Vulgo junctim haec leguntur, συνὼν ἰνίοις αὐτῶν μόνοις ἐξισάζων. Interpres hic iterum turpissime sese dat, vertens: *Plus autem, minusve laetabatur, eorum solummodo consuetudinem devitans, quotquot illi videbantur propter spem obsequii delinquere.* Nihil insulsius, si Graeca spectes, & mentem scriptoris. Verto: *Plus autem minusve laetabatur, conversans cum quibusdam eorum* (quibuscum nempe versabatur: versabatur autem cum omnibus, non omnium tamen usu peraeque delectatus) *iis solis se abstinens, quotquot ei viderentur supra omnem spem emendationis delinquere.* Eos devitabat Demonax, de quibus nulla morum emendatio sperari poterat; qui erant ἀνήκεστοι; &, ut Belgae dicimus, **daer geen salv meer aen te smeren was.** *J.F.*

Πλέον δὲ, ἢ ἔλαττον ἔχαιρε, συνὼν ἰνίοις αὐτῶν μόνοις ἐξισάζων, ὁπόσοι ἂν &c.] Distinguenda mihi quidem videntur verba hoc modo: πλέον δὲ ἢ ἔλαττον ἔχαιρε συνὼν ἰνίοις αὐτῶν, μόνοις ἐξισάζων, ὁπόσοι ἂν. &c. h. e. *Plus vero minusve delectabatur consuetudine quorundam ex iis, devitans solos, quicumque.* Quemadmodum hic

Lu-

quandam bonorum pariter ac malorum, ac libertatem longam brevi omnes occupaturam.

9. Curae hoc quoque sibi habebat, ut dissidentes inter se fratres in concordiam redigeret, mulieribusque pacem cum maritis conciliaret. Est etiam ubi in populo turbis agitato concinne verba fecit, persuasitque majori parti, ut ministrarent patriae *tributa* mediocria. Talis erat ratio illius philosophiae, mitis, mansueta, hilaris.

10. Solum molestia ipsum afficiebat morbus aut mors amici, qui maximum inter homines bonum amicitiam judicaret. Ac propter haec amicus erat omnibus, nec est, quem non domesticum & familiarem putaret, in quantum homo esset. Caeterum magis minusve quorundam inter illos consuetudine delectabatur, a solis illis se removens, qui ultra spem emendationis peccare ipsi viderentur. Atque haec cum Gratiis & ipsa Venere faciebatque & dicebat, ut semper, quod est in Comoedia, *Suada in labiis illius insideret.*

11. Itaque Athenienſium cum universus populus, tum principes, supra modum illum admirabantur, & ut ad Deum aliquem semper ad ipsum respiciebant. Quamquam initio plerisque illorum offensus est, odiumque non minus populari illo contraxit

τις ἀγαθῶν καὶ κακῶν, καὶ ἐλευθερία μακρὰ πάντας ἐν ὀλίγῳ [a] καλαλήψει.

[b] Ἔμελε δὲ αὐτῷ καὶ ἀδελφοὺς στασιάζοντας διαλλάττειν, καὶ γυναιξὶ πρὸς τοὺς γεγαμηκότας εἰρήνην πρυτανεύειν. καίπου καὶ δήμοις ταραττομένοις ἐμελέως διελέχθη, καὶ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἔπεισεν ὑπουργεῖν τῇ πατρίδι τὰ μέτρια. τοιοῦτός τις ἦν ὁ τρόπος τῆς φιλοσοφίας αὐτοῦ, πρᾷος, καὶ ἥμερος, καὶ φαιδρός.

Μόνον αὐτὸν ἠνία φίλου νόσος ἢ θάνατος, ὡς ἂν καὶ τὸ μέγιστον τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθῶν τὴν φιλίαν ἡγούμενον· καὶ διὰ τοῦτο φίλος μὲν ἦν ἅπασι, καὶ οὐκ ἔστιν ὅν τινα οὐκ οἰκεῖον ἐνόμιζεν, ἄνθρωπόν γε ὄντα. πλέον δὲ ἢ ἔλαττον ἔχαιρε συνὼν ἑνίοις αὐτῶν, μόνοις ἐξισάμενος, ὁπόσοι ἂν ἐδόκουν αὐτῷ ὑπὲρ τὴν τῆς θεραπείας ἐλπίδα διαμαρτάνειν. καὶ ταῦτα πάντα μὴ Χαρίτων καὶ Ἀφροδίτης αὐτῆς ἐπραττέ τε καὶ ἔλεγεν, ὡς ἀεὶ τὸ κωμικὸν ἐκεῖνο, Τὴν Πειθὼ τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ ἐπικαθῆσθαι.

Τοιγαροῦν καὶ Ἀθηναίων ὁ, τε σύμπας δῆμος, καὶ οἱ ἐν τέλει ὑπερφυῶς ἐθαύμαζον αὐτὸν, καὶ διετέλουν, ὡς τινα τῶν κρειττόνων προσβλέποντες. καίτοι ἐν ἀρχῇ προσέκρουε τοῖς [c] πολλοῖς αὐτῶν, καὶ μισούμενος ὑπὸ μεῖον τοῦ κοσμεῖσθαι τοῖς πλήθεσιν ἐκτήσατο ὅτι τε τῇ

[a] Καλαλήψ.] Καλαλάψ. male P. [b] Ἔμελε] Ἔμελλε Bl. male. Cett. recte ut edidimus. [c] Πολλοῖς] Πολλῶς male J. sola.

Lucian. ἔχαιρε συνὼν ἰδίοις, ita *Xenoph.* K. Π. II. 15. ἥδιστα συνὼν τούτοις. *L. Bos.*

Πλέον δὲ, ἢ ἔλαττον ἔχαιρε, &c.] Distinctionem a *L. Bos.* propositam sum secutus, pristinam abolendo. *J.F.R.*

19. Ὑπὲρ τὴν τῆς θεραπείας ἐλπίδα διαμαρτάνειν] Benedictus, *propter spem obsequii delinquere*, ex Opsopaeo, qui largius, *propter spem exhibiti obsequii delinquere.* Mirabiles versiones. Intellige *supra spem emendationis delinquere.* *J.G.*

20. Μετὰ Χαρίτων καὶ Ἀφροδίτης] Conf. *Alciphr.* I. Ep. 38. p. 180. ibique not. *Bergleri.* *J.F.R.*

22. Κωμικὸν] *Eupolis.* Vid. fragmentum allatum in notis ad *Nyrp.* c. 4. *M. du S.*

Ibid. Τὴν Πειθὼ τοῖς χείλεσιν &c.] Utitur & *Alciphr.* I. ep. 38. p. 178. f. ἐπ' ἄκροις μοι δοκεῖ τοῖς χείλεσιν αὐτῆς ἱκάθισεν ἡ Πειθώ. Ad quae verba *Bergler.* haec Luciani aliaque adferre non est oblitus. *J.F.R.*

26. Κρειττόνων] (Verte *ex Diis.*) *L. Kuß.* Vid. *Amor.* c. 8. *M. du S.*

28. Οὐ μεῖον τοῦ κοσμεῖσθαι τοῖς πλήθ.] Non satis haec intelligo. Si τοῦ abſit, μεῖον respiciet ad amorem & admirationem, de qua modo dictum: si retinendum est, excidisse nomen *Socratis* dicam. Interim verti, ut verba jacent. *J.M.G.*

29. Τοῦ κοσμεῖ] Delendum censeo illud τοῦ, cum sententiam obscuret. *M. du S.*

τῇ παῤῥησίᾳ καὶ ἐλευθερίᾳ. καὶ τινες ἐπ' αὐτὸν συνέτρεχον Ἄνυτός τις καὶ Μέλητος, τὰ αὐτὰ κατηγοροῦντες, ἅπερ κἀκεῖνοι τότε, ὅτι οὔτε θεὸν ἄφθη πώποτε, οὔτε ἐμυήθη μόνος ἁπάντων τῶν Ἐλευσινίων. πρὸς ἅπερ ἀνδρικώτατα μάλα στεφανωσάμενος, καὶ καθαρὸν ἱμάτιον ἀναλαβὼν, καὶ παρελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τὰ μὲν ἐμμελῶς, τὰ δὲ καὶ τραχύτερον ἢ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν ἀπελογήσατο. πρὸς μὲν γὰρ τὸ μὴ τεθυκέναι πώποτε τῇ Ἀθηνᾷ, Μὴ θαυμάσητε, ἔφη, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ μὴ πρότερον αὐτῇ ἔθυσα. οὐδὲ γὰρ δεῖσθαι αὐτὴν τῶν παρ' ἐμοῦ θυσιῶν ὑπελάμβανον. πρὸς δὲ θάτερον τὸ τῶν μυστηρίων, ταύτην ἔφη ἔχειν τὴν αἰτίαν, τοῦ μὲν κοινωνῆσαι σφίσι τῆς τελετῆς, ὅτι ἂν τερφθῶσι μὴ τὰ μυστήρια, οὐ σιωπήσεσθαι πρὸς τοὺς μηδέπω μεμυημένους, ἀλλ' ἐπιτρέψειν αὐτοὺς τῆς ὀργίων· ἂν τε καλὰ, πᾶσιν αὐτὰ ἐξαγορεύσειν ὑπὸ φιλανθρωπίας. ὥστε τοὺς Ἀθηναίους ἤδη λίθους ἐπ' αὐτὸν ἐν ταῖς χερσῖν ἔχοντας, πρᾶους αὐτῷ καὶ ἵλεως γενέσθαι αὐτίκα, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου σεβασμίους τιμᾶν, καὶ αἰδεῖσθαι, καὶ τὰ τελευταῖα, θαυμάζειν. καίτοι εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ πρὸς αὐτοὺς λόγου, τραχυτέρῳ ἐχρήσατο τῷ προοιμίῳ. Ἄνδρες γὰρ, ἔφη, Ἀθηναῖοι, ἐμὲ μὲν ὁρῶντες ἐστεφανωμένον, ὑμεῖς ἤδη καμὲ καλαθύσατε· τὸ γὰρ πρότερον οὐκ ἐκαλλιερήσατε.

loquendi illa fiducia atque libertate. Jamque consurrexerant contra illum Anyti quidam & Meliti, accusantes eadem, quae illi quondam, quod neque sacrificare unquam visus esset, neque initiatus esset solus omnium Eleusiniis. Ad quae quidem ille viriliter sane, coronatus & pura veste indutus cum in concionem prodiisset, partim concinne, partim vero asperius quam pro suo instituto caussam dixit. Ad illud enim crimen, quod nunquam rem sacram Minervae feciisset, *Nolite*, inquit, *mirari, Athenienses, si non prius ei sacrum feci; neque enim indigere meis illam victimis putabam.* Ad alterum vero illud de Mysteriis, *Hanc sibi caussam esse* dicebat, *cur non veniret in communionem initiorum, quod, si mala sint mysteria, tacituras non esset apud non initiatos, sed dehortaturus illos ab orgiis, si bona, indicaturus prae humanitate omnibus.* Igitur Athenienses qui jam lapides contra ipsum haberent in manibus, mites illi & propitii statim sunt facti, & illo initio facto honorarunt virum, reveriti sunt, ac denique admirati: quamquam in principio statim suae ad illos orationis asperiori paullum usus esset prooemio. Nam, *Athenienses*, inquit, *cum coronatum me* (victimae instar) *videatis, vos jam me quoque mactate; priore enim hostia non litastis.*

Βούλομαι δὲ ἕνα σοφιστὴν τῶν εὐτόχως

12. Volo jam subjicere quaedam acute pa-

a Μίλιος] Μίλησ Fl. male. Cett. recte. Conf. supra Ἀνυτ. §. 10. b Ἀναλαβὼν] Sic Edd. Ἀναβαλὼν malit M. du S. c Ἢ] Deest haec particula in Fl.

33. Οὔτε θεὸν ἄφθη πώποτε] Contrarium docet Xenoph. in Memorab. L. I. p. 570. 571. Ed. Basil. Sed cum Socrates de facultatibus exiguis exigua sacra faceret, nihilo se putabat minus praestare, quam illos, qui de magnis opibus multas & amplas hostias caederent. J. F. R.

34. Ταῖς Ἐλευσινίοις] Scilicet τελεταῖς. F. G.

36. Ἀναλαβὼν] Forsan ἀναβαλὼν: certe Nostro ἀναβαλὼν eo sensu frequens. M. du S.

42. Οὐδὲ γὰρ δεῖσθαι] Minus. Fort. Octavio. J. B.

62. Ἀπὸ Φαβωρίνου] De quo Philostrat. Lib. I. Sophistar. G. C.

Ἀπὸ Φαβωρίνου] Φαβωρῖνος Latine scribendum Favorinus (non Phavorinus) ut jam pridem monuit Junius; est enim Romanum nomen a favor, ut Censorinus, a Censor &c. Olearius ad Philostr. Vit. Sophist. I. §. VIII. p. 489. J. F. R.

65. Καὶ μάλιστα τὸ οὐ αὐταῖς μηλαῖς] Sic haec verba bonus Opsopoeus interpretatus est, quasi hoc loco μηλαῖς de membris accipiendum esset. Infeliciter certe, ne

pariter & urbane ab illo dictorum. Juvat autem a Phavorino & his, quae ad illum dixit, incipere. Cum enim audisset e quodam Phavorinus, deridiculo ab illo haberi ipsius cum familiaribus sermones, maxime versiculos illis immistos, quod fracti nimis, ignavi, muliebres, philosophiam minime decentes essent: accessit ad Demonactem rogavitque, *Quis esset*, (quid sibi arrogaret) *qui sua derideret?* Is, *Homo*, inquit, *aures habens deceptu non minime facilas.* Instante vero Sophista atque interrogante, *Quo vero viatico instructus, Demonax, a puero ad Philosophiam accessisti? Testiculis*, inquit.

13. Alio quodam tempore idem accedens interrogat Demonactem, *Quam maxime sectam in philosophia amplecteretur?* At ille, *Quis vero tibi*, inquit, *dixit me philosophari?* & jam discedens apud se suaviter sane risit. Illo vero interrogante, *Quid rideret? Ridiculum mihi*, inquit, *esse videbatur, te a barba judicari velle philosophos, barbam cum ipse non habeas.*

14. Sidonio aliquando Athenis florente, ac de se laudem commemorante ejusmodi, se philosophiam universam exploraſſe, sed nihil impedit verba ipsa referre: *Si Aristoteles me vocet in Lyceum, sequar: si Plato in Academiam, veniam: si Zeno ad Poecilen, ibi commorabor: si Pythagoras vocet, si-*

τε ἅμα καὶ ἀστείως ὑπ' αὐτῦ λελεγμένων ἄρξασθαι δὲ ἀπὸ Φαβωρίνυ καλὸν, ἢ ὃν πρὸς ἐκεῖνον εἶπεν. ἐπεὶ γὰρ ὁ Φαβωρῖνος ἀκούσας τινὸς, ὡς ἐν γέλωτι ἐποιῆτο τὰς ὁμιλίας αὐτῦ, καὶ μάλιστα τὰ ἐν αὐταῖς μελῶν τὸ ἀπηκριβασμένον σφόδρα, ὡς ἀγυιᾶς, καὶ γυναικεῖον, καὶ φιλοσοφίᾳ ἧκιστα πρέπον, προσελθὼν, ἠρώτα τὸν Δημώνακτα, τίς ὢν χλευάζοι τὰ αὐτῦ; Ἄνθρωπος, ἔφη, οὐκ εὐαπάτητα ἔχων τὰ ὦτα. ἀγχεμόλου δὲ τῦ σοφιστῦ, καὶ ἐρωτῶντος, τίνα δὲ καὶ ἐφόδια ἔχων, ὦ Δημώναξ, ἐκ παιδὸς ἐς φιλοσοφίαν ἧκεις; ὄρχεις, ἔφη.

Ἄλλοτε δέ τοτε ὁ αὐτὸς προσελθὼν ἠρώτα τὸν Δημώνακτα, τίνα αἵρεσιν ἀσπάζεται μᾶλλον ἐν φιλοσοφίᾳ, ὁ δὲ, τίς γάρ σοι εἶπεν, ὅτι φιλοσοφῶ; καὶ ἀτιῶν ἤδη πως αὐτῦ ἡδὺ μάλα ἐγέλασε. τῦ δὲ ἐρωτήσαντος ἐφ' ὅτῳ γελᾷ, ἐκεῖνος ἔφη, γελοῖόν μοι εἶναι ἔδοξεν, εἰ σὺ ἀπὸ τῦ πώγωνος ἀξιοῖς κρίνεσθαι τὺς φιλοσοφοῦντας, αὐτὸς πώγωνα οὐκ ἔχων.

Τῦ δὲ Σιδωνίυ ποτὲ σοφιστῦ Ἀθήνησιν εὐδοκιμοῦντος, καὶ λέγοντος ὑπὲρ αὐτῦ ἔπαινόν τινα τοιῦτον, ὅτι πάσης φιλοσοφίας πεπείραται, ὁ χεῖρον δὲ αὐτὰ εἰπεῖν ἢ ἔλεγεν· ἐὰν Ἀριστοτέλης με καλῇ ἐπὶ τὸ Λύκειον, ἕψομαι· ἐὰν Πλάτων ἐπὶ τὴν Ἀκαδημίαν, ἀφίξομαι· ἐὰν Ζήνων ἐπὶ τὴν Ποικίλην, ἀμφιτρίψω· ἐὰν Πυθαγόρας καλῇ,

ne dicam ridicule. At tu verte: *& maxime in illis carmine fractis & minime generosa.* *J. P. a G.*

71. Ἐγκειμένου δὲ τῦ σοφιστῦ] Male Interpres: *Instante vero quodam Sophista*, vertendum: Instante vero Sophista: hoc est, Favorino. *AE. M.*

73. Ὄρχεις ἔφη] Spado fuit Favorinus. *AE. M.* Ὄρχεις] Quia Eunuchus Phavorinus (Vid. Bίν. No. 7.) & ejus orationes molles, ut supra visum est: plurimi in eam rem joci jacti sunt & ab aliis. Vid. *Philostr.* p. 541. & Nostrum Bίν. e. 7. *M. du S.*

78. Αὐτῦ] P. L. & Ed. *J.* Reliquae αὐτῷ, nisi quod *B2.* αὐτῷ fecit. *M. du S.*

81. Αὐτὸς πώγωνα οὐκ ἔχων] Ἀγανείας γὰρ τῦ πρεσβύτου ὁ γοφώτατος ἦν, inquit de eo *Philostratus* de vit. Soph. L. I. VIII. 1. p. 489. *M. du S.*

83. Σιδωνίυ] Quis ille sophista fuerit, nescio; certe apud *Philostratum* frustra quaesivi. *M. du S.*

89. Ἐπὶ τὴν Ποικίλην] Angl. ἐπὶ τῇ ποικίλῃ. *J. B.* Ἐπὶ τῇ Ποικίλῃ] A. P. & L. unde etiam reliqua aliter interpungenda esse discimus. Reliqui ἐπὶ τὴν Ποικίλην. *M. du S.*

d Ποιεῖτο] Sic recte Edd. Ποιῆτο P. Ποιῆτο Ex. *Fl.* utrumque male. e Προσελθὼν] Προσελθεῖν male *S.* quod *Aug.* tamen correxit & vett. Edd. —ον habent. f Αὐτῦ] Αὐτῷ P. L. & *J.* Αὐτῷ male Ex. *Fl. H. P. S.* Αὐτῇ *B2.* g Τῇ Ποικίλῃ] Sic dedit *M. du S.* ex Angl. L. & P. Τὴν Ποικίλην Edd. priores.

λῇ, σιωπήσομαι· ἀναστὰς οὖν ἐκ μέσων τ̃ ἀκροωμένων ὅτος, ἔφη, προσειπὼν τὸ ὄνομα, καλεῖ σε Πυθαγόρας.

Πύθωνος δέ τινος τ̃ ἐν Μακεδονίᾳ εὐπαρύφων, νεανίσκου ὡραίου, ἐρεθιζόντος αὐτὸν, καὶ προτείνοντος ἐρώτημά τι σοφιστικὸν, καὶ κελεύοντος εἰπεῖν τὴν συλλογισμὸν λύσιν, Ἕν, ἔφη, οἶδά τέκνον, ὅτι περαίνῃ. ἀγανακτήσαντος δὲ ἐκείνου ἐπὶ τῷ τ̃ ἀμφιβολίας σκώμματι, καὶ συναπειλήσαντος· Αὐτίκα σοι μάλα τ̃ ἄνδρα ὀπτὸν δείξω, ὁ δὲ σὺν γέλωτι ἠρώτησε, καὶ γ' ἄνδρα ἔχεις;

Ἐπεὶ δέ τις ἀθλητὴς καταγελασθεὶς ὑπ' αὐτ̃, ὅτι εὐθὺς ἄρτι ἀνθοῦντα ἀμπεχόμενος, Ὀλυμπιονίκης ὤν, ἐπάταξεν αὐτὸν εἰς τ̃ κεφαλὴν λίθῳ, καὶ αἷμα ἐρρύη· οἱ μὲν παρόντες ἠγανάκτουν, ὡς αὐτὸς ἕκαστος τετυπημένου, καὶ ἐδόων ὀπὶ τ̃ ἀνθύπατον ἰέναι· ὁ δὲ Δημώναξ, Μηδαμῶς, ἔφη, ἄνδρες, πρὸς τ̃ ἀνθύπατον, ἀλλ' ὀπὶ τ̃ ἰατρόν.

Ἐπεὶ δέ ποτε καὶ χρυσῆν δακτύλιον ὁδῷ βαδίζων εὗρε, γραμμάτιον ἐν ἀγορᾷ προτιθεὶς, ἠξίου τ̃ ἀπολέσαντα, ὅστις εἴη τ̃ δακτυλίου δεσπότης, ἥκειν. καὶ εἰπόντα ὀλκὴν καὶ γλυφὴν, σιωπήσομαι· ἀναστὰς οὖν ἐκ μέσων τ̃ ἀκροωμένων ὅτος, ἔφη, προσειπὼν τὸ ὄνομα, καλεῖ σε Πυθαγόρας.

15. Pythonis cujusdam Purpuratorum Macedoniae filio pulchro, irritante illum nugis, & sophisticam interrogationem proponente, ejusque syllogismi solutionem dicere illum jubente, *Unum*, inquit, *puer, novi, te περαίνεσθαι.* Aegre autem ferente illo lusum ex ambiguo, & una minitante, *Statim tibi virum monstrabo!* cum risu interrogavit, *Virum nempe habes?*

16. Cum vero athleta quidam derisus ab illo, quod in florida veste, Olympionices licet, visus esset, caput illius lapide percussisset, & sanguis effluereret: praesentes quidem indignari, quasi unusquisque ipsorum pulsatus esset, clamareque, ad Proconsulem eundum esse: at Demonax, *Nequaquam*, inquit, *viri, ad Proconsulem; sed ad Medicum.*

17. Invenerat aureum anulum incedens per viam, tabellaque in foro proposita postulabat, ut qui perdidisset, dominus anuli, veniret, dictoque pondere illius & gemma,

a Ἐπὶ τῷ] Ἐπὶ τὸ *J.* male. b Τετυπημένου] Et sic *J.* cum *Fl. P. &* &c.

99. * Τῷ τ̃ ἀμφιβ. σκ.] Σημαίνει γὰρ τὸ † περαίνειν καὶ τὸ τ̃ συλλογισμὸν τέλειον εἶναι, ἔχοιμι συμπέρασμα, καὶ τὸ αἰσχρῶς τινα κατὰ τὰ ἀφροδίσια διεργάζεσθαι, ‡ ἢ σπέρμα ἐκβάλλειν. *V.*

* Hoc Schol. ad aliena verba relatum in editis, in sedem suam restituit *M. du S.*

† Περαίνειν] Sic restituit idem ex C. quum σπερμῶν esset in Editis.

‡ Ἢ σπέρμα] Tria illa posteriora verba desunt in Editis, supplevit ex Cod. collatione, non addens cujus, *M. du S.*

94. Πύθωνος] De hoc nihil apud alios reperio, neque mirum. *M. du S.*

Ibid. Εὐπαρύφων] Iterum infra, §. 41. *M. du S.*

98. Ὅτι περαίνῃ] Legendus Doctissimus *Flor. Christian.* ad εἰρη. Aristoph. *J. B.*

Ibid. Περαίνῃ] Narrantur plures in ea voce joci apud *Diog. Laërt.* Mened. p. m. 65. A. & B. & Arcef. 104. F. V. *Muret.* Var. Lect. XI. 11. *M. du S.*

Περαίνει] Nescio an habeat Latina lingua vocabulum amphiboliae huic exprimendae aptum, nec vehementer quaerendum putavi: περαίνειν est dialecticum, significatque, ut Latinum *efficere*, concludere aliquid & demonstrare ex sumtis quibusdam. vid. *Kuhn.* ad *Diog. Laërt.* 7, 45. & quem laudat *Sextum Empir.* Math. 8, 436. Inde est ἀπέραντος λόγος, qui non recte concludit, ap. eundem Sextum Math. 8, 419. & 10, 96. Sed περαίνειν etiam obscoenum est, ut *confici* Latinorum. Vid. *Diog. Laërt.* 2, 127. & 4, 34. *J. M. G.*

3. Καὶ γὰρ ἄνδρα ἔχεις] Vertitur: *Etenim virumne habes?* pro: *Et sane virum habes:* hanc vim habet τὸ καὶ γὰρ. *M. V. la Croze.*

Ibid. Ἄνδρα ἔχεις] Dixi ad illud Petron. *quaque virum quaerunt.* *J. B.*

5. Ἐδόων — ἀνθύπατον] Innuit hisce Lucianus, solis Ludorum victoribus id concessum. Vid. quae supra ad Nigr. c. 8. a me sunt annotata. *M. du S.*

20. Δακτύλιον] De hac dictione alibi. *J. B.*

Δακ-

ma, & imagine, eum reciperet. Venit adoleſcentulus formoſus, ſe perdidiſſe dicens. Cum vero ſani nihil diceret, *Abi, puer*, inquit, *& tuum ipſius annulum ſerva: hunc quidem non perdidiſti!*

18. De Romano Senatu aliquis Athenis filium ipſi ſuum oſtendens formoſum valde, ſed effeminatum fractumque, *Salutate te*, inquit, *filius hic meus.* Et Demonax, *Pulcher*, inquit, *& te dignus, & matris ſimilis.*

19. Cynicum illum in urſi pelle philoſophantem, non Onoratum, quod illi nomen erat, ſed Arceſilaum vocari volebat.

20. Interrogante quodam, *Quis ipſi finis felicitatis videretur? Solum felicem*, ait, *liberum:* illo vero dicente, *multos liberos eſſe; At ego*, inquit, *illum puto, qui neque ſperet quidquam, neque metuat.* Ille, *Et quomodo quis illud poſſit? Omnes enim ut plurimum hiſce rebus ſervimus. Quin ſi perſpicies*, inquit, *res hominum, deprehendes, il-*

αὐτῦ, ἢ λίθον, ἢ τύπον, ἀπολαμβάνων ἦκεν ἂν τις μειρακίσκ῾ ὡραῖ῾, αὐτὸς ἀπολωλεκέναι λέγων· ἐπεὶ δὲ ὐδὲν ὑγιὲς ἔλεγεν, Ἄπιθι, ἔφη, ὦ παῖ, ἢ τ ἑαυτῦ δακτύλιον φύλαττε, τῦτον γὰ οὐκ ἀπολώλεκας.

Τῶν δὲ ἀπὸ τ [c] Ῥωμαίων βυλῆς τις Ἀθήνησιν υἱὸν αὐτῷ δείξας πάνυ [d] ὡραῖον, [e] θηλυδρίαν δὲ ἢ ἀμφεκλασμένον, Προσαγορεύει σε, ἔφη, ὁ ἐμὸς υἱὸς ὑτοσί· καὶ ὁ Δημώναξ, Καλὸς, ἔφη, ἢ σῦ ἄξι῾, ἢ τῇ μητρὶ ὅμοι῾.

Τὸν δὲ Κυνικὸν, ἐν ἄρκτῳ δέρματι φιλοσοφῦντα, οὐκ [f] Ὀνώρατον, ὥσπερ ὠνομάζετο, ἀλλ' [g] Ἀρκεσίλαον καλεῖν ἠξίου.

Ἐρωτήσαντ῾ δέ τιν῾ τίς αὐτῷ ὅρ῾ εὐδαιμονίας εἶναι δοκεῖ, μόνον εὐδαίμονα, ἔφη, τ ἐλεύθερον· ἐκείνου δὲ φήσαντ῾, πολλοὺς ἐλευθέρους εἶναι, Ἀλλ' ἐκεῖνον νομίζω, τ μήτε ἐλπίζοντά τι, μήτε δεδιότα. ὁ δὲ, Καὶ πῶς ἂν, ἔφη, τῦτό τις δύναιτο; ἅπαντες γὰ ὡς τὸ πολὺ τύτοις δεδωλώμεθα. Καὶ μὴν, ἔφη, εἰ καταγνοίης τὰ τ ἀνθρώπων πράγματα, εὕροις ἂν αὐτὰ ὄντε ἐλπίδ῾,

c Ῥωμαίων] Ῥωμαίου male *F.* d Ὡραῖον] Ὡραῖον male *F.* e Θηλυδρίαν] Θηλυδρ. male *B2.* f Ὀνώρατον] Ὀνώμαστον *B2.* sola. g Ἀρκεσίλαον] Ἀρκησίλαον male *P.* sola.

20. Δακτύλιον φύλαττε] Εἰς τ ἀφοσιῶσιν ἀπέκλινεν ἢ γὰ δακτύλι῾ λόγι᾽ *C.* αὐτός. *V.*

Δακτύλιον] Notae *Bourdelotianae* adſcripſerat *M. V. la Croze.* Semper alibi. *Voila bien des* alibi *forains.* Indicat Vir Cl. idem quod Cl. *Hemſterh.* T. I. ad *Nigrin.* ait: *Bourdelotio* ſolemne eſſe tractationem eorum quae neſcit, alio remittere. *J. F. R.*

29. Ὀνώρατον] Latinum nomen eſſe certum eſt; aſpirare tamen noluimus, ut ſcripturam veterem, qualem in libris reperi, repraeſentarem. Niſi forte conjectura Editoris *B2.* uti malis, qui Ὀνώρατον fecit. *M. du S.*

Οὐκ Ὀνώρατον] An fuit ἢχ Ὀνωράτου, Latinum nomen, *Honoratum?* *J. M. G.*

30. Ἀρκεσίλαον] Ridet hoc nomine pellem urſinam, quam ille geſtabat; nec illa opus eſt mutatione, quam Ed. *P.* excogitavit. Certe ſic iocus peribit, quo ad Philoſophum celebrem inter Academicos etiam reſpicitur, de quo *Diog. Laërt.* IV. p. 103. *M. du S.*

Ἀλλ' Ἀρκεσίλαον] Frigida, niſi quid me fugit, ad primam ſyllabam nominis cum ἄρκτῳ convenientem alluſio. Sed ſunt pluſcula ex hoc genere, quo delectabantur non Graeculi modo, ſed Graeci, & ipſe Socrates. Certe in Cratylo multa ſunt frigidiora etiam. *J. M. G.*

Ἀρκεσίλαον] Ablancurtius: *Arceſilas* vel *Arcteſilus*; nam ἄρκτ῾ ſignificat *Urſum.* Et ſic ſupra in *Alex.* vidimus ἀρκτίας & ἀρκτίους. Quare ſi *Pariſ.* Edit. hic Ἀρκτισίλαον pro ſuo Ἀρκτησίλαον dediſſet, non video cur jocus periiſſet. Ἀρκεσίλαος apud *Diog. Laërt.* ſine τ. compluribus locis ſcribitur. *Perſius* vero Sat. III. 79. *Arceſilas.* At in nomine ficto quis dixerit praeſtetne Ἀρκτισ— non Ἀρκεσ—? *J. F. R.*

35. Μήτε ἐλπίζοντα, μήτε δεδιότα] Conf. ſupra, *Alex.* c. 8. *M. du S.*

45. Οὐ

δ@, ὅτε φόβου ἄξια, παυσαμένων πάν-
των ἐν τῷ ἀναρῶν, καὶ τῷ ἡδέων.

Περεγρίνῳ δὲ τῷ Πρωτέως ὀπτιμᾶντ@ αὐτῷ, ὅτι ἐγέλα τὰ πολλὰ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις προσέπαιζε, καὶ λέγοντ@, Δαιμόνα ξ ὐ κυνᾶς, ἀπεκρίνατο· Περεγρῖνε, οὐκ ἀνθρωπίζεις.

Καὶ μὴν καὶ Φυσικόν τινα περὶ τῶν ἀντιπόδων ἀμφιλεγόμενον, ἀναστήσας, καὶ ὑπὸ φρέαρ ἀγαγὼν, καὶ δείξας [a] αὐτῷ τὴν ἐν τῷ ὕδατι σκιὰν, ἤρετο, Τοιούτους ἄρα τοὺς ἀντιπόδας εἶναι λέγεις;

Ἀλλὰ καὶ μάγου τινὸς εἶναι λέγοντ@, καὶ ἐπῳδὰς ἔχειν ἰσχυρὰς, ὡς ὑπ' αὐτῆς ἅπαντας ἀναπείθειν, καὶ παρέχειν αὐτῷ ὁπόσα βούλοιτ@, Μὴ [b] θαύμαζε, ἔφη, καὶ σὺ αὐτὸς ὁμότεχνός εἰμί σοι, καὶ εἰ βούλει, ἔπεσθαι πρὸς τὴν ἀρτόπωλιν, καὶ ὄψει με διὰ μιᾶς ἐπῳδῆς, καὶ μικρῷ τῷ φαρμάκῳ πείθοντα αὐτὴν δοῦναί μοι τὸν ἄρτον· αἰνιττόμεν@ τὸ νόμισμα, ὡς τὰ ἴσα τῇ ἐπῳδῇ δυνάμενον.

Ἐπεὶ δὲ Ἡρῴδης ὁ πάνυ, ἐπένθει τὸν Πολυδεύκη πρὸ ὥρας ἀποθανόντα, καὶ ἁρμα ζεύγνυσθαι αὐτῷ, καὶ ἵππους [c] παρίστασθαι ὡς ἀναβησομένῳ, καὶ δεῖπνον ὡσαύτως

las neque spe neque metu dignas, cum desinant omnium molesta pariter & jucunda.

21. Peregrino illo Proteo increpante, quod multum rideret, atque alluderet hominibus, ac dicente, *Demonaxe non agis cum* (Cynicum) respondit, *Peregrine, non agis hominem!*

22. Verum Physicum quendam, de antipodibus disputantem, excitavit, & ad puteum deducto ostendit in aqua umbram, interrogans: *Tales igitur nos esse Antipodas?*

23. Cum aliquis magum se esse diceret, & carmina habere potentissima, quibus persuadere posset omnibus, ut præberent sibi quaecunque vellet: *Noli admirari*, inquit; *Nam & ego artis tuae sum: & si vis, sequere ad panum venditricem, & videbis, uno me carmine, & panxillo veneno, inducere illam ut panem mihi det*, nummum indicans, cujus eadem quae carminis vis esset.

24. Cum Herodes ille celeberrimus Pollucem suum lugeret ante pubertatem defunctum, juberetque currum illi jungi, & equos adstare tanquam conscensuro, & coenam

[a] Αὐτῇ] Sic *H.* 1. 2. *J. S.* Αὐτοῦ *P.* [b] Θαύμαζε] Sic habere Edd. omnes notavit *M. du S.* [c] Παρίστασθαι] Περίστασθαι male *J.* sola.

45. Οὐ κυνᾶς] Deleo frigidam illam, immo absurdam interrogationis notam, quae libros ferme omnes insidet, & versionem ipsam postremam foedarat. *M. du S.*

Οὐ κυνᾶς] Haec ante sic male interpuncta legebantur: ὦ κυνᾶς; — οὐκ ἀνθρωπίζεις; &c. *J. F. R.*

47. Καὶ μὴν & Φυσ. τ. π. τ. ἀντιπόδων ἀμφιλεγόμενον] *Tzetzes* in Chiliadibus. *AE. M.* Notavit idem *Gujetus*. *J. F. R.*

Ibid. Περὶ τ. ἀντιπόδων] Ridet itaque eorum sententiam, qui . . . uti & Εὐχ. c. 44. Riserunt etiam Patres multi (vid. *Rittersh.* p. 45.) unde hoc saltem discere licet, cavendum viris bonis, ne dum quae non intelligunt, vituperant, risum & jocum peritioribus praebeant. *M. du S.*

48. Ἀναστήσας] H. e. postquam excitasset (Physicum illum) non vero *surgens*, ut habebat versio. *L. Bos.*

55. Θαυμάζω] In omnibus Θαύμαζε, legitur; quo quid absurdius dici potest? Nisi forsan Θαῦμά γε a prima manu fuerit. *M. du S.*

Θαύμαζε] Θαυμάζω Voluisse legere *Solanum*, ex ejus nota video; licet ipsum contextum non mutaverit; sed quia deinde rectius conjicit, etiam Θαῦμά γε legi posse, ideo vulgatam intactam reliqui. *J. F. R.*

61. Ἡρῴδης] *Atticus*. Hujus Herodis *Gellius*, *Spartianus*, *Pausan.* & alii meminere, & *Philostrat.* in Sophist. G. C.

Ἡρῴδης] Notissimus hic ex *Philostrato*, *Gellio* & aliis. *M. du S.*

Ibid. Πολυδεύκη] Atqui *J. Pollux* Onomastici auctor annos vixerat LVIII. teste *Philostrato* in ejus vita p. 593. & *Suida*. Cumque *epithalamium* Commodo Crispinam ducenti scripsisse tradatur a *Suida*, post an. Chr. 178. mortuum oportet statuamus (v. *Dio* LXXI. p. 814. & *Capitol.* Marco p. 134. A.) Immo *Philostratus* ad Commodi ipsius imperium deducit, cum tradit eum suggestu Athenis ab eo donatum: *Soph.* p. 593. Verissimum igitur est, quod a Doctissimo Philostrati interprete acute observatum esse video, alium *Pollucem* intelligi, eumque aut servum, aut libertum He-

nam parari, accedens, *A Polluce*, inquit, *adfero tibi epistolam.* Delectato autem illo, atque putante, pro communi reliquorum ratione, & ipsum suo subservire morbo, dicenteque: *Quid ergo, Demonax, Pollux postulat? Accusat te*, inquit, *quod non jam ad ipsum abeas.*

25. Idem lugenti filium, & in tenebris se concludenti, accedens dixit, *Magum se esse, & posse ipsi evocare filii umbram, modo sibi tres quosdam homines nominaret, qui neminem unquam luxerint.* Multum autem illo dubitante & haerente; neque enim habebat, opinor, quem talem nominaret; *Tum tu*, inquit, *ridicule, solum te intolerabilia pati arbitraris, cum tamen expertem luctus videas neminem?*

26. Etiam illos risu solebat excipere, qui in congressibus uterentur antiquatis omnino peregrinisque nominibus. Uni ergo interrogato a se aliquid, & supra modum Attice respondenti, *Equidem te jam nunc*, inquit, *interrogavi: at tu mihi tanquam sub Agamemnone respondes.*

27. Dicente sodalium quodam, *Abeamus, Demonax, in Aesculapii, & oremus*

σκευάζεσθαι, προσελθὼν, Πολυδεύκης, ἔφη, κομίζω σοί τινα ἐπιστολήν. ἡδέντος δὲ ἐκείνου, καὶ οἰηθέντος ὅτι καὶ τὸ κοινὸν καὶ αὐτὸς τοῖς ἄλλοις συντρέχει τῷ πάθει αὐτῦ, καὶ εἰπόντος· Τί οὖν, ὦ Δημώναξ, Πολυδεύκης ἀξιοῖ; Αἰτιᾶταί σε, ἔφη, ὅτι μὴ ἤδη πρὸς αὐτὸν ἄπει.

[d] Ὁ δ' αὐτὸς υἱὸν πενθοῦντι, καὶ ἐν σκότῳ ἑαυτὸν καθείρξαντι, προσελθὼν ἔλεγε, μάγος τε εἶναι καὶ δύνασθαι αὐτῷ ἀναγαγεῖν τοῦ παιδὸς τὸ εἴδωλον, εἰ μόνον αὐτῷ τρεῖς τινας ἀνθρώπους ὀνομάσειε, μηδένα πώποτε πεπενθηκότας. Ἐπιπολὺ δὲ ἐκείνου ἐνδοιάσαντος, καὶ ἀποροῦντος, ὅ γ' εἴχέ τινα, οἶμαι, εἰπεῖν τοιοῦτον, εἶτ' ἔφη, Ὦ γελοῖε, μόνοις ἀφόρητα πάσχειν νομίζεις, μηδένα ὁρῶν πένθους ἄμοιρον;

Καὶ μὴν κἀκείνων καταγελᾶν ἠξίου, ὃς ἐν ταῖς ὁμιλίαις πάνυ ἀρχαίοις καὶ ξένοις ὀνόμασι χρωμένων. ἐνί γῶν ἐρωτηθέντι ὑπ' αὐτοῦ λόγον τινὰ, καὶ σοφιστικῶς ἀποκριθέντι· Ἐγὼ μὲν σέ, ἔφη, ὦ ἑταῖρε, νῦν ἠρώτησα, σὺ δέ μοι ὡς ἐπ' Ἀγαμέμνονος ἀπεκρίνω.

Εἰπόντος δέ τινος τῶν ἑταίρων, Ἀπίωμεν Δημώναξ εἰς τὸ Ἀσκληπιεῖον, καὶ προσευξώ-

[d] Ὁ δ' αὐτὸς] Constans Edd. lectio.

Herodis, ut vult ad p. 558. aut certe *alumnum* discipulumve, eum inter τροφίμους, quos impense amaverat, ibi recenseatur. De luctu ejus vide omnino *Philostratum* in voce *Herod.* p. 558. ubi & statuas venantis posuisse ait, quod huc facere existimo. *M. du S.*

63. Ὀχήσων . . . ὡς ἀναῦ.] Locum hunc mire illustrat *Philostrati* locus p. 558. ubi de hoc ipso *Polluce* cum Achille & Memnone, quos impense Herodes amaverat, verba faciens, scribit: εἰκόνας γοῦν ἀνατίθει σφῶν θηράντων, καὶ τιθηκότων, καὶ θηρασόντων. τὰς μὲ ὡ ἄρκτοις, τὰς δ' ἐν' ἀγρῶς, τὰς δὲ πρὸς πηγαῖς, τὰς δὲ ὑπὸ σκιαῖς πλατάνων, σὺν ἀφανῶς, ἄλλας ξὺν ἀραῖς τῷ ἀφανίζοντος, ἢ κινήσοντος. *M. du S.*

Ibid. Ζεύγνυσι αὐτῷ] An Πολυδεύκει; *F. G.*

64. Ἀπίωσι παρασκ.] Idem aliis verbis infra §. 33. ὡς ζῶντας ἰσῶν. Sed in *Act. Apost.* X. 10. καὶ ἤθελε γεύσασθαι· παρασκευαζόντων δὲ ἐκείνων, ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν Ad quae verba Rev. *Jac. Elsy.* hoc Luciani aliudque ex *Catapl.* aliisque adfert, qui probet ὠδαρισκάζειν esse *parare quid in prandium.* *J. F. R.*

72. Ὁ δ' αὐτὸς] *Forsitan* τῷ δ' αὐτῷ; sed frustra, cum constet Herodi filium unicum fuisse, quem superstitem reliquit. Vid. *Philostr.* p. 558. De eodem credo *A. Gellium* loqui XIX. 12. *M. du S.*

Ibid. Υἱὸν πενθ.] *Philostratus* tradit, unicum ei fuisse filium, qui patri superstes fuit, p. 558. Sed idem de *Polluce* aliisque duobus ita loquitur, quasi ab eo fuerint adoptati, cum ait: ὃς ἴσα γνησίοις ἐπίθησε. Ego itaque horum unum hic intelligendum existimo. *Philostratus* autem, qui aliorum dicta eam in rem memoriae mandavit, Demonactis nullibi meminit. *M. du S.*

75. Τριῶν . . . .] Vide *Juliani* Imperatoris Epist. XXXVII. ubi similem habes de Dario & Democrito narrationem. *M. du S.*

89. Ἀσκληπιεῖον] Vide Ἔφη. c. 37. & *Suid.* *M. du S.*

εὐξώμεθα ὑπὲρ τῦ υἱῦ. Πάνυ, ἔφη, κωφὸν ἡγῇ τ' Ἀσκληπιὸν, εἰ μὴ δύνα) κἀντεῦθεν ἡμῶν εὐχομένων ἀκύειν.

Ἰδὼν δέ ποτε δύο τινὰς Φιλοσόφους κομιδῇ [a] ἀπαιδεύτους ἐν ζητήσει ἐρίζοντας, καὶ τ' μὲ ἄτοπα ἐρωτῶντα, τ' δὲ ἐδὲν πρὸς λόγον ἀποκρινόμενον· Οὐ δοκεῖ ὑμῖν, ὦ φίλοι, ἔφη, ὁ μὲ ἕτερος τύτων τράγον ἀμέλγειν, ὁ δὲ αὐτῷ κόσκινον ὑποτιθέναι;

Ἀγαθοκλέυς δὲ τῦ Περιπατητικῦ μέγα φρονῦντος, ὅτι μόνος αὐτὸς ὢν πρῶτος τ' Διαλεκτικῶν, ἔφη, Καὶ μὴν, ὦ Ἀγαθόκλεις, εἰ μὲ πρῶτος, ἐ μόνος, εἰ δὲ μόνος, ἐ πρῶτος.

Κεθήγυ δὲ τῦ ὑπάτικῦ, ὁπότε διὰ τ' Ἑλλάδος εἰς τ' Ἀσίαν ἀπήει πρεσβεύσων τῷ πατρὶ, πολλὰ καταγέλαστα καὶ λέγοντος καὶ ποιῦντος, ἐπειδή τ' ἑταίρων τις ὁρῶν ταῦτα ἔλεγεν, αὐτὸν μέγα κάθαρμα εἶναι, Μὰ τ' Δί', ἔφη [b] ὁ Δημώναξ, ἐδὲ μέγα.

pro filio, Utique, inquit, *surdum judicat Aesculapium, si non potest hinc etiam omnes audire.*

28. Videns aliquando duos quosdam philosophos omnino indoctos in disputatione contendere, & alterum quidem absurda objicere, alterum nihil quod ad rem faceret respondere, *Nonne videtur vobis*, inquit, *amici, alter horum mulgere hircum, alter cribrum ei suppònere?*

29. Agathocle Peripatetico gloriante, *solum se & primum dialecticorum, Quin tu*, inquit, *Agathocles, si quidem primus, non solus: si vero solus, non primus.*

30. Cethego Consulari, cum per Graeciam in Asiam pergeret legatus patri futurus, ridicula multa & dicente & faciente; atque sodalium ipsius uno, qui ista videret, dicente: *magnum eum purgamentum esse*; *Medius fidius*, inquit Demonax, *ne magnum quidem.*

31. Apol-

[a] Ἀπαιδεύτους] Ita Edd. omnes. [b] Ὁ Δημ.] Sic *Jens.* & *B2.* Ὦ Δημ. Edd. cett. male.

94. Ἀπαιδεύτους] Forsan ἀπαιδεύτως. *M. du S.*

99. Ἀγαθοκλέους] Peripateticus hic, de quo nihil invenio. Alium Agathoclem, Stoicum alibi memorat Ἰκαρ. c. 16. Cynicum alium Τοξ. c. 12. & f. Alium medicum Καλαπλ. c. 6. *M. du S.*

5. Κεθήγυ δὲ τῦ ὑπατ.] Anno Chr. CLXXII. Cethegum Consulem invenio. *M. du S.*

6. Πρεσβ. τῷ πατρὶ] An & apud alios hoc sensu inveniatur, dubito, Graecos scilicet, nam Romanis familiare est. *M. du S.*

8. Ἐπειδή τ' ἑταίρων τις ὁρῶν ταῦτα, ἔλεγεν αὐτὸν μέγα κάθαρμα εἶναι; Μὰ τ' Δί', ἔφη ὁ Δημώναξ, ἐδὲ μέγα.] Sic legendum. Vulgo ὦ Δημώναξ male; ipse id dixit Demonax. Scilicet enarrat Lucianus multa, quae Demonax vario tempestive de quibusdam vel hominibus vel rebus dixerit responderitve: inter alia etiam hoc; nimirum cum Cethegus quidam consularis multa ridicula & diceret & faceret, ac aliquis sociorum magnum eum esse scelus diceret, ajebat Demonax, *Ne magnum quidem*, scilicet eum esse scelus. *J. J.*

10. Ὁ Δημώναξ] Sic *B2.* recte. Reliqui Libri ὦ, prave. *M. du S.*

Ibid. Οὐδὲ μέγα] Illud ἐδὲ μέγα vide apud *Diog. Laërt.* 148. C. *nihil mirum.* Et apud ipsum Nostrum Φιλοψ. c. 16. ἐ μέγα. Θαῦμα scilicet, vel simile quid subintelligitur. Hoc autem dicto haud dubie patrem hujus petit; quasi diceret; nec mirum est, tali patre ortum tam stultum esse filium. *M. du S.*

14. Μετέκειτο] *Capitolinus* in Antonino Pio c. X. *Cujus avaritiam etiam in mercedibus notavit.* (vide *Casauboni* ad eum locum notas.) Hinc est quod *eum* hic Demonax *cum agmine suo aureum vellus petere ait*; joco duplici, alludit enim etiam ad alium Apollonium, cujus Argonautica nota. *M. du S.*

Ibid. Ἐπὶ παιδείᾳ τῷ βασιλεῖ συνεσόμενος] Interpr. *ut regis esset praceptor.* Pro *regis* potius repone, *Imperatoris.* Imperatores autem Romanos Graecis scriptoribus βασιλεῖς appellari, res est nota. Infra pag. seq. recte haec verba transtulit, *ὁ βασιλεὺς με τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ τετίμηκεν. Imperator me Romanorum civitate donavit.* *H. V.*

15. Προσήχεται, ἔφη, ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ οἱ Ἀργοναῦται αὐτοῦ] Jocus est in voce *Argonautae.* Nam Apollonium & ejus discipulos insimulabat avaritiae, utpote qui Romam cum magistro ad Imperatorem ibant, ut divites ibi fierent, sicut Argonautae ad vellus aureum, de qua expeditione extat egregium poëma omnibus notum Apollonii alterius, ad quod alludit. *J. P. a G.*

16. Ἀπολλώνιος . .] Alludit ad alium Apollonium, cujus *Argonautica* hodieque exstant. *M. du S.*

Ἀπολλώνιος ὁ οἱ Ἀργοναῦται] Dubitat *Cresollius* Thea-

31. Apollonium aliquando Philosophum cum videret multis cum discipulis exeuntem, ibat autem arcessitus, ut institutionis caussa cum Imperatore esset: *Accedit*, inquit, *Apollonius, cum suis Argonautis.*

Καὶ Ἀπολλώνιον δέ ποτε τὸν φιλόσοφον ἰδὼν μετὰ πολλῶν τῶν μαθητῶν ἐξελαύνοντα, ἤδη δὲ ἀπήει μεταπεμπόμενον, ὡς ὑπὲρ παιδείας τῷ βασιλεῖ συνεσόμενον. Προσέρχεται, ἔφη, ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ οἱ Ἀργοναῦται αὐτοῦ.

32. Interrogante alio, *Utrum immortalis illi videatur anima? Immortalis*, inquit, *sed ut omnia.*

Ἄλλου δέ ποτε ἐρομένου, εἰ ἀθάνατον αὐτῷ ἡ ψυχὴ δοκεῖ εἶναι; Ἀθάνατον, ἔφη, ἀλλ' ὡς πάντα.

33. *De Herode dicebat, verum dicere Platonem, non unam nos animam habere. Neque enim ejusdem esse animae, Regillam & Pollucem* (mortuos) *ut viventes convivio excipere, & talia declamare.*

Περὶ μὲν τοι Ἡρώδου ἔλεγεν ἀληθεύειν τὸν Πλάτωνα φάμενον μὴ μίαν ἡμᾶς ψυχὴν ἔχειν, μὴ γὰρ εἶναι τὴν αὐτὴν ψυχήν, [c] Ῥηγίλλαν καὶ Πολυδεύκη ὡς ζῶντας ἑστιᾶν, καὶ τὰ τοιαῦτα μελετᾶν.

34. Ausus est aliquando publice interrogare Athenienses, audita illa denuntiatione, *Propter quam causssam excludant sacris Barbaros, idque, cum constituerit illis initia Eumolpus, Barbarus e Thracia?*

Ἐτόλμησε δέ ποτε καὶ Ἀθηναίους ἐρωτῆσαι δημοσίᾳ, τὴν προρρήσεως ἀκούσας, διὰ τίνα αἰτίαν ἀποκλείουσι τοὺς βαρβάρους, καὶ ταῦτα, τῆς τελετὴν αὐτοῖς καταστησαμένου Εὐμόλπου, βαρβάρου καὶ Θρᾳκὸς ὄντος.

Ἐπεὶ

c Ῥηγίλλαν] Ut *Marcil.* voluit, edidi. Ῥηγίλλου Edd. priores.

Theatro Rhett. 4, 11. extr. utrum hoc laudis causa dixerit Demonax, tanquam florem Graeciae, an exprobrandae pigritiae, ut Latinus poëta: *Non nautas isto vos, sed Argonautas* (Martial. 3, 67.) sed mihi simpliciter respicere videtur ad stuporem Imperatoris, *oviculae*, & avaritiam inhiantium aureo ipsius velleri philosophorum &c. Tanto autem facilius hoc in mentem venire illi poterat, quod *Apollonii* Argonautica nota sunt. *J.M.G.*

19. Ἀλλ' ὡς πάντα] Ut enim nihil fit in philosophia ista, ita nihil perit. *Hippocr.* de Diaeta 1, 5, 13. Heraclitica ratione, Ἀπόλλυ μὲν οὐδὲν ἀπάντων χρημάτων, οὐδὲ γίνεται, ὅ, τι μὴ ἐκ προόντων ἦν. ξυμμισγόμενα δὲ καὶ ἀλλοιοῦται κ. τ. λ. *J.M.G.*

22. Ῥηγίλλαν, καὶ Πολυδεύκη] Ῥηγίλλαν καὶ Π. *Th.M.*

Ῥηγίλλαν] Recte vidit *Marcilius* in his verbis ἡ γὰρ εἶναι τὴν αὐτὴν ψυχὴν Ῥηγίλλαν καὶ Πολυδεύκη, legendum esse Ῥηγίλλαν. Regilaum enim nemo novit, nemo illius mentionem fecit. Regilla vero fuit uxor Herodis Sophistae, uti constat ex Philostrato, & inscriptione antiqua, quam illustravit Cl. *Salmasius.* *J.G.G.*

Ῥηγίλλαν] De Herode & Rhegilla uxore fuse *Salmasius* ad Rhegillae inscriptionem ab eo editam. Herodem *Attici* a Graecis dictum ex *Philostrato* observat, quem Romani Herodem *Atticum* vocabant, ut in *Torquato & Attico Coss.* p. 90. Duas filias amisit ex IV. liberis (Inscr.) Apud *Philostr.* p. 558. leguntur tantum *tres.* Praegnantem mortuam cum foetu, post mortem unius filiae, conjicit *Salmas.* p. 96. vid. *Salmas.* ad Spartian. p. 77. *Sponii* Miscel. p. 321—7. Non ante annum Chr. CLX. obiisse constat. Vid. *Joh. Mass.* Exc. ined. ad Pausan. Theatrum ei exstruxit, de quo *Philostratus* in vita ejus p. m. 551. ipse Herodes se ὑπερπεπῆσθαι λίθου ἐκόντος, ait ibid. 556. & paulo post; πάρεστι αὐτῷ πανήρους ἀφιππεύεσθαι τὸ πάλαι. Inscriptiones has Herodis iterum prodiisse audio Londini A. 1722. cum selectis Casauboni & Salmasii notis, novisque Editoris Mettarii, inter Miscellanea Graecorum aliquot scriptorum carmina. *M.du S.*

23. Πολυδ.] Vide supra ad cap. 24. *M.du S.*

Ibid. Ἐστίων ∴] Heroibus id quotannis publice fiebat. Vid. *Marp.* c. 21. *Thucyd.* III. p. 58. 2. V. c. 11. VII. c. 11. *Plut.* in Timol. 464. 2. & *Plat.* 353. 2. Privatis etiam licuisse, si cui tantae suppeterent facultates, suis parentare ad eundem modum, probabile est. Quae autem filii parentibus mortuis praestare legibus Atticis tenebantur, semel fieri satis erat. Vid. *Potter.* 164. 2. Orationem tamen funebrem quotannis iteratam idem opinatur 247. De inferiis istis vid. Ἔπιστ. c. 22. *M.du S.*

26. Προρρήσεως] Ergo integra ea non est, quam habemus. Ἀλεξ. c. 38. *M.du S.*

29. Εὐμόλπου] Dico alibi. *J.B.*

Εὐμόλπου] Insignis ea de re est *Euripidis* locus, interpretibus non satis intellectus in Rheso 941. Ibi enim de Athenis agitur, quamvis Cl. *Barnesio* aliter visum fuerit, qui Thamyrim intelligit. *M.du S.*

Ἐπεὶ δέ ποτε πλεῖν μέλλοντι αὐτῷ λιγὰ χειμῶνος, ἔφη τις τῶν φίλων, Οὐ δέδοικας μὴ ἀναλωπέντος τοῦ σκάφους, αὐτὸς ἰχθύων καταβρωθῇς; [a] κἄτα, ἀγνώμων ἂν εἴην, ἔφη, ὀκνῶν αὐτὸς ἰχθύων καταδαπανᾶσθαι, τοσούτους αὐτὸς ἰχθῦς καταφαγών.

35. Cum navigaturo per hiemem diceret amicorum aliquis, *Non metuis, ne everso navigio devoreris a piscibus? Tum ingratus fuerim*, inquit, *si gravarer consumi a piscibus, qui ipse multos adeo pisces epulatus sim.*

Ῥήτορι δέ τινι κάκιστα μελετήσαντι, συνεβούλευσεν ἀσκεῖν, καὶ γυμνάζεσθαι τοῦ δὲ εἰπόντος, Ἀεὶ ἐπ' ἐμαυτοῦ λέγω· Εἰκότως τοίνυν, ἔφη, τοιαῦτα λέγεις, μωρῷ ἀκροατῇ χρώμενος.

36. Rhetori cuidam pessime declamanti consuluit exercere se, & meditari. Hoc autem dicente: *Semper apud me dico; Non igitur mirum est*, inquit, *talia te dicere, qui stultum adeo auditorem adhibeas.*

Καὶ μάντιν δέ ποτε [b] ἰδὼν δημοσίᾳ ὀβολῷ μισθευόμενον, Οὐχ ὁρῶ, ἔφη, [c] ἐφ' ὅτῳ τὸν μισθὸν ἀπαιτεῖς· εἰ γὰρ ὡς ἀλλάξαι τι δυνάμενος τῶν ὀπτεκλωσμένων, ὀλίγον αἰτεῖς, ὁπόσον ἂν αἰτῇς· εἰ δὲ ὡς δέδοκται τῷ θεῷ, πάντα ἔσται, τί σε δυνατὴ ἡ μαντική;

37. Divinatorem videns publice accepta mercede divinantem, *Non video*, inquit, *pro qua re mercedem repetas. Si enim, ut qui mutare aliquid possis de fatis, parum nimis exigis, quantumcumque exigas. Sin vero ut decretum Deo est, sic erunt omnia; tua quid prodest divinatio?*

Πρεσβύτῃ δέ τινος Ῥωμαίῳ εὐσωματοῦντος, καὶ τὴν ἐνόπλιον αὐτῷ μάχην πρὸς πάταλον ὀπιδειξαμένῳ, καὶ ἐρομένῳ, Πῶς σοι Δημώναξ μεμαχῆσθαι ἔδοξα; Καλῶς, ἔφη, ἐν ξύλινον τὴν ἀνταγωνιστὴν ἔχῃς.

38. Sene quodam Romano, corporis bene curati, armatam ipsi pugnam ad palum ostendente, atque interrogante, *Quomodo tibi, Demonax, pugnasse videor? Praeclare*, inquit, *ligneum si hostem habueris.*

Καὶ μὴν καὶ πρὸς τὰς ἀπόρους τῶν ἐρωτήσεων, πάνυ εὐτόχως παρεσκεύαστο. ἐρομένου γάρ τινος ὀπὸ χλευασμῷ, εἰ χιλίας

39. Etiam ad difficiles quaestiones acute admodum paratus erat. Per ludibrium enim interrogante quodam, *Si mille minas lignum*

a Κἄτα] Deest in *Fl.* Adest in reliqq. Κἄτα *J.* & *P.* sine puncto subscripto. b Ἰδὼν] Sic recte *P.* & *Bs.* Εἰδὼν *J.* & reliqq. male. c Ἐφ' ὅτῳ] Ἀνθ' ὅτου Ex. *Fl.* At vulgatam etiam servat *P.*

37. Συνεβούλευσεν ἀσκεῖν, καὶ γυμνάζεσθαι] Benedictus, *suasit ut exercitationi incumberet.* Opsopœus, *ut frequenti exercitio incumberet.* At quis negare audet sæpius id ab illo factum? Sed præclarus lusus est in Græcis, quæ non tam suadent exercitium vel exercitationem, quam manuarias & corporis, non animi & ingenii probationes. Sic in Amoribus de Callicratide. ἦν δὲ & τῷ σώματι γυμναστικός. Et rursus notabili distinctione, πᾶσι δὲ τοῖς φιλοσόφοις ψυχῆς μαθήμασι λιπαρῶς ἐναθλήσας, ἐκείθεν ἡ διάνοια τῆς ἐγκυκλίου ἀγαθῶν κορεσθῇ, τὸ σῶμα ταῖς ἐλλεβόροις ἀσκήσεσιν ἐκπονεῖ. *J. G.*

42. Καὶ μάντιν δέ ποτε ἰδὼν] Scribendum *ἰδών* quod sequiores depravarunt, cum primæ editiones recte habeant. *J. J.*

50. Ἐνόπλιον αὐτῷ μάχην] Vid. supra Ὀρχ. c. 8. *M. du S.*

Ibid. Πρὸς πάταλον] Idem voluit *Theophrastus*, si ejus quidem fœtus est, cap. Περὶ ὀψιμαθίας, p. 7. B. quum ait, eum τὸ μακρὸν ἀνδριάντα παίζειν. *M. du S.*

57. Σπῆσαι — τὸν στόμιον] In Edit. Blancard. *Th. Magistri* τὸν στόμιον male legitur, ubi is sub verbo ἵστημι haec Luciani adfert, ac verbum id recte exponit ζυγοσατῶ. Et hoc sensu ap. LXX. persæpe, ut *Esdr.* VIII. 25. Καὶ ἔστησα αὐτοῖς τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ χρυσίον. Verum apertius 2. *Reg.* XIV. 26. καὶ περιέκοπεν αὐτὸν ἔστησε τὸν τρίχα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ διακοσίους σίκλους. Alibi plene ἔστησεν ἐν ζυγῷ vel σταθμῷ, ut *Job* XXXI. 6. *Esai.* XLVI. 6. &c. *J. F. R.*

69. Πρόβατον] Sotades apud *Stobæum* idem dixit.

Εἰ & βασιλεὺς πίθηκος, ὡς θητὸς ἔκλευσεν.
Ἂν μακρὰ πτύῃς, φλεγματίῳ (γρ. κρατεῖς) κρατῇ σεμνοῦ.
Ἂν εὐῖματῇς, ταῦτα πρὸ σοῦ προβάτιον εἶχεν.

Vid. *Grotii* Flor. p. 115. *M. du S.*

72. Ὑπὲρ

rum cremavero, Demonax, quot ibi minae fumi fuerint? Appende, inquit, *cineres; reliquum omne fumus est.*

μνᾶς ξύλων καύσαιμι, ὦ Δημώναξ, πόσαι μναῖ ἂν καπνῷ γένοιντο; Στῆσον, ἔφη, τὴν σποδόν, καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν καπνός ἐστι.

40. Polybio cuidam indocto plane homini, & vitiose loquenti, cum diceret: *Imperator Romana me civitate honoravit: Utinam*, inquit, *Graecum te potius quam Romanum fecisset!*

Πολυβίῳ δέ τινι, κομιδῇ ἀπαιδεύτῳ ἀνθρώπῳ, καὶ σολοίκῳ, εἰπόντι, Ὁ βασιλεύς με τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ τετίμηκεν· Εἴθε σε, ἔφη, Ἕλληνα μᾶλλον ἢ Ῥωμαῖον πεποίηκεν.

41. Cum praetextatum aliquem videret, latitudine clavi superbientem, ad aurem illius inclinatus, & prehensa veste ostensaque, *Hanc quidem*, inquit, *ante te ovis gestabat, & erat ovis.*

Ἰδὼν δέ τινα τῷ εὐπαρύφων, διὰ τὰ πλάτει τῆς πορφύρας μέγα φρονοῦντα, κύψας αὐτῷ πρὸς τὸ ὠς, καὶ τῆς ἐσθῆτος λαβόμενος, καὶ δείξας, ἔφη, Τοῦτο μέντοι πρὸ σοῦ πρόβατον ἐφόρει, καὶ ἦν πρόβατον.

42. In balneo cum ingredi in fervente aquam cunctaretur, & ut timidum aliquis accusaret, *Dic mihi*, inquit, *an pro patria subiturus eram?*

Ἐπεὶ μέντοι λουόμενος ὤκνησεν εἰς τὸ ὕδωρ ζέον ἐμβῆναι, καὶ ἡτιάσατό τις ὡς δειλιάσαντα, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὑπὲρ πατρίδος αὐτὸ ποιήσων ἔμελλον;

43. Interrogante quodam, *Quid putas agi apud inferos? Expecta*, inquit, *inde tibi rescribam.*

Ἐρομένου δέ τινος, Ὁποῖα νομίζεις εἶναι τὰ ἐν ᾅδου; Περίμενον, ἔφη, κἀκεῖθέν σοι ἐπιστελῶ.

44. Admeto cuidam, malo poëtae, cum diceret scriptum a se epigramma unius versus, quod testamento jussisset suae columellae *sepulcri* inscribi: sed quid prohibet ipsum ponere,

ditatem ex tabulis cernunt. Ac Charixenus quidem quinque solis diebus superstes moritur: Aretaeus autem optimus heredum, tum illius, tum sua parte adscita, & matrem alit Eudamidae, & filiam nuper elocavit, de quinque, quae habebat, talentis duo quidem filiae suae, duo autem amici *filiae* in dotem tribuens, nuptiis utrarumque in eundem diem collatis. Quid tibi videtur, Toxari, Aretaeus hic, parvumne se exemplum amicitiae praestitisse, tanta hereditate adita, non prodito amici testamento? an ponimus hunc quoque in perfectis calculis, ut de quinque unus sit? TOX. Etiam hic honestus. At ego Eudamidam multo magis admiratus sum fiduciae causa, quam de amicis habuit. Ostendit enim, se quoque eadem pro illis fuisse facturum, etiamsi non scripta essent ista in tabulis, sed ante alios nec scriptum talium heredem venturum fuisse.

24. MNES.

a Χαρίξενος] Nihil jam a vulg. abit *Fl.* ὁ Εὐδαμίδαν] Ex emend. *Graev.* Εὐδαμίδα Edd. priores. c Περὶ] Ἐπὶ male L. P. Ἐπὶ τοῖς φίλοις marg. *Alw.*

νόμιμα διτιήτημαι. Quod *Scholiast.* exponit, ἐκτετάδομαι· πεπολίτδομαι νομίμως. Adeoque ad Luciani mentem adpositissime. Pro *disceptare*, *componere*, *Dion. Hal.* Isaeo. p. m. 107. διὰ λόγου ποιήσασθαι, διὰ διαιτῶν ἐκτρίψαι. Et Antiq. VII. p. 457. f. τοὺς πατρικοὺς τὰ νείκη διαιτᾶν. Adde *Harpocrat.* v. διαιτητοί. p. 124. Conf. nott. *Valesii* p. 19. Plura adderem; sed his scriptis video Cl. *Jonsium* idem fere egisse. Nec tamen poenitet, quia res jam videbitur tanto manifestior. *J.F.R.*

75. Ἀπὸ ταλάντων πέντε, ὧν εἶχε] Toto genere confusus & absurdus in his est interpres posterior. Ita enim vides eum vertisse, ut dicat filiam datis quinque talentis quae habebat, elocavisse. Quae talia plane non sunt in Graecis; & si dedisset in hanc rem talenta quinque, profusus fuisset, non diligens in distribuendis hereditariis bonis; ex quibus sic nihil reliquum supermansisset. Longe accuratior Erasmus: *& matrem alit Eudamidae, & filiam non ita pridem elocavit, ex quinque talentis, qua possidebat, duobus in propria filia dotem, duobus in amici filiam erogatis.* Atque ita superat talentum unum in alimenta matris Eudamidae, sapientissima ratione. *J.G.*

84. Εὐδαμίδα] Leve mendum in omnibus editionibus conspicitur, quod vel a tyrone poterat deleri, ἢ δὲ τ Εὐδαμίδα πολὺ μᾶλλον ἐθαύμασα τὸ θάρσος scribendum Εὐδαμίδου. Est enim ab Εὐδαμίδης. In eadem pagina paulo ante fine sensu legitur, οἱ κληρονόμοι δὲ οἷς ταῦτα καλαλέλειπτο, ὡς ἤκουσαν, ἦκον εὐθὺς διαιτητὰ τὰ ὰπ τ διαθηκῶν. Vertunt: *At haeredes quibus ista erant legata, ut audierunt, illico venerunt, agnoscentes ea quae testamento erant mandata.* Quid hoc? num διαιτᾶν est *agnoscere*? Locus est corruptus. Existimo Lucianum scripsisse ἀναγνῶντες τὰ ὰπ τ διαθηκῶν, *perstentes quae in testamento illis erant legata.* Nam διαιτᾶν non memini apud quenquam inveniri. sed ἐκτιτᾶν Luciano est familiare. *J.G.G.*

Εὐδαμίδαν] Perperam legebatur Εὐδαμίδα. V. *Graevii* Not. *M. du S.*

Εὐδαμίδα] Εὐδαμίδου. In addend. Ed. *Graev.* *AE.M.* Item *Gujet.* *J.F.R.*

87. Ἔπραξεν ἐπ' αὐτοῖς] Monente in marg. Cl. *Hemsterhusio* adii L. *Bos* ad Act. Ap. V. 35. videque illum hoc adducto Luciani loco docentem, & Apostoli verba similiter construenda, exponenda; quum interpretes vulgo male construxerint προσέχειν ἐπὶ ἀνθρώποις, pro προσέχειν τί μᾶλλον πράσσειν ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τισὶν. *J.F.R.*

14. MNES. Recte dicis. Sed quartum tibi narrabo Zenothemin Charmolei F. Massilienſem. Oſtenſus autem eſt mihi in Italia, cum legatione pro patria fungerer, vir honeſtus, & magnus, & dives, ut videbatur. Aſſidebat autem illi mulier jumentis junctis iter facienti, tum alias deformis, tum dimidia parte, dextra, arida, & excuſſo oculo foeda, contumelioſiſſime habitum a fortuna, & cui appropinquare nolles, terriculamentum. Deinde cum admirarer, quod pulcher iſte & formoſus ſuſtineret vehi ſecum talem mulierem, ille qui virum mihi oſtenderat, qui accurate noſſet omnia, Maſſilienſis & ipſe, neceſſitatem illarum nuptiarum mihi enarravit. Menecrati, nimirum ait, patri deformis iſtius mulieris amicus erat Zenothemis, diviti, honorato, ejusdem ipſe quoque faſtigii. *Procedente* vero tempore Menecrates judicio facultatibus ſuis privatus eſt, quo tempore étiam honos illi a ſexcentis *ſenatoribus* ademtus, ut qui ſententiam contra leges tuliſſet; ita autem, inquit, Maſſilienſes punimus, ſi quis contra leges aliquid

ΜΝΗΣ. Εὖ λέγεις· τέταρτον δέ σοι διηγήσομαι, Ζηνόθεμιν τ̀ Χαρμόλεω, Μασσαλίηθεν· ἐδείχθη δέ μοι ἐν Ἰταλίᾳ πρεσβεύοντι ὑπὲρ τ̀ πατρίδος, καλὸς ἀνὴρ, καὶ μέγας, καὶ πλούσιος, ὡς ἐδόκει· παρεκάθηλο δὲ αὐτῷ γυνὴ ὅτε ζεύγεσ ὁδοιπορεῦντι, τά τε ἄλλα εἰδεχθὴς, καὶ ξηρὰ τὸ ἥμισυ τὸ δεξιὸν, καὶ τ̀ ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένη, παλαιόν τι καὶ ἀπρόσιτον μορμολύκειον. Εἶτα ἐπεὶ ἐθαύμασα εἰ καλὸς ὢν καὶ ὡραῖος ἀνέχεται παροχουμένην τοιαύτῃ αὐτῷ γυναῖκα, ὁ δείξας μοι αὐτὸν, διηγεῖτο τ̀ ἀνάγκην τῶν γάμων, ἀκριβῶς εἰδὼς ἕκαστα· Μασσαλιώτης δὲ καὶ αὐτὸς ἦν. Μενεκράτει γάρ, ἔφη, τῷ πατρὶ τ̀ δυσμόρφου ταύτης φίλος ἦν ὁ Ζηνόθεμις, πλουτοῦντι καὶ τιμωμένῳ ὁμοτίμως ὤν. χρόνῳ δὲ ὁ Μενεκράτης ἀφῃρέθη τ̀ οὐσίαν ἐκ καλαδίκης, ὥστε καὶ ἄτιμος ἐγένετο ὑπὸ τ̀ ἑξακοσίων, ὡς ἀποφηνάμενος γνώμην ψήφισμα. ὕτω δὲ οἱ Μασσαλιῶται κολάζομεν, ἔφη, εἴ τις ψήφισμα γράψειεν. ἐλυπεῖτο δὲ

d Ἐκπεκομμένη] Recte *P. S. Bz.* Ἐκκεκομμένη male *J. Fl. H. Fr.* e Οὗτος] Αὐτὸς *Fl.*

2. Παροχουμένην] Ἢ παρὰ τῶν πλησιόπλα. *G.* Corrupte. Forſan, ἢ παρ' αὐτὸν πλησιόπλα.

92. Ζηνόθεμιν] Vera haec eſſe crediderim & a Luciano viſa. *M. du S.*

93. Ἰταλίᾳ πρεσβ. De ſe ipſo loqui hic ſub perſona Lucianum putem; confer cum his, quae in *Somnio* habet c. 9. *M. du S.*

99. Παλαιόν τι] Enumeratur inter verba in *Steph. Theſ.* deficientia, ab Cl. *Jenſio* in longa illa nota ad *Imag.* Nec habent *Poll. Suid. Heſych. Harpocr.* Nec ego alibi legi. *Hemſterhuſianis* arculis opus foret ad talia aliunde probanda, niſi compoſitum fictum ſit ab Luciano; ſed λαβστὸς notum, & ex eo alterum ſatis intelligitur, neque auctoritatibus ad id opus eſt. *J. F. R.*

10. Ὑπὸ τ̀ ἑξακοσίων] Vid. *Dionyſ. Voſſii* notas in L. I. Caeſ. de Bell. Civ. p. 302. *M. V. la Croze.*

Ὑπὸ τ̀ ἑξακοσίων] Quid prohibet *Voſſii* notam ab Cl. *La Croze* indicatam compendioſe deſcribere. *Caeſ.* enim B. Civ. I. c. 35. dixerat: *Evocat ad ſe Caeſar Maſſilienſium* XV. *primos*, &c. ad quae Voſſ. „ ταυτὶ „ καὶ ἅδικα πρεσβεύσας. Nam ut ex *Strabone* diſcimus „ L. IV. διοικοῦν) ἀριστοκρατικῶς οἱ Μασσαλιῶται πάντων „ εὐνομώτατοι· ἀνδρῶν γ' παλαιστικῶν συνέδριον, ὃν βίῳ „ τιμῶντι ἐχόντων τὴν τιμὴν, ἃς Τιμούχους καλοῦσι. Πεῖσε „ καὶδικα δὲ εἰσι τῷ συνεδρίῳ πρεσβεύοντες, τούτοις δὲ τὰ „ πρόχειρα διοικεῖν δίδοται· πάλιν δὲ τ̀ εἰ πρεσβεύειν) τρεῖς „ εἰ πλείους ἰχνοῦσι. Igitur ſexcenti Senatores Maſſi„ lienſibus, in his XV. viri, quos Τιμούχους vocant, „ praeceliebant, & inter Τιμούχους tres praeſidebant. „ Etiam meminit Lucianus, qui Maſſiliae rhetorem „ egit, in *Toxari*, h. l. &c. Etiam *Valer. Max.* L. II. „ c. 6. ait: *Venenum datum ei, qui cauſſas ſexcentis (id „ enim Senatus ejus nomen eſt) exhibuit*". Sed & de Atticis Sexcentis mentio fit in inſcript. quam adfert *Spon.* de pag. Atticis, p. m. 29.

Η ΒΟΥΛΗ ΕΞ ΑΡΕΙΟ . . .
ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ . . .
&c. &c.

Quamque ſic ſupplendam arbitratur:

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ ΚΑΙ
Η ΒΟΥΛΗ
ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ, &c.

J. F. R.

τες τὰ ἐκ τ Ἀγαθηκῶν. ὁ μὲν οὖν [a] Χαρίξενος πέντε μόνας ἡμέρας ὑπολιπὼν, ἀπέθανεν· ὁ δὲ Ἀρεταῖος, ἄριστος κληρονόμων γενόμενος, τοῦ τε ἐκείνου, καὶ τ αὐτοῦ μερίδα προσλαβών, τρέφει τε τὴν Εὐδαμίδα τ μητέρα, καὶ τ θυγατέρα ἣ πρὸ πολλοῦ ἐκδέδωκεν, ἀπὸ ταλάντων πέντε, ὧν εἶχε, δύο μὲν τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ, δύο δὲ τῇ τοῦ Φίλου ὑπεδύσ, καὶ τ γάμον γε αὐταῖν ὑπὲρ μιᾶς ἡμέρας ἠξίωσε γενέσθ. τί σοι δοκεῖ, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀρεταῖος οὗτος; ἆρα φαῦλον παράδειγμα φιλίας παρεσχῆται, τοιαῦτα κληρονομήσας, καὶ μὴ προδοὺς τὰς Ἀγαθήκας τοῦ Φίλου; ἢ τίθεμεν καὶ τοῦτον ἐν ταῖς τελείαις ψήφοις μίαν τ πέντε εἶναι; ΤΟΞ. Καὶ οὗτος μὲν καλός· ἐγὼ δὲ τ [b] Εὐδαμίδαν πολὺ μᾶλλον ἐθαύμασα τῆς θάρσους, ἣ εἶχε [c] περὶ τοὺς φίλους. ἐδήλωσε γὰρ ὡς καὶ αὐτὸς ἂν τὰ ὅμοια ἔπραξεν ἐπ' αὐτοῖς, εἰ μὴ καὶ ἐν Ἀγαθήκαις ταῦτα ἐνεγέγραπτο, ἀλλὰ πρὸ τῶν ἄλλων ἦκεν ἂν ἄγραφος κληρονόμος τ τοιούτων.

ditatem ex tabulis cernunt. Ac Charixenus quidem quinque solis diebus superstes moritur: Aretaeus autem optimus heredum, tum illius, tum sua parte adscita, & matrem alit Eudamidae, & filiam nuper elocavit, de quinque, quae habebat, talentis duo quidem filiae suae, duo autem amici *filiae* in dotem tribuens, nuptiis utrarumque in eundem diem collatis. Quid tibi videtur, Toxari, Aretaeus hic, parvumne se exemplum amicitiae praestitisse, tanta hereditate adita, non prodito amici testamento? an ponimus hunc quoque in perfectis calculis, ut de quinque unus sit? TOX. Etiam hic honestus. At ego Eudamidam multo magis admiratus sum fiduciae causa, quam de amicis habuit. Ostendit enim, se quoque eadem pro illis fuisse facturum, etiamsi non scripta essent ista in tabulis, sed ante alios nec scriptum talium heredem venturum fuisse.

24. MNES.

a Χαρίξενος] Nihil jam a vulg. abit *Fl.* ὁ Εὐδαμίδου] Ex emend. *Graev.* Εὐδαμίδα Edd. priores. c Περὶ] Ἐπὶ male L. P. Ἐπὶ τοῖς φίλοις marg. *Alw.*

νόμιμα διτιήτημαι. Quod *Scholiast.* exponit, ἐπιτέθεικα· πιστεύομαι νομίμως. Adeoque ad Luciani mentem adpositissime. Pro *disceptare*, *componere*, *Dion. Hal.* Isaeo. p. m. 107. ἐδὲ λόγον ποιήσασθ, ἐδὲ διαιτῶν ἐπιτρέψαι. Et Antiq. VII. p. 457. f. τοὺς πατρικίους τὰ νίκη διαιτᾶν. Adde *Harpocrat.* v. διαιτητάι. p. 124. Conf. nott. *Vales.* p. 19. Plura adderem; sed his scriptis video Cl. *Jonsium* idem fere egisse. Nec tamen poenitet, quia res jam videbitur tanto manifestior. *J.F.R.*

75. Ἀπὸ ταλάντων πέντε, ὧν εἶχε] Toto genere confusus & absurdus in his est interpres posterior. Ita enim vides eum vertisse, ut dicat filiam datis quinque talentis quae habebat, elocavisse. Quae talia plane non sunt in Graecis; & si dedisset in hanc rem talenta quinque, profusus fuisset, non diligens in distribuendis hereditariis bonis; ex quibus sic nihil reliquum supermansisset. Longe accuratior Erasmus: *& matrem alit Eudamidae, & filiam non ita pridem elocavit, ex quinque talentis, quae possidebat, duobus in propriis filiae dotem, duobus in amici filiam erogatis.* Atque ita superat talentum unum in alimenta matris Eudamidae, sapientissima ratione. *J.G.*

84. Εὐδαμίδα] Leve mendum in omnibus editionibus conspicitur, quod vel a tyrone poterat deleri, ἢ τ Εὐδαμίδα πολὺ μᾶλλον ἐθαύμασα τοῦ θάρσους. scribendum Εὐδαμίδου. Est enim ab Εὐδαμίδης. In eadem pagina paullo ante fine sensu legitur, οἱ κληρονόμοι ἢ οἷς ταῦτα καλλίλειπτο, ὡς ἥκασιν, ἦκεν υἱὸς διαιτητὴς τὰ ὰ τ διαθηκῶν. Vertunt: *At haeredes quibus ista erant legata, ut audierunt, illico venerunt, agnoscentes ea quae testamento erant mandata.* Quid hoc? num διαιτᾶν est *agnoscere*? Locus est corruptus. Existimo Lucianum scripsisse ἀπιστοῦντες τὰ ὰ τ διαθηκῶν, *pertentes quae in testamento illis erant legata.* Nam διαιτᾶν non memini apud quenquam inveniri. sed ἀπιστᾶν Luciano est familiare. *J.G.G.*

Εὐδαμίδαν] Perperam legebatur Εὐδαμίδα. V. *Graevii* Not. *M.de S.*

Εὐδαμίδα] Εὐδαμίδου. In addend. Ed. *Graev.* AE. *M.* Item *Gujet.* *J.F.R.*

87. Ἐπραξεν ἐπ' αὐτοῖς] Monente in marg. Cl. *Hemsterhusio* adii L. *Bos* ad Act. Ap. V. 35. videque illum hoc adducto Luciani loco docentem, & Apostoli verba similiter construenda, exponenda; quum interpretes vulgo male construxerint προσέχετε ἐπὶ ἀνθρώποις, pro προσέχθε τί μέλλει πράσσειν ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τούτοις. *J.F.R.*

24. MNES. Recte dicis. Sed quartum tibi narrabo Zenothemin Charmolei F. Massilienſem. Oſtenſus autem eſt mihi in Italia, cum legatione pro patria fungerer, vir honeſtus, & magnus, & dives, ut videbatur. Aſſidebat autem illi mulier jumentis junctis iter facienti, tum alias deformis, tum dimidia parte, dextra, arida, & excuſſo oculo foeda, contumelioſiſſime habitum a fortuna, & cui appropinquare nolles, terriculamentum. Deinde cum admirarer, quod pulcher iſte & formoſus ſuſtineret vehi ſecum talem mulierem, ille qui virum mihi oſtenderat, qui accurate noſſet omnia, Maſſilienſis & ipſe, neceſſitatem illarum nuptiarum mihi enarravit. Menecrati, nimirum ait, patri deformis iſtius mulieris amicus erat Zenothemis, diviti, honorato, ejusdem ipſe quoque faſtigii. *Procedente* vero tempore Menecrates judicio facultatibus ſuis privatus eſt, quo tempore etiam honos illi a ſexcentis *ſenatoribus* ademtus, ut qui ſententiam contra leges tuliſſet; ita autem, inquit, Maſſilienſes punimus, ſi quis contra leges aliquid

ΜΝΗΣ. Εὖ λέγεις· τέταρτον δέ σοι διηγήσομαι, Ζηνόθεμιν τὸν Χαρμόλεω, Μασσαλίηθεν· ἐδείχθη δέ μοι ἐν Ἰταλίᾳ πρεσβεύοντι ὑπὲρ τῆς πατρίδος, καλὸς ἀνὴρ, καὶ μέγας, καὶ πλούσιος, ὡς ἐδόκει· παρεκάθηλο δὲ αὐτῷ γυνὴ ὅτε ζεύγεσι ὁδοιπορῶντι, τά τε ἄλλα εἰδεχθὴς, καὶ ξηρὰ τὸ ἥμισυ τὸ δεξιὸν, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένη, παλαιόν τι καὶ ἀπρόσιτον μορμολύκειον. Εἶτα ἐπεὶ ἐθαύμασα εἰ καλὸς ὢν καὶ ὡραῖος ἀνέχεται παροχούμενον τοιαύτην αὐτῷ γυναῖκα, ὁ δείξας μοι αὐτὸν, διηγεῖτο τὴν ἀνάγκην τῶν γάμων, ἀκριβῶς εἰδὼς ἕκαστα· Μασσαλιώτης δὲ καὶ αὐτὸς ἦν. Μενεκράτει γάρ, ἔφη, τῷ πατρὶ τῆς δυσμόρφου ταύτης φίλος ἦν ὁ Ζηνόθεμις, πλουτοῦντι καὶ τιμωμένῳ ὁμοτίμως ὤν. χρόνῳ δὲ ὁ Μενεκράτης ἀφῃρέθη τὴν οὐσίαν ἐκ καταδίκης, οὔτε καὶ ἄτιμος ἐγένετο ὑπὸ τῶν ἑξακοσίων, ὡς ἀποφηνάμενος γνώμην ἀθέμιτον. οὕτω δὲ οἱ Μασσαλιῶται κολάζομεν, ἔφη, εἴ τις ἄθεμα γράψειεν. ἐλυπεῖτο δὲ

d Ἐκκεκομμένη] Recte *P. S. Bz.* Ἐκκεκομμένην male *J. Fl. H. Fr.* e Οὕτος] Αὐτὸς *Fl.*

2. Παροχούμενον] Ἢ ὠθεῖ τὸν πλησιάζοντα. *G.* Corrupte. Forſan, ἢ παρ' αὐτὸν πλησιάζοντα.

92. Ζηνόθεμιν] Vera haec eſſe crediderim & a Luciano viſa. *M. du S.*

93. Ἰταλίᾳ πρεσβ. De ſe ipſo loqui hic ſub perſona Lucianum putem; confer cum his, quae in *Somnio* habet c. 9. *M. du S.*

99. Παλαιόν τι] Enumeratur inter verba in *Steph. Theſ.* deficientia, ab Cl. *Jenſio* in longa illa nota ad *Imag.* Nec habent *Poll. Suid. Heſych. Harpocr.* Nec ego alibi legi. *Hemſterhuſianis* arculis opus foret ad talia aliunde probanda, niſi compoſitum fictum ſit ab Luciano; ſed λαβυρὸς notum, & ex eo alterum ſatis intelligitur, neque auctoritatibus ad id opus eſt. *J. F. R.*

10. Ὑπὸ τῶν ἑξακοσίων] Vid. *Dionyſ. Voſſii* notas in L. I. Caeſ. de Bell. Civ. p. 302. *M. V. la Croze.*

Ὑπὸ τῶν ἑξακοσίων] Quid prohibet *Voſſii* notam ab Cl. *La Croze* indicatam compendioſe deſcribere. *Caeſ.* enim B. Civ. I. c. 35. dixerat: *Evocat ad ſe Caeſar Maſſilienſium* XV. *primos*, &c. ad quae Voſſ. „ *notis* „ *καὶ δίκαια πρὸς ἕκαστα*. Nam ut ex *Strabone* diſcimus „ L. IV. διοικοῦσι] *ἀριστοκρατικῶς οἱ Μασσαλιῶται πάντων* „ *σπουδαίως· ἀνδρῶν γὰρ καλοκἀγαθῶν συνέδριον, ὃν βίᾳ* „ *ταύτῃ ἰσχόντων τὴν τιμὴν, ἃς Τιμούχους καλοῦσι. Πεῖθε-* „ *καίδικα δὲ εἰσὶ τῷ συνεδρίῳ πρὸς ἕκαστα, τούτοις δὲ τὰ* „ *πρόκριτα διοικεῖν δέδοται· πάλιν δὲ τῶν προκαθημένων τριῶν* „ *οἱ πλεῖστον ἰσχύοντες.* Igitur ſexcenti Senatores Maſſi- „ lienſibus, in his XV. viri, quos *Τιμούχους* vocant, „ praecellebant, & inter *Τιμούχους* tres praeſidebant. „ Etiam meminit Lucianus, qui Maſſiliae rhetorem „ egit, in *Toxari*, h. l. &c. Etiam *Valer. Max.* L. II. „ c. 6. ait: *Venenum datur ei, qui cauſſas ſexcentis (id* „ *enim Senatus ejus nomen eſt) exhibuit*". Sed & de Atticis Sexcentis mentio fit in inſcript. quam adfert *Spon.* de pag. Atticis, p. m. 29.

Η ΒΟΥΛΗ ΕΞ ΑΡΕΙΟ . . .
ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ . . .
&c. &c.

Quamque ſic ſupplendam arbitratur:

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ ΚΑΙ
Η ΒΟΥΛΗ
ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ, &c.

J. F. R.

ὢν ὁ Μενεκράτης, ᾗ ὅτι τῇ καλαδίκῃ, [a] ᾗ ἐπεὶ ἐκ πλουσίου πένης, ᾗ ἐξ ἐνδόξου ἄδοξος ᾗ ἐν ὀλίγῳ ἐγένετο. μάλιστα δὲ αὐτὸν ἡνία θυγάτηρ αὐτῷ, ὑπάγαμος ἤδη, καὶ [b] ὀκλωκαιδεκέτις οὖσα, ἣν εἰδὲ μὴ πᾶσης τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, ἣν γε πρὸ τῆς καλαδίκης ἐκέκτητο, ἠξίωσεν ἄν τις τῶν γε [c] ἀγεννῶν καὶ πενήτων ῥᾳδίως παραλαβεῖν, εἴτω κακοδαίμονα οὖσαν τὴν ὄψιν. ἐλέγετο δὲ καὶ καλαπίπτειν πρὸς τὴν σελήνην αὐξανομένην.

promulgeret. Triſtis ergo Menecrates tum propter damnationem, tum quod ex divite pauper, & ex nobili ignobilis parvo adeo intervallo factus eſſet; maxime cruciabatur ob filiam hanc, nubilem jam & duodeviginti annorum, quam nec cum omni patris ſubſtantia, quam ante damnationem habuerat, voluiſſet aliquis vel ignobilium & pauperum facile, cum infelici illa forma, ducere. Dicebatur autem etiam concidere ad Lunae incrementa.

Ὡς δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Ζηνόθεμιν [d] ἀπωδύρετο, Θάρρει, ἔφη, ὦ Μενέκρατες, εἴτε γὰρ ἀπορήσεις τῶν ἀναγκαίων, καὶ ἡ θυγάτηρ σου ἄξιον τοῦ γένους εὑρήσει νυμφίον τινά· καὶ ταῦτα ἅμα διεξιὼν, λαβόμενος [e] αὐτοῦ τῆς δεξιᾶς, [f] ἦγεν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ πλοῦ τε οὐσίαν πολλὴν οὖσαν ἐνείματο πρὸς αὐτόν· καὶ δεῖπνον παρασκευασθῆναι κελεύσας, εἰστία τοὺς φίλους, καὶ τὸν Μενεκράτην, ὡς δή τινα τῶν ἑταίρων πεπεικὼς γαμοῦν τὴν κόρης τὸν γάμον. ἐπεὶ δὲ ἐδεδείπνηντο αὐτοῖς, καὶ ἔσπεισαν τοῖς θεοῖς, ἐνταῦθα δὴ μετὰ ταῦτα τὴν φιάλην προτείνας, Δέδεξο, εἶπεν, ὦ Μενέκρατες, παρὰ τοῦ γαμβροῦ φιλοτησίαν· ἄξομαι γὰρ ἐγὼ τήμερον τὴν σὴν θυγατέρα Κυδιμάχην· τὰ προῖκα δὲ τάλαντα εἴληφα, τάλαντα πέντε καὶ εἴκοσι. τοῦ δὲ ἀπαγορεύοντος, μὴ σύγε, ὦ Ζηνόθεμι, μὴ ἔτω

25. Haec cum deploraret apud Zenothemin, ille, *bono*, inquit, *animo eſto, Menecrates, nec enim neceſſaria tibi deerunt, & filia tua dignum ſuo genere ſponſum inveniet*: ac cum his dictis dextra illius prehenſa domum ſecum ſuam illum deducit: ſuasque opes, quae magnae erant, cum illo dividit, & coena parari juſſa amicos excipit convivio, ipſumque Menecratem, velut amicorum alicui perſuaſiſſet puellae nuptias. Cum vero coenati eſſent, & Dis libaſſent; hic plenam illi phialam propinans, *Accipe*, inquit, *a genero poculum amicitiae! ducam enim ego hodie tuam filiam Cydimachen, dotem accepi olim, talenta quinque & viginti.* Illo vero dicente, *Apage, noli hoc facere Zenothemi, nec ita ego inſaniam, ut videre*

a Καὶ] Abeſt a *Fl.* *b* Ὀκτωκαιδικέτις] Ὀκτωκαιδεκαέτις *Fl.* Vulgatae adſentitur P. *c* Ἀγεννῶν] Reſtitut. ex P. L. *J. V2.* marg. *A1.* & Mſ. *Gr.* Εὐγενῶν male *Fl. Ald. Fr. B2. H. P. S. A.* *d* Ἀπωδύρετο] Ex *B1.* & 2. Ἀποδ. cett. omnes. *e* Αὐτοῦ] Deeſt in *Fl.* Adeſt in cett. & P. *f* Ἦγεν] Reſtitut. ex L. Ἦγεν P. Ἦκεν Edd. omnes.

20. Εὐγενῶν] De Menecratis filia deformi, ἣν εἰδὲ μὴ πᾶσης τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, ἣν γε πρὸ τῆς καλαδίκης ἐκέκτητο, ἠξίωσεν ἄν τις τῶν εὐγενῶν καὶ πενήτων ῥᾳδίως παραλαβεῖν, εἴτω κακοδαίμονα οὖσαν τὴν ὄψιν. *Quam ne cum omni quidem patris ſubſtantia, quam ante mulctam poſſederat, dignatus fuiſſet quiſquam ingenuus ac pauper facile accipere, quae forma eſſet tam infelici.* Sic Eraſmus vertit. Non eſt mirum nullum τῶν εὐγενῶν hoc ſpinturnicium voluiſſe ducere. Omnino ſcribendum ex Mſ. τῶν ἀγενῶν, *obſcurorum, ex ima plebe.* *J.G.G.*

Ἀγεννῶν] Debetur haec genuina ſcriptura MS. Gr. P. L. & Edd. *J.* & *V2.* nam depravatiſſime in reliquis legitur εὐγενῶν. *M. du S.*

21. Παραλαβεῖν] Proprium eſſe de uxore recipienda, domum deducenda, multis docet Rev. *Elſner.* ad *Euang. Matth.* I. 20. ubi legas: μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν τὴν γυναῖκά σου. *J.F.R.*

24. Ταῦτα πρὸς τὸν Ζηνόθεμιν ἀπωδύρετο] Verterat optime Eraſmus per verbum *deploraret*. Id Salmurii futiliter degenerâvit in *declararet*, ac perperam in hac editione retentum. Cavebunt ſpero poſteri. *J.G.*

Ταῦτα πρὸς τὸν Ζηνόθεμιν ἀπωδύρετο] Turpis macula. Scribe ocyus ἀπωδύρετο. Vertit Salmurienſis *declararet*; quam futilem verſionem jam caſtigavit Cl. *Gronovius* pag. 904. Ed. *Graev.* *J.J.*

Ibid. Ἀπωδύρετο] Hanc vocem emaculavimus. In omni-

u possim, juvenem & pulchrum, puellae turpi & male affectae junctum. At ille, haec dicente *patre*, ablata sponsa in thalamum abit, & inde prodit paullo post virginitate illius interfecta: & ab illo inde tempore cum illa vivit vehementer illam amans, & ubique, uti vides, illam secum circumducens.

μανείην, ὡς ϖειϊδεῖν σε νέον ϗ καλὸν ὄντα, χόρη αἰσχρᾷ ϗ λελωϐημένῃ συγκαλαζευγνύμενον. ὁ δὲ, ταῦτα διεξιόντ῾ ϖατρὸς, ἀράμενος τ᾽ νύμφην, ἀπῆλθεν ἐς τ᾽ θάλαμον· ϗ μετ᾽ ὀλίγον ϖροῆλθε, ϖεπαρθένηκώς αὐτῇ. ϗ τὸ ἀπ᾽ ἐκείνης σύνεστιν ὑϖεραγαπῶν, ϗ ϖάντη ὡς ὁρᾷς ϖεριαγόμενος αὐτῇ.

26. Et tantum abest, ut hujus eum matrimonii poeniteat, ut potius glorianti eo videatur similis, ostendens contemni a se vel pulchra vel turpia corporis, & divitias, & splendorem; respici vero amicum & Menecratem, quem non putet deteriorem ad amicitiam suffragiis sexcentorum factum. Veruntamen pro his hoc jam ipsi praemium fortuna retulit: puer enim illi pulcherrimus ex turpissima hac natus est. Et nuper, cum suis illum manibus intulisset in Senatum pater, ramo *olivae* redimitum, & pulla veste indutum, ut miserabilior videretur pro avo *deprecans*, arrisit Senatoribus puer, & plausum manibus dedit. Fractus autem *eo spectaculo* senatus, damnationem remisit Menecrati; & jam honoribus restitutus est, advocato tali apud Senatum usus. Talia, Massilienses dixit, acta a Zenothemi in amici gratiam, non

Καὶ ϑχ ὅπως ᵍ οὐκ αἰσχύνε᾽ τῷ γάϱομῳ, ἀλλὰ ϗ σεμνυνομένῳ ἔοικεν, ἐπιδεικνύμεν῾ ὡς καλαφρονεῖ μ᾽ τ᾽ ἐν σώμασι καλῶν, ἢ αἰσχρῶν, ϗ ϖλούτου, ϗ δόξης, ἀφορᾷ δὲ ἐς τ᾽ Φίλον, ϗ τ᾽ Μενεκράτην· οὐδὲ οἷός᾽ χείρων ϖρὸς Φιλίαν ϰϖὸ τ᾽ ψήφου τ᾽ ἑξακοσίων γεγονέναι. ϖλὴν ἤδη γε τούτων ὅτως αὐτὸν ἠμείψατο ϗ ἡ τύχη· ϖαιδίον γ᾽ ϖάγκαλον ἐκ τ᾽ αἰσχίστης αὐτῷ ταύτης ἐγένετο· ϗ ϖρώην γε, ἐπεὶ δεϱάμενος αὐτὸ εἰσεκόμισεν ὁ ϖατὴϱ ʰ εἰς τὸ βουλευτήριον, θαλλῷ ἐστεμμένον, ϗ μέλανα ἀμπεχόμενον, ὡς ἐλεεινότερον φανείη ὑπὲϱ τ᾽ ϖάππου, τὸ μ᾽ βϱέφ῾ ἀνεγέλασε ϖρὸς τοὺς βουλευτάς, ϗ συνεκρότησε τῷ χείρε· ἡ βουλὴ δὲ ἐπικλασθεῖσα ϖρὸς αὐτὸ, ἀφῆκε τῷ Μενεκράτ᾽ τ᾽ καταδίκην, ϗ ἤδη ⁱ ἐπίτιμός ἐστι, τηλικούτῳ συνηγόρῳ χρησάμεν῾ ϖρὸς τὸ συνέδϱιον. τοιαῦτα ὁ Μασσαλιώτης ἔλεγε τ᾽ Ζηνόθεμιν εἰϱγάσθαι ὑπὲϱ τ᾽ Φίλου, ὡς ὁρᾷς,

ὦ

g Οὐκ] Non adesse in suo Cod. adlevit collator in marg. *Alii.* h Εἰς] Restitui ex *J.* & *S.* Nam omissum in *P. H.* &c. i Ἐπίτιμ῾] Et sic habere *Fl.* ac *Fr.* cum *J.* notat *Solan.* Sed habent etiam *P. H. B2.* aliaeque.

omnibus enim exceptis *Bass.* ἀπὸ — legebatur. *M. du S.*

Ἀπωδύρετο] Quod *Gronov.* monet, *cavebum posteri*, id Cl. *Gesner.* vel sine hac monitione praestitisset, ut praestitit: quod Bened. *declararet* dederit, id vitium typographicum credo, quum *declamaret* voluerit; idque forsan eadem notione accipi voluit, qua *deplorare*; nam Graeci verbi vim ei incognitam fuisse, prorsus est ἀδύϖατον, quod vero *Graeviana* Ed. id servarit, magis culpandum. *J. F. R.*

29. Ἦγεν] Sic recte L. In P. ἦσαν. In impressis vero ἦν. *M. du S.*

43. Συγκαλαζευγνύμενον] Qui nescit τὸ ζεύγνυμι ejusque composita de matrimonio junctis aut jungendis adhiberi solitum, adeat Rever. *Jac. Elsner.* ad *Euang. Marc.* X. 9. *J. F. R.*

63. Βουλὴ..] Citat haec verba *Suidas* in ἐπιτιμ. Sed ibi corrupte pro αὐτὸ legitur αὐτοῦ. Quod cum Doctissimo Editori contubernali tum indicassem, & cum pauculis aliis in schedula annotatum tradidissem, ea casu aliquo deperdita, in ea Editione omissum fuit: quod tamen ei fraudi esse, tantillum cum sit, ob alia & multa laude sane digna, in ea Editione ab eo summo labore praestita, nolim. *M. du S.*

65. Ἐπίτιμός] Bene monuit Cl. *Hemsterh.* in marg. adeundum *Dukerum* ad *Thucyd.* p. 330. No. 25. Cum enim & *Thucyd.* V. c. 34. habeat, οἵτινες ἐπίτιμοι, & Cl. *Duk.* illud verbum ex *Th. Mag. Suid.* atque auctore Etymologici, hocque Luciani loco probet, satis patet probam esse Luciani vulgatam, neque id in ἐπιτίμ῾ mutandum; sed significare, *qui integra fama & existimatione est.* *J. F. R.*

70. Παλ-

ὐ μικρὰ, οὐδὲ ὑπὸ πολλῶν ἂν Σκυθῶν γενόμενα· οἵγε καὶ τὰς παλλακὰς ἀκριβῶς τὰς καλλίστας ἐκλέγεσθαι λέγονται.

parva, ut vides, neque a Scythis multis expectanda, qui quidem pellices etiam pulcherrimas cum cura dicantur eligere.

Λοιπὸς ἡμῖν ὁ πέμπτος· καί μοι δοκῶ οὐκ ἄλλον ἐρεῖν, Δημητρίου τοῦ Συνιέως ὑπιλαθόμενος. συνεκπλεύσας γὰρ ἐς τὴν Αἴγυπτον ὁ Δημήτριος, Ἀντιφίλῳ τῷ Ἀλωπεκῆθεν, ἑταίρῳ ἐκ παίδων ὄντι καὶ συνεφήβῳ, συνῆν καὶ συνεπαιδεύετο, αὐτὸς μὲν τὴν Κυνικὴν ἄσκησιν ἀσκούμενος ὑπὸ τῷ Ῥοδίῳ ἐκείνῳ σοφιστῇ· ὁ δὲ Ἀντίφιλος ἰατρικὴν ἄρα ἐμελέτα. καὶ δή ποτε ὁ μὲν Δημήτριος ἔτυχεν ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀποδημῶν καὶ θέαν τῶν πυραμίδων καὶ τοῦ Μέμνονος. ἤκουε γὰρ ταύτας, ὑψηλὰς ὄσας, μὴ παρέχεσθαι σκιάν· τὸν δὲ Μέμνονα βοᾶν πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον. τούτων ἐπιθυμήσας Δημήτριος, θέας μὲν τῶν πυραμίδων, ἀκροάσεως δὲ τοῦ Μέμνονος, ἀναπεπλεύκει καὶ τὸν Νεῖλον, ἕκτον

Aegyptum Demetrius cum Antiphilo Alopeciensi, suo a pueris inde sodali & aequali, *ibi* una vivebat atque instituebatur, Cynicas ipse sectatus exercitationes, sub Sophista illo Rhodio; Antiphilus autem medicinam meditabatur. Aliquando Demetrius peregrinatur per Aegyptum Pyramidas visurus & Memnonem. Audierat enim illas, quantumvis altas, umbram non praebere; Memnonem autem ad Orientem solem exclamare. Horum ergo cupidus, nempe videndarum Pyramidum, ac Memnonis audiendi, adverso Nilo sextum jam men-

27. Supereſt nobis quintus: & videor mihi non alium dicturus, Sunienſi Demetrio praetermiſſo. Cum navigaſſet enim in

a Ἀλωπεκῆθεν] Conſtans Edd. lectio.

70. Παλλακὰς] Plures fuiſſe Scythis uxores & concubinas, infra clarius patebit c. 39. Idem de Thracibus ex *Menandri* fragmento conſtat a *Strabone* in eam rem adducto, calculoque ſuo comprobato, Lib. VII. p. 297. Ed. *Par.* qua de re infra pluribus. *M. du S.*

73. Δημητρίου] Idem de quo *Philoſtratus* IV. 24. qui VI. 33. in quibusdam Codd. Συνιεὺς pro vulgato Κώων dicitur; vide etiam noſtrum Ὀρχ. c. 63. Unicus reſtat ſcrupulus, quod Demetrius ille, quicunque tandem eſt, etiam tum, cum Auctor haec ſcriberet, in vivis fuiſſe videtur, vide c. 33. & 34. *M. du S.*

75. Τῷ Ἀλωπεκῆθεν] *Alciphr.* III. Ep. 37. pr. γέγονα γὰρ ἐγὼ Ἐρμαφροδίτου, τοῦ Ἀλωπεκῆθεν ταυτὶ ἀναθήσαντος. De pago autem Attico Ἀλωπεκὴ vel Ἀλωπεκαὶ vid. *Meurſ.* de pag. Att. Et reliq. Att. p. 7. Ubi ex *Aeſchine* docet abfuiſſe ab Urbe ſtadiis circiter duodecim. Et ex *Ariſtaen.* I. Ep. 4. Ἰππίας ὁ καλὸς, ὁ Ἀλωπεκῆθεν &c. adfert, qui eod. modo adverbialiter cum articulo ponit, ut Lucian. *J. F. R.*

76. Ἐκ παίδων] Modo ἐκ παιδὸς, ut *Alciphr.* I. p. 30. modo ἐκ παίδων. Pluralis tamen hic frequentior. Supra c. 12. φίλος ἐκ παίδων ἦν. Adde *Demon.* c. 3. & alibi. *Herodian.* III. 15. 11. At ibi ἀμφοτέρους praemittitur, adeoque nihil mirum. Sed quid plura in re nota? Latini aeque *a pueris* dicunt atque *a puero*, & prius quidem frequentius. *J. F. R.*

78. Ῥοδίῳ — σοφιστῇ] Quis ille Rhodius Sophiſta Cynicus? An Agathobulus ille, de quo *Demon.* c. 3. & *Pſeph.* c. 17.? Sed ſi *Cynicus*, cur *Sophiſta* audit? Niſi forſan *Impoſtorem* intelligat, ut *Pſeph.* c. 13. & paſſim. *M. du S.*

84. Μέμνονα βοᾶν] Exſtabat revera Luciani tempore decantata illa Memnonis ſtatua. Vide *Philoſ.* c. 33. *Philoſtr.* p. 232. & lege omnino *Strabonem*, qui ipſe ſe eam Thebis vidiſſe narrat XVII. p. 816. *M. du S.*

86. Πυραμίδων — Μέμνονος] Pyramides ſtructurae ſunt ex ſaxis aut lateribus, ab imo amplae, in ſummo acutae, atque in altam molem evectae, ad nihil quam ad effundendum opes inventae. Memnonis autem hujus cineres in aves transmutati feruntur, quae magnis gregibus e diverſis locis ſingulis annis ad ſepulcrum Memnonis convolare, atque ibi primum querulas voces edere, deinde inter ſe dimicare dicuntur. *Ovid.* Lib. XIII. Metam. *Lucian.* in Philopſ. *G. C.*

87. Ἀνακεκλεύκει κατὰ τὸν Νεῖλον ἤδη μῆνα] Aſſumpſit ab Eraſmo Benedictus *ſextum jam menſem adverſo Nilo navigabat.* Quod quis unus homo fecit unquam? aut ſi quis feciſſet, qui non oportuiſſet fieri, ut ab illo detegerentur fontes Nili? ſed fieri id non poterat, & Nilus non niſi ad Elephantinen erat bene navigabilis. Sed neque id dicere vult Lucianus; ſed illum ſex menſes in iſta peregrinatione conſumpſiſſe, non utique ſemper navigando per adverſum Nilum, ſed per Nilum: verſus interiora ac mediterranea coperat navigare in Nili alveo abhinc jam ſextum menſem. Κατὰ non magis de adverſo, quam de ſecundo amne ſumi docet vel ipſe Lucianus in Jove Tra-

gœ-

mensem navigaverat, relicto Antiphilo, quem via & aestus deterruerant.

ἤδη μῆνα, ὀκτήσαντα πρὸς τ ὁδὸν καὶ τὸ θάλπος, ἀπολιπὼν τ Ἀντίφιλον.

28. At hic interim in calamitatem incidit, quae maxime generoso amico indigeret. Servus enim illius Syrus nomine & patria, societate cum sacrilegis quibusdam inita, ingressus cum illis est templum Anubidis. Hi spoliato Deo, phialas ex auro duas, & sceptrum aureum ipsum quoque, & canino capite sigilla Dei argentea aliaque id genus, deponunt apud Syrum omnia. Deinde incidentes *in vincula* (deprehensi enim fuerant vendentes aliquid) omnia statim, rota cum torquerentur, fassi sunt, ductique in hospitium Antiphili venerunt, protuleruntque res furtivas sub lectulo quodam in obscuro jacentes. Syrus ergo vinctus statim est, & herus illius Antiphilus; hic quidem, dum magistrum audit, abin quem, quasi in rete, Noster *Tim.* §. 25. Nec non pro *incidere*, *obviam venire*, *Long. Past.* I. p. 25. (al. 18.) ἡ μὲ — ἐπαντῶν ἐπέπεσε τὸ κάλλος, καὶ ἐτήκετο. Ubi forte tamen ἐπ' ἀντῶν discretim scribendum, sed legitur ἐπαντῶν in tribus quas consului Edd. *J.F.R.*

Ὁ δὲ ἐν τοσούτῳ συμφορᾷ ἐχρήσατο, μάλα γενναίου τινὸς φίλου δεομένη. οἰκέτης γὰρ αὐτῦ Σύρος, καὶ τὄνομα, καὶ τ πατρίδα, ἱεροσύλοις τισὶ κοινωνήσας, συνεισῆλθέ τε αὐτοῖς ἐς τὸ Ἀνυβείδιον, καὶ ἀποσυλήσαντες τ θεὸν, χρυσᾶς τε φιάλας δύο, καὶ κηρύκιον χρυσῦν καὶ τοῦτο, καὶ [b] κυνοκεφάλους ἀργυροῦς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, κατέθεντο πάντα παρὰ τῷ Σύρῳ· εἶτ' ἐμπεσόντες (ἐάλωσαν γάρ τι [c] ἀπεμπολῶντες) ἅπαντα εὐθὺς ἔλεγον τρεπόμενοι ὅπῃ τῦ τροχῦ, καὶ ἀγόμενοι ἦκον ὅπῃ τ οἰκίαν τῦ Ἀντιφίλου, καὶ τὰ φῶρια ἐξέφερον ὑπὸ κλίνῃ [d] τινὶ ἐν σκοτεινῷ κείμενα. ὅ, τε [e] ἓν Σύρος ἐδέδετο εὐθὺς, καὶ ὁ δεσπότης αὐτῦ Ἀντίφιλος ἦν· ὃς καὶ μέλλοντ ἀκροάμενος τῦ διδασκάλου [f] ἀναπαυθεὶς· ἐβοήθ

[b] Κυνοκεφάλους] Κυρυφάλους P. & marg. *A1.* Nil mut. *Fl. J. P.* &c. [c] Ἀπεμπολοῦντες] Deserui scripturam Ed. *P.* quae ἀ—πωλοῦντες media longa. pro qua ο est in *J.* aliisque. [d] Τινὶ] Τῇ *Fl.* Τινὶ etiam P. Cod. cum cett. Edd. [e] Οὗ] Deest in *Fl.* [f] Ἀναπαυθεὶς] Ἀναπαυθεὶς *Fl.* cum marg. *A1.* Vulgatae suffragatur P.

gœdo scribens, τὸν δ' ἄλλα κατὰ ῥοῦν φέροντα, & τοῦτο μὲ ἤδη κατὰ ῥοῦν προχωροῦ τῷ Δάμωνι. *J.G.*

Ἀναπλεύσας κατὰ τ Νεῖλον] *Adverso Nilo* & nos interpretamur, non quo κατὰ τ Νεῖλον hoc significet; sed ob verbum ἀναπλεύσας, & ipsam rationem itineris, ab Alexandrea, ut apparet, in Aegypti interiora instituti. Scrupulum de sex mensibus ipse jam vir doctus bene removit. Adverso fluvio navigavit Demetrius, sed non uno tenore scilicet, verum ut passim, quoties videretur, ad dextram, ad sinistram, excurreret &c. ut Phoenices, qui Africam primi circumnavigarunt, triennium ei rei impenderunt apud *Herod.* 4, 42. Quin plusquam perfecti ratio etiam hic habenda: sermo est de profectione; jam poterat esse occupatus in reditu. Sex menses enim satis superque his, quae de Antiphilo jam narrabuntur, sufficiunt. Recte igitur *adverso Nilo* servavit etiam *Solanus*. *J.M.G.*

96. Κυρίνιον] Sic Libri omnes; forsan tamen aliud quid sub hac voce latet, quod sine Codd. MSS. operuere non possum. *M. du S.*

98. Ἐμπεσόντες] Jusserat in marg. *Solan.* conferri infra Διαλ. §. 5. Ibi invenias: ὃς ἐπιβαλὼν τοῖς ἵπποις, καὶ ἐς τὸ διατρητὸν ἐμπεσών. Sed ἐμπίπτειν αἷς τινὰ est *irruere in aliquem*, *invadere*. Supra *Tim.* c. 23. & passim. *Long. Past.* 2. p. 78. λύκος ἐμπεσὼν, de lupo irruente in gregem. At oppositio sensu pro incidere

99. Ἀπεμπολοῦντες] Etsi simplex πωλέω *vendo* primam habet longam, ideoque suspicor, verius ad etymon accedere scripturam Ed. *P.* quae ἀπεμπωλ. dedit; tamen ab ea recessi, non modo quia cett. Edd. recedunt, sed quia & alibi apud Nostrum aliosque media correpta scribitur constanter, ut supra T. I. *de Merced. Cond.* c. 23. pr. c. 24. vers. 34. Item *Alciphr.* III. Ep. 3. p. 280. Et eod. Lib. Ep. 46. p. 376. Ut alia testimonia brevitatis ergo omittam. Veniam igitur oro erroris in *Piscat.* c. 27. vers. 27. supine admissi; quandoquidem ibi *Parisinae* Editionis orthographiam, ἀπεμπώλησεν media longa exhibentis, sum secutus, dum & ibi ceterae recte brevem haberent, quas tamen ideo adcuratius perspicere neglexi, quod corrupte ἀπεμπωλ. haberent. At hoc levius est, quam quod ibid. Codd. quoque in nota *Solani* dicantur ita exhibere mediam longam; quod ego, non satis investigans confusiorem notarum istarum scripturam, arbitrabar ita esse. Jam vero ista recognoscens, & ad margines librorum revertens, in quibus collationes codicum sunt consignatae, invenio in his adcurate notatum, Mss. O. P. L. omnino habere ἀπεμ-

δὲ ὐδεὶς, ἀλλὰ καὶ οἱ τέως ἑταῖροι, ἀπεστρέφοντο ὡς τὸ Ἀνθεΐδιον σεσυληκότα, καὶ ἀσέβημα αὐτῶν ἡγοῦντο εἶναι, εἰ συνέπιόν τε καὶ συνειστιάθησαν αὐτῷ. καὶ οἱ λοιποὶ δὲ τοῦ οἰκέτου, δύο ὄντες, ἅπαντα ἐκ τῆς οἰκίας συσκευασάμενοι, ᾤχοντο φεύγοντες.

Ἐδέδετο οὖν ὁ ἄθλιος Ἀντίφιλος πολὺν ἤδη χρόνον, ἁπάντων, ὅσοι ἦσαν κακοῦργοι ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, μιαρώτατος εἶναι δοκῶν. καὶ ὁ ἀπὸ τῶν [a] δεσμῶν Αἰγύπτιος, δεισιδαίμων ἄνθρωπος, ᾤετο χαριεῖσθαι καὶ τιμωρήσειν τῷ θεῷ, βαρὺς τῷ Ἀντιφίλῳ ἐφεστώς. εἰ δὲ [b] ἀπολογοῖτό τι λέγων, ὡς οὐδὲν τοιοῦτον εἴργασται, ἀναίσχυντος ἐδόκει, καὶ πολὺ πλέον ὅτι τοῦτο ἐμισεῖτο. ὑπενόει τοιγαροῦν ἤδη, καὶ πονήρως εἶχεν, οἷον εἰκὸς χαμαὶ καθεύδοντα, καὶ τὸ νυκτὸς οὐδὲ ἐκτείνειν τὰ σκέλη δυνάμενον, ἐν τῷ ξύλῳ [c] καλακεκλεισμένα· τὸ μὲν γὰρ ἡμέρας ὀλιγοῖς ἦρκει, καὶ ἡ ἑτέρα χεὶρ πεπεδημένη· εἰς δὲ τὰ νυκτὰ ἔδει ὅλον καλαδεδέσθαι. καὶ μὴν καὶ τῷ οἰκήματι ἡ δυσοσμία, καὶ τὸ πνίγος, ἐν ταὐτῷ πολλῶν δεδεμένων, καὶ ἐστενοχωρημένων, καὶ μόλις ἀναπνεόντων, καὶ τῷ σιδήρῳ ὁ ψόφος, καὶ ὕπνος ὀλίγος, ταῦτα πάντα χαλεπὰ ἦν καὶ ἀφόρητα, οἵῳ ἀνδρὶ ἐκείνων ἀήθει, καὶ ἀμελετήτῳ πρὸς ἅπτω σκληρᾶν τὴν δίαιταν.

Ἀπαγορεύοντος δὲ αὐτῷ, καὶ μηδὲ σῖτον

stractus, auxiliante nemine, sodalibus qui adhuc fuerant, eum, velut qui Anubidis aedem sacrilegio violasset, aversantibus, impiatosque se putantibus, si quando cum ipso compotationem aut coenam obiissent. Caeteri autem servi duo, convasatis, quae in domo erant, omnibus, aufugere.

29. Vinctus igitur miser Antiphilus jam satis diu, & pro impurissimo omnium, quotquot malefici in carcere erant, habitus fuerat: & commentariensis Aegyptius, superstitiosus homo, putabat gratum facere se Deo, & illius ulcisci injurias, si gravis instaret Antiphilo. Si vero quando caussam diceret, se nihil tale feciisse, impudens videbatur, majorique eam ipsam ob caussam erat in odio. Jam igitur aegrotabat aliquantum, & male habebat, ut probabile erat qui jaceret humi, & ne noctu quidem extendendorum pedum facultatem haberet, inclusorum nempe nervo: interdiu enim numella sufficiebat, & manus altera compedita: noctu autem vinciri totum oportebat. Verum etiam foedus odor carceris, & aestus, multis in eodem loco vinctis & anguste confertis, vixque respirantibus, & ferri stridor, & parum somni; haec omnia difficilia erant atque intolerabilia, velut insueto talium viro, & ad durum adeo victum non exercitato.

30. Jam despondebat animum, jam nec ci-

a Δεσμῶν] Et sic habere *Fl.* cum *J.* & *S.* notat *Solan.* Sed & sic *P. H.* &c. b Ἀπολογοῖτό] Et hic vulgatae adsentiri Coll. *Fl. J.* notat idem. c Καλακεκλεισμένα] Ἀποκεκλ. *Fl.* Vulgatam tuetur P.

πάλιν, aeque ac in ceteris Luciani locis modo adlegatis. Plura igitur ex aliis auctoribus non addam, praeter unum hoc *Aristophanis* Acharn. vers. 373. Κἀνταῦθα λαθάνασ' ἀπεμπολῶμεν, unde etiam patet, syllabam πολ. in versu brevem esse. *J. F. R.*

17. Ὁ ἐπὶ τῶ δεσμῶν] Cur *Solan.* varietatem quaesierit, nescio. Quidni enim ὁ ἐπὶ τῶ δεσμῶν custodiae praefectum significet, aeque ac apud LXX. *Dan.* VI. 7. οἱ ἐπὶ τῶ βασιλείας praepositos regno, satrapas aut praesides notat, non video. Plenius *Herodian.* III. 3. 12. οἱ ἐπὶ ἑρμάτων φύλακες. Sed & saepe οἱ ἐπὶ, sine substantivo personae usurpari, ut ὁ ἐπὶ τῶ ἐπιστολῶν, ὁ ἐπὶ τῶ ξενίων, ex *H. Steph.* de L. Graeci & Gall. conv. p. 91. Obs. 6. notavit Frater cariss. *G. O. Reitz.* in Belg. Graecis. p. 471. —2. *J. F. R.*

25. Τῷ ξύλῳ καλακεκλεισμένα] Ex mala interpunctione mala olim versio nata; quum enim comma post νυκτὸς esset positum, dederant, *neque qui humi cubaret, idque etiam noctu*, quare id comma sustuli, probe monente Rev. *J. Elsnero* ad Act. Apost. XVI. 24. ubi habemus: τοὺς πόδας εἰσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον. Qua occasione plura adfert ad explicandum captivos ligno vinciendi morem; eum igitur adeat curiosus Lector, cum Commentatoribus ad *Aristophanis* varia loca ibi producta. *J. F. R.*

26. Ὁ πλοῖος ἤρκει] Haec instrumenta intellexisse ar-

cibum capere volebat; cum tandem redit etiam Demetrius, nihil eorum sciens quae contigissent. Ubi vero resciuit ut erat, curriculo statim veniens ad carcerem, tum quidem non admittitur: erat enim vespera, commentariensis clausa diu janua quiescebat, custodia reliqua servis tradita. Mane autem, cum multum supplicasset, intro mittitur. Ingressus ergo diu requirit Antiphilum, qui jam prae malis noscì vix poterat, & circumiens singulos vinctorum inspicit, ut solent qui suos mortuos, jam corruptos, requirunt in acie. Et nisi nomen exclamasset, Antiphilum Dinomenis F. diutius etiam, quis esset, ignoraturus erat, adeo malis illis immutatus fuerat. Cum vero voce agnita exclamaret, & illi accedenti, dimovens atque abducens a vultu comam squalidam conciliatamque, se quis esset ostenderet; ambo quidem statim, vertigine ab inexpectato spectaculo correpti, concidunt. Spatio autem temporis recipiens se pariter, atque Antiphilum *recreans* Demetrius, distincte singula uti se haberent ab eo cum sciscitando comperisset, bono illum animo esse jubet, & diviso palliolo dimidia ipse parte amicitur, alteram dat illi, detractis sordidis detritisque, quos habuerat, pannis.

αἰρεῖσθαι θέλοντος, ἀφικνεῖται πρὸς καὶ ὁ Δημήτριος, οὐδὲν εἰδὼς τῶν ἤδη γεγενημένων· καὶ ἐπειδὴ ἔμαθεν, ὡς εἶχεν, εὐθὺς ἐπὶ τὸ δεσμωτήριον δρομαῖος ἐλθών, τότε μὲν οὐκ εἰσεδέχθη, ἑσπέρα γὰρ ἦν· καὶ ὁ [d] δεσμοφύλαξ πάλαι κεκλεικὼς τὴν θύραν ἐκάθευδε, φρουρεῖν τοῖς οἰκέταις προκελευσάμενος· ἑῴθεν δὲ εἰσέρχεται, πολλὰ ἱκετεύσας· καὶ παρελθὼν ὀπίσω ζητεῖ τὸν Ἀντίφιλον, ἄδηλον ὄντα τῶν κακῶν γεγενημένων, καὶ τοὺς ἐν ἀνεσκοπεῖτο καθ' ἕκαστον τῶν δεδεμένων, ὥσπερ [e] εἰώθασιν οἱ τοὺς οἰκείους νεκροὺς, ἤδη ἑωλων ὄντων ἀναζητοῦντες ἐν ταῖς προτάξεσι. καὶ εἰ γε μὴ τὸνομα ἐβόησεν, Ἀντίφιλον Δεινομένους, καὶ ὀπίσω ἠγνόησεν ἂν ὅστις ἦν, τοσοῦτον [f] ἤλλακτο τῶν δεινῶν. ὡς δὲ τὴν φωνὴν αἰσθόμενος ἀνεβόησε, καὶ προσιόντος, ἀφαιρεῖλας τὴν κόμην, καὶ [g] ἀπαγαγὼν τοῦ προσώπου αὐχμηρὰν καὶ συμπεπιλημένην, ἔδειξεν αὐτὸν ὅστις ἦν, ἄμφω μὲν αὐτίκα πίπτουσιν ἰλιγγιάσαντες ὑπὸ τῆς ἀπροσδοκήτου θέας. χρόνῳ δὲ ἀναλαβὼν αὐτόν τε καὶ τὸν Ἀντίφιλον ὁ Δημήτριος, καὶ σαφῶς ἕκαστα ὡς εἶχεν ἐκπυθόμενος παρ' αὐτοῦ, θαρρεῖν τε παρακελεύεται· καὶ διελὼν τὸ τριβώνιον, τὸ μὲν ἥμισυ αὐτὸς ἀναβάλλεται, τὸ λοιπὸν δὲ ἐκείνῳ δίδωσιν, ἃ εἶχε τυγχάνων καὶ [h] ἐκτετρυχωμένα ῥάκη περισπάσας.

Καὶ

d Δεσμοφύλαξ] Sic *J. H. P. S. B2.* Δεσμοφύλαξ *Fl.* e Εἰώθασιν] Sic recte P. & marg. *A1W.* Εἰώθεσαν male *J. P. H. S.* &c. f Ἤλλακτο] Bene sic *P. S.* & *B2.* Ἥλαντο male *J. Fl. H. Ald.* g Ἀπαγαγὼν] Rescriptum ex L. P. Ἀπάγων Edd. priores. Ἀπαγαγὼν marg. *A1.* h Ἐκτετρυχωμένα] Sic Edd. omnes.

bitror *Prudent.* in hymn. 1. & 5. περὶ στεφ. *Catasta* autem inter alia machinam significat longæ & magnæ compedis formæ, qua servi vincti tenebantur, qualis a *Prudentio* describitur in Vincent. G.C.

Ὁ κλοιὸς ἥρκει] Conf. supra *Apol. pro Merced.* c. 1. p. m. *J.F.R.*

41. Δεσμοφύλαξ] Non parui Florentinae mediam longam exhibenti; nam & ipsa mox c. seqq. 31. & 32. δεσμοφύλακι & δεσμοφύλακα cum ceteris legit. *J.F.R.*

48. Εἰώθασιν] Sic P. optime. In reliquis πάθεσιν. *M.du S.*

55. Ἀπαγαγὼν] P. & L. In reliquis ἀπάγων, minus commode. *M.du S.*

59. Αὐτόν τε] Sic etiam legere Florentinam adscripserat *Solan.* quid illud mirum? Recte enim τε cum καὶ jungi quis tandem dubitaverit? Vidimus id T. I. *de Merced.* c. 26. pr. No. 8. adde *Hom.* Il. Z. 351. — ῥίμφισίν τε Φ αἴχμα &c. Ibid. 310. Ἄρεά τε Φ Τρώων ἀλκήν, ac millies alibi. *Herodian.* I. 1. φράσας τε Φ ἐκφοίτησε. *Aelian.* II. 13. pr. Et sic ap. omnes, ne excepto quidem *Novo Test.* in quo vel tricies occurrit. Sed fors κἀκὸν voluit adspirari, quod concedo. *J.F.R.*

64. Ἐκτετρυχωμένα] *Th. Mag.* v. ἐβαστάσθη· haec

Καὶ τὸ ἀπὸ τότε, πάντα τρόπον συ-
νῆν, ὑπεμελόμεν αὐτῷ καὶ θεραπεύων.
πρόδηλος γὰρ ἑαυτὸν τοῖς ἐν τῷ λιμένι ἐμπό-
οις, ἕωθεν εἰς μέσην ἡμέραν, οὐκ ὀλίγον
ἀπέφερεν ἀχθοφορῶν. εἶτ' ἐπανελθὼν ἐκ τῆς
ἔργου, μέρος μὲν τῆς μισθῆς τῷ [a] δεσμοφύ-
λακι καταβαλὼν, τιθασὸν αὐτῷ καὶ εἰρηνι-
κὸν ἀπειργάζετο αὐτόν· τὸ λοιπὸν δὲ εἰς τὴν
τοῦ φίλου θεραπείαν ἱκανῶς αὐτῷ διήρκει, καὶ
τὰς μὲν ἡμέρας [b] συνῆν τῷ Ἀντιφίλῳ συ-
γαμυθούμενος· ἐπεὶ δὲ νὺξ καταλάβοι, ὀλί-
γον πρὸ τῆς θύρας τοῦ δεσμωτηρίου σκάδιόν
τι ποιησάμενος, καὶ φύλλα ὑποβαλλό-
μενος, ἀνεπαύετο. χρόνου μὲν οὖν τινα ὕστε-
ρον διῆγον, εἰσιόντων μὲν ὁ Δημήτριος ἀκωλύτως,
ῥᾷον δὲ φέρων τὴν συμφορὰν ὁ Ἀντίφιλος.

Ὑστερον δὲ ἀποθανόντος ἐν τῷ δεσμωτη-
ρίῳ λῃστοῦ τινος ὑπὸ φαρμάκων, ὡς ἐδόκει,
φυλακή τε ἀκριβὴς ἐγένετο, καὶ οὐκέτι παρῆν
[c] τις ἐς τὸ οἴκημα τῶν λελυμένων. ἐφ' οἷς
ἀπορῶν καὶ ἀνιώμενος, οὐκ ἔχων ἄλλως

31. Atque ab eo inde tempore, quocumque modo poterat, cum illo erat, curam illi & ministerium suum accommodans. Locata enim mercatoribus in portu opera sua, a mane inde ad meridiem, non parvam pro gestandis oneribus *mercedem* referebat. Tum rediens ab opere, parte mercedis commentariensi soluta, mansuetum sibi illum ac placatum reddebat, reliquum autem ad amicum curandum sufficiebat. Ac interdiu erat cum Antiphilo ejus solandi caussa; nocte autem ingruente non procul a janua carceris, in lectulo quem substratis sibi foliis fecerat, quiescebat. Aliquanto igitur tempore hunc in modum vixere, intrans nullo prohibente Demetrius, Antiphilus autem lenius ita ferens calamitatem.

32. Postea, cum latro aliquis in carcere mortuus esset a veneno, ut putabatur: & custodia accurate fieri, nec admitti quisquam solutorum in carcerem. Qua de re inops consilii & aegre ferens, cum alia condi-

a Δεσμοφύλακι] Nihil jam in orthographia hac mutat *Fl.* nec c. seq. b Συνῶν] *Παρῶν* marg. *Ar.* c Τις] *Οὐδὶς εἷς* P. Item marg. *AiW.*

Luciani adferens, *ἰκτιτριχωμένα* habet, non *ἰ—τριχ.* Et id quoque Luciano non incongruum arbitror, ut fit: *pilis nudati.* modo aliunde etiam constet probum esse verbum, quod nondum observavi. Sed analogiae non repugnat. Nihil notaverat de lectionis hujus constantia vel varietate *Solanus* noster: quare Editiones novem studiose consului, omnes tamen in *ἰκτιτριχ.* conspirare cognovi. *J.F.R.*

71. Μίσθῳ μὲν τῆς μισθοῦ — καταβαλὼν, τιθασὸν αὐτῷ — ἀπειργάζετο] *Alciphr.* I. Ep. 23. p. 96. καταβαλὼν ὀβολοὺς δύο, καὶ τὴν βαλανέα τούτοις ἥλεων παρασκευάσας. Quod etsi non magni momenti est, moneo tamen *Berglerum* ibi & haec Luciani adduxisse, non addita pag. scribit autem *αὐτῷ* in Luciani loco, quod & ego feci, etsi Edd. hic *αὐτοῦ* habent. *J.F.R.*

88. Προσιόντων τῷ στιαρ.] In L. *Διὸν πρὸς τὸν ἁρμοστήν.* Quae ultima vox magis arridet quam vulgata. Quid enim est hic *στιαρμοστής*? Ἁρμοστὴς autem quid sit, vidisti jam c. 17. nempe idem quod mox c. 33. *ὁ τῶν Αἰγυπτίων ἐπιτιθεμενος.* *M. du S.*

Προσιόντων τοῦ στιαρμοστῆ] At supra c. 17. f. *ἁρμοστῆ.* *J.F.R.*

Ibid. Στιαρμοστῆ] Uti supra c. 17. *τὸν ἁρμοστὴν, ὃς ἦρχε τῶν Ἀσιάνων*, *Proconsulem*, *Praesidem* certe & *Rectorem* provinciae *Ordinarium* intelligebam: ita hic *στιαρμοστὴν Legatum* dici arbitror, cui mandata a Praeside jurisdictio. Non missos esse in Aegyptum Senatorios viros, Proconsules aut Propraetores, cum scribus, sed *ἐπάρχους* Praefectos Augustales, minori & equestri dignitate homines, notum est, & monuit *Spanh.* diss. 10, 1. p. 92. Interim hoc tamen manet, Luciano *ἁρμοστὴν* esse magistratum ordinarium, *στιαρμοστὴν*, ejus vicarium. Ille *ὁ τῶν Αἰγυπτίων ἐπιτιθεμενος* paullo post vocatur. *J.M.G.*

91. Καὶ ἀχθεῖς πρὸς τὸν Ἀντίφ.] Sentio hic aliquid a facilitate & candore Luciani alienum. Non offenderer, si illud *ἀχθεῖς* abesset, quod ut signarem, *ductus* in versione Latina uncis inclusi. Sed potest fieri, ut pro *ἀχθεῖς* aliud verbum dederit auctor, quod melius huc conveniat. Illud apparet, post *καὶ* intelligi denuo verbum *ἀπήγετο*, quod si cum *ἀχθεῖς* jungi voluit omnino Lucianus, habeat sibi, & suspicionem nostram rideat. *J.M.G.*

93. Παρ' αὐτοῦ] Raro admodum exemplo in omnibus scriptum erat *πρὸς αὐτοῦ.* *M. du S.*

Παρὰ αὐτοῦ] Non certe adeo rara est ejusmodi scriptura, ac *Solanus* praedicat, ut non semel jam vidimus. Conf. notata ad *Apol. pr. Mere.* c. 11. & *Quom. Hist.* c. 5. No. 92. Addo hic *Long. Pass.* IV. 222. Ed. Mall.

ditione adesse non posset amico, Legatum Praefecti adiens ipse se defert, ac si expeditionis contra Anubin susceptae socius fuisset. His autem dictis abducitur statim in carcerem, & [ductus] ad Antiphilum. Hoc enim aegre multum supplicans a commentariensi impetraverat, ut prope Antiphilum, & numellis iisdem includeretur. Hic ergo vel maxime benevolentiam declaravit, qua illum complecteretur: qui sua mala negligeret, quamvis ipse quoque aegrotans, curaretque, ut ille & quiesceret plurimum, & minus affligeretur. Itaque paullo lenius ferebant mala communia.

παρεῖναι τῷ ἑταίρῳ, προσαγγέλλει ἑαυτὸν [d] προσελθὼν τῷ συναρμοστῇ, ὡς εἴη κεκοινωνηκὼς [e] Ἐπιβουλῆς τῆς ἐπὶ τὴν Ἄνουβιν. ὡς δὲ τοῦτο εἶπεν, ἀπήγετο εὐθὺς εἰς τὸ δεσμωτήριον, κἀχθεὶς παρὰ τὸν Ἀντίφιλον (τοῦτο γὰρ μόλις πολλὰ ἱκετεύσας τὸν δεσμοφύλακα ἐξεἰργάσατο [f] παρὰ αὐτῷ πλησίον τῷ Ἀντιφίλῳ καὶ ὑπὸ τῷ αὐτῷ κλοιῷ δεδέσθαι) ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ἔδειξε τὴν εὔνοιαν, ἣν εἶχε πρὸς αὐτὸν, ἀμελῶν μὲν τῶν καθ' ἑαυτὸν δεινῶν· καίτοι ἐνόσησε κἀκεῖνος· ἐπεμελεῖτο δὲ ὅπως ἐκεῖνος μάλιστα καὶ [g] καθευδήσοι, καὶ ἧττον ἀνιάσοιτο. ὥστε ῥᾷον ἔφερον μετ' ἀλλήλων κακοπαθοῦντες.

33. Aliquamdiu post vero ejusmodi quiddam incidens, ulteriori illorum infelicitati finem imposuit. Vinctorum enim unus limae copiam nescio unde nactus, assumtis in conjurationem compeditorum pluribus, dissecat catenam qua deinceps vincti erant, insertis in illam numellis,

Χρόνῳ δὲ καὶ τοιόνδε τι προσπεσὸν ἔπαυσεν ἐπὶ πλέον αὐτοὺς δυστυχοῦντας· εἷς γάρ τις τῶν δεδεμένων, οὐκ οἶδ' ὅθεν, ῥίνης εὑπορήσας, καὶ συναμότας πολλοὺς τῶν δεσμωτῶν προσλαβών, ἀποπρίεταί τε τὴν ἅλυσιν, καὶ ἐδέδετο ἑξῆς, τῶν κλοιῶν εἰς αὐτὴν [h] διειρομένων, καὶ

[d] Προσελθὼν τῷ συναρμοστῇ] Ἐλθὼν πρὸς τὸν ἀρμο— L. Πρὸς τὸν ἁρμοστὴν marg. *A1W.* In vulgata Edd. concordant. [e] Ἐπιβουλῆς] Ἐπιβολῆς *S.* sola, cum assecla *A.* [f] Παρὰ αὐτοῦ] Sic Edd. omn. [g] Καθευδήσοι] Καθευδήσει marg. *A1.* [h] Διειρομένων] Διειργομένων P. G. & marg. *A1.* Nil mut. Edd.

Moll. παρὰ ἀνδρὸς, & ὑπὸ αὐγὴς ibid. Ap. LXX. in IV. *Reg.* XII. 9. ὦθεν Ἀραμαζωθ. Sic ex iisd. κατὰ ἑκατοντάς vel quater notavit *Trommius*; sed longe plura in ἐπὶ & ὑπὸ. Noster in *Astrol.* §. 26. Hoc *Dial.* §. 1. ἀλλὰ ἄνδρας οὐδὲ τιμῆσαι. *Alciphr.* III. p. 444. κατὰ ἄστυ. Si vero *Solani* mens est, ὦθεν rarissime sic scribi ante pronomen, & quidem apud Lucianum, facile id concedo. *J. F. R.*

7. Διειρομένων] Narrat cum quidam vinctorum in carcere Aegyptiaco limam esset nactus, qua δοπρίεταί τι τὴν ἅλυσιν, ἧς ἐδέδετο ἑξῆς, τῶν κλοιῶν εἰς αὐτὴν διειρομένων, καὶ δακτύλου ἀπαίρας. Erasmus cum interpolatore Salmuriensi: *Catenam insecuit, qua ordine adstringebantur, cyphonibus in hanc insertis, solvitque omnes.* In Graecis verbis primum non intelligo quid sit τῶν κλοιῶν εἰς αὐτὴν διειρομένων, multo minus versionem Erasmi *cyphonibus in eam insertis.* διείρομαι est *quaero, interrogo.* sed legendum ex Mss. διειργομένων. vinculis, quibus singuli separatim ligati erant, eos dirimentibus. ὁ κλοιὸς est vinculum, quo vinciebantur rei in carcere, ut superius ad tomum primum ostendit. Cur *cyphones* verterit Erasmus, ego equidem ignoro, multo minus cur in verbis, quae modo haec praecesserunt, interpretatus sit, *trabem*, τοῦτο γὰρ μόλις πολλὰ ἱκετεύσας τὸν δεσμοφύλακα ἐξειργάσατο ὦθεν αὐτοῦ πλησίον τοῦ Ἀντιφίλου, καὶ ὑπὸ τῷ αὐτῷ κλοιῷ δεδέσθαι. *Nam hoc multis precibus a custode carceris vix obtinuerat, ut proxime Antiphilo eademque in trabe vinciretur.* imo *eadem catena.* solebant vincti interdum duo tresve eadem catena vinciri. Sic apud Romanos in carcerem conjectus, & miles, qui custos ei apponebatur, eadem vinciebantur catena, ut patet ex *Senecae* ep. 5. *Eadem catena & custodiam & militem copulat.* ista vincula singularum custodiarum, quibus eorum manus pedesque constricti erant, alligata erant majori catenae, quam dixit Lucianus ἅλυσιν. Sic igitur in Latinam linguam vertendus hic locus: *Catenam dissecuit, qua ordine alligabantur, vinculis in eam* (sc. insertis) *dirimentibus* (sc. catenatos,) *solvitque omnes.* Omnes aut saltem paria catenatorum erant vincta compedibus, qui omnes compedes adstringebantur catenae majori. *J. G. G.*

Ibid. Τῶν κλοιῶν εἰς αὐτὴν διειρομένων] Non spernenda est altera, quam ex MS. profert Cl. *Graevius*, lectio διειργομένων. Praeferam tamen ego vulgatam. Sensus est, singula singulorum nexorum vincula per istam catenam fuisse trajecta, ita ut quisque quidem suo vinculo fuerint vincti, sed omnes uni isti catenae insuper illigati. Διείρω est *Trajicio, innecto, implico, infero.* infra c. 43. διὰ τῶν ὀδόντων μαλακὸν διεῖραι τοὺς δακτύλους. *digitos inter dentes inserens.* In *Pseudomanti* c. 26. Ἐ. Γραίων ἀφτμίας συνέψας, καὶ διὰ τῶν καφαλῶν διείρας

καὶ ἀπολύει ἅπαντας· οἱ δὲ ἀποκτείναντες εὐμαρῶς ὀλίγους ὄντας τοὺς φύλακας, ἐκπηδῶσιν ἀθρόοι. ἐκεῖνοι μὲν οὖν τὸ παραυτίκα, ἔνθα ἑδύναντο ἕκαστοι, ἀφανεῖς, ὕστερον συνελήφθησαν οἱ πολλοί. ὁ Δημήτριος δὲ καὶ ὁ Ἀντίφιλος χώραν ἔμειναν, καὶ τῷ Σύρῳ λαβόμενοι ἤδη ἀπιόντος. ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, μαθὼν ὁ τοῦ Αἰγύπτου ἔπιτε-τραμμένος τὸ συμβεβηκὸς, ἐπ' ἐκείνους μὲν ἔπεμψε τοὺς διωξομένους, ἀπολύσας δὲ τοὺς ἀμφὶ τὸν Δημήτριον, ἀπέλυσε τῶν δεσμῶν, ἐπαινέσας ὅτι μόνοι οὐκ ἀπέδρασαν· ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνοί γε ἠγάπησαν, οὕτως ἀφιέμενοι· ἐβόα δὲ ὁ Δημήτριος, καὶ δεινὰ ἐποίει, ἀδικεῖσθαι σφᾶς ὑπὸ σμικρὰ, εἰ δόξουσι κακοῦργοι ὄντες, ἐλέῳ ἢ ἐπαίνῳ τοῦ μὴ ἀποδρᾶναι, ἀφεῖσθαι. καὶ τέλος ἠνάγκασαν τὸν δικαστὴν, ἀκριβῶς τὸ πρᾶγμα ἐξετάσαι. ὁ δὲ ἐπεὶ ἔμαθεν ὡς οὐδὲν ἀδικοῦντας, ἐπαινέσας αὐτοὺς, τὸν Δημήτριον δὲ καὶ πάνυ θαυμάσας, ἀφῆκε, προμυθησάμενος ὅτι τῇ κολάσει, ἣν ἠνέσχοντο ἀδίκως δεθέντες, καὶ ἑκάτερον δωρησάμενος παρ' αὐτοῦ, δραχ-

& solvit omnes. At illi interfectis facile paucis custodibus, catervatim erumpunt. Atque isti in praesens dispersi quo quisque poterat, plerique postea comprehensi sunt. Demetrius autem atque Antiphilus suo loco manserant, & Syrum quoque prehenderant jam abeuntem. Luce orta, cum audisset Praefectus Aegypti, quid factum esset, ad illos quidem persequendos mittit; arcessitum autem cum amico Demetrium vinculis liberavit, collaudatos, quod soli non aufugissent. Verum illi non satis habebant se ita dimitti: sed proclamat Demetrius, & gravi oratione ostendit, injuriam sibi fieri non parvam, si videantur, cum malefici essent, vel misericordia dimissi, vel ut praemium fugae non tentatae haberent. Et coëgerunt denique judicem, ut accurate causam exquireret. Ille vero, cognito, nihil mali ab iis admissum, collaudans eos, Demetrium etiam vehementer admiratus, dimittit; consolansque de poena, quam injuste vincti subierant, & muneribus e sua re faciens utrumque, Antiphilum de-

cies

a Συνελήφθησαν] Sic & *Fl.* cum cett.

Gruum arteriis contextis, & per caput insertis. *J. J.*

Τῶν κλοιῶν τοῖς αὐτὴν διειρομένοις] Lectionem hanc satis sanam esse existimem, & vertend. *Vinculis in eam insertis.* Mentionem enim fecerat de catena longa, cui ordine omnes captivi erant alligati. Nam κλοιοὶ, vincula uniuscujusque in eam catenam erant inserta. Jam cum major illa catena dissecta erat, solvebantur omnes ab illa. Significat autem διείρειν *trajicere, transmittere, inserere.* *Aelian.* Hist. an. XI. 12. διείρειν ὀλόχοινον τὸν ῥινῶν. *holoschoenum per nares trajicere.* *L. Bos.*

Διειρομένοις] Vide *Xenoph* 520. 24. ὅτι μὲλλεῖ τὸ ὑμᾶς λέγειν, οὐδ' ἂν τρίχα, μὴ ὅτι λόγον ἄν τις παρείρειε. Vide *Dion. Chrysost.* 205. B. C. *M. du S.*

Διειρομένοις] Non nego διείρω signif. etiam *insero.* At non quamvis insertionem notare arbitror; sed eam potissimum, quae transeundi simul notionem complectatur, i. e. quae ad latus usque oppositum transeat. *Aelian.* IV. 28. διὰ τῆς τοῦ κατὰ τὴν θύραν διείρας τὸν δάκτυλον. Ubi non simpliciter est, *inseruit digitum*, sed ita inseruit, ut ab altera parte promineret, pertransiret. Idque in locis aliis Luciani etiam locum habet; ea saltem non satis probant, vulgatam & hic veram esse, quia praepositi. διὰ additur τῷ διείρειν; hic vero οἷς. Interim nec falsam esse satis patet; nam etsi διαγειρω. cum *Graevio* substituas, tamen οἷς manet: at eodem hic redit, utrum eligas, *Graevianam* an vulgatam lectionem. Nam *adactis* an *insertis* hic eandem potestatem habet. Veluti idem est in loco *Xenophontis* Cyr. 8. quem *Steph.* profert, διειρύσης τὰς χεῖρας διὰ τῶν παιδίων, ὥσπερ ἐν τῷ ὅτι διείρυσι, ὅταν βασιλεὺς ὁρᾷ. Ubi prius a διείργω an διείρω derives, eodem redibit; id quod ex aliis etiam exemplis videre licet. Error *Graevii* in eo latet, quod non cogitarit διειρόμενα passivum esse a διείρω, sed διείρομαι crediderit tantum significare posse *interrogo.* *J. F. R.*

9. Ἐκπηδῶσιν] De furibus cito aufugientibus λαμπηδὼν *Alciphr.* III. Ep. 53. p. 398. Sed nihil hoc notatu dignum habet. *J. F. R.*

41. Οὕτως] Αὐτοὺς adscriptum in marg. *A1.* non addito signo, pertineatne ad οὕτω, an ad sequens αὐτοῦ, quod in eodem legitur Edit. *Aldinae* versu. Nec refert. Addo tantum, ut videas quam nihil varietatis praetermittam, quae ex Codd. fuerit desumpta. Sed pertinere credo ad αὐτὸς, vs. 45. *J. F. R.*

45. Αὐτὰς ἂν] Rectius Mf. καὶ αὐτοὺς ἂν σοι τοὺς λό-

γους

cies mille drachmis, altero tanto autem Demetrium.

34. Atque Antiphilus nunc adhuc in Aegypto est. Demetrius vero, etiam suis vicies mille illi relictis, in Indiam profectus est ad Brachmanos, sic allocutus Antiphilum, *Sibi veniam merito dandam videri, qui jam illum relinqueret: neque enim se indigere opibus, quoad idem esset, hoc est talis, qui paucis contentus posset vivere; neque illi opus esse amico, cujus jam res in facili essent.* Tales, Toxari, sunt amici Graeci. Nisi vero jam ante nos accusasses, qui verbis gloriari soleamus; ipsos quoque sermones tibi referrem, multos illos & bonos, quos Demetrius habuit in judicio, pro se ille quidem causae nihil dicens, verum pro Antiphilo, lacrumans insuper & supplicans, & in se recipiens omnia, donec flagellis tortus Syrus ambos absolvit.

35. Ego quidem igitur paucos hosce de

μαῖς μὶ μυρίαις τ' Ἀντίφιλον, δὶς τοσαύτας δὲ τ' Δημήτριον.

Ὁ μὲ ὢν Ἀντίφιλος ἔτι κ' νῦν ἐν Αἰγύπτῳ ἐστίν. ὁ δὲ Δημήτριος, κ' τὰς [b] αὐτοῦ [c] δισμυρίας ἐκείνῳ καταλιπὼν, ὤχετο ἀπιὼν εἰς τ' Ἰνδικὴν, πρὸς τοὺς Βραχμᾶνας, τοσοῦτον εἰπὼν πρὸς τ' Ἀντίφιλον, ὡς συγγνωστὸς ἂν εἰκότως νομίζοιτο, ἤδη ἀπολιπὼν αὐτόν· ὅτε γ' αὐτὸς δεῖται τ' χρημάτων, ἐς' ἂν αὐτὸς ᾖ ὅσῳ ἐστίν, ἀρκείται ὀλίγοις δυνάμενος· ὅτε ἐκείνῳ ἔτι δεῖν φίλου, εὐμαρῶν αὐτῷ τ' πραγμάτων γεγενημένων. Τοιοῦτοι, ὦ Τόξαρι, οἱ Ἕλληνες φίλοι. εἰ δὲ μὴ [d] προδιεβεβλήκεις ἡμᾶς, ὡς ὅτι ῥήμασι μέγα φρονοῦντας, κ' [e] αὐτοὺς ἂν σοι τοὺς λόγους διεξῆλθον πολλοὺς κ' ἀγαθοὺς ὄντας, ὃς ὁ Δημήτριος εἶπεν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ὑπὲρ [f] αὐτοῦ μὲ ἀδὲν ἀπολογούμενος, ὑπὲρ τοῦ Ἀντίφιλου δὲ, κ' δακρύων προσέτι κ' ἱκετεύων, κ' τὸ πᾶν [g] ἐφ' ἑαυτὸν ἀναδεχόμενος, ἄχρι μαστιγούμενος ὁ Σύρος ἀμφοτέρους ἀφῆκεν αὐτούς.

Ἐγὼ μὲ ὢν τούτους ὀλίγους ἀπὸ πλειόνων, ὃς

b Αὐτοῦ] Sic *J.* Αὐτοῦ *Fl. H. P.* aliaeque. *c* Δισμυρίας] In *Coll.* adscriptum, alii Δραχμὰς, al. δραχμὰς. *d* Προδιεβεβλήκεις] Προδιαβ. *Fl.* *e* Αὐτοὺς] Restitut. ex P. G. & marg. *AldW.* Αὐτοὺς Edd. *f* Αὐτοῦ] Sic & *Fl.* *g* Ἐφ'] Ὑφ' *Fl.*

34. Τὰς αὐτοῦ Δραχμὰς ἐκείνῳ κ.] Grat. δραχμὰς, *G.*

φους διεξῆλθον πολλοὺς, κ' ἀγαθοὺς *ipsas tibi orationes exponerem multas, & egregias*, αὐτοὺς quod in editionibus est hic valde friget. Mox idem codex pro vulgato φαῦλος ῥήτωρ γενόμενος *sis malus orator*, pro vulgato φαῦλος ῥήτωρ φαινόμενος. & paullo ante illae membranae pro διηγησάμην σοι ἀγαθοὺς & βεβαίους φίλους, scriptum ostendunt ἀγαθοὺς & γενναίους φίλους. *tam bonos & generosos amicos.* nec spernendum quod sequente pagina in hoc codice legitur, εἰ ἀληθὴς ὁ κυβερνήτης ἐσί. *verus ne quis gubernator sit.* in editis est ἀγαθός. *J.G.G.*

Αὐτοὺς] Versionem Cl. *Gesneri* vulgatae lectioni αὐτὰς adcommodatam quod mutaverim, Codicibus ac *Graevio* obsecutus, eo minus aegre feret, spero, quo id facere soleo rarius. *J.F.R.*

46. Διεξῆλθον] Indicativ. ille pro subjunct. non semel indicatus est T.I. Et Lector ei jam est adsuetus, ita ut monitione postea nihil opus sit. Vid. notata ad *Zeux.* c. 5. Ipsumque Lucian. *Abdic.* c. 31. bis ter sic loquentem. Ex Lectt. *Jensii* Lucianeis p. 28. tantum unum addam, quod ipse in auctiori exemplari manu sua ceteris adjecit ex *Hom.* Il. N. 299. seqq. Οἵ δὲ βροτολοιγὸς Ἄρης πολεμόνδε μίτεισι, Τῷ δὲ Φόβος φίλος υἱὸς ἅμα κρατερὸς καὶ ἀταρβὴς Ἔσπετο, ὅς τε καὶ ἐκφοβήσῃ ταλάφρονά περ πολεμιστήν. *Qui metus filius Martis* TERREAT *quantumvis impavidum bellatorem.* Non *terret*, ut vulgo vertitur. Unum adjungo ex *Herodian.* 2. 3. 12. ἄλλῳ μὲν τῷ θάρσος & προθυμίαν ἐνέβαλλεν. *Alium forsan audaciorem atque alacriorem redderet*, recte ibi vertitur. Innumera addere similia liceret; sed non decet esse nimios in hisce; nec tamen semper talia plane praeterire fas est, quia Interpretibus saepe fraudi fuere. *J.F.R.*

55. Et-

ὃς πρώτους ἡ μνήμη ὑπέβαλε, [a] διηγησάμην σοι ἀγαθὰς καὶ [b] βεβαίους φίλους. καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη καλαβὰς ἀπὸ τοῦ λόγου, σοὶ τὴν ῥήτραν παραδίδωμι· σὺ δὲ ὅπως μὴ χείρους ἐρεῖς τοὺς Σκύθας, ἀλλὰ πολλῷ τούτων ἀμείνους, αὐτῷ σοι μελήσῃ, εἴ τι καὶ τὴν δεξιᾶς περιόντικας, ὡς μὴ ἀποτμηθείης αὐτίκα. ἀλλὰ χρὴ ἄνδρα ἀγαθὸν εἶναι· ἐπεὶ καὶ γελοῖα ἂν πάθοις, Ὀρέστην μὲν καὶ Πυλάδην πάνυ σοφιστικῶς ἐπαινέσας, ὑπὲρ δὲ τῆς Σκυθίας φαῦλος ῥήτωρ [c] φανόμενος.

ΤΟΞ. Εὖγε, ὦ Μνήσιππε, ὅτι καὶ παροτρύνεις με πρὸς τὸν λόγον, ὥσπερ ἀπάνυ σοι μέλον, εἰ ἀποτμηθείης τὴν γλῶτταν, κραληθεὶς ἐν τοῖς λόγοις· πλὴν ἄρχομαί γε ἤδη, μηδὲν ὥσπερ σὺ καλλιλογησάμενος, ἅ γὲ Σκυθικὸν τοῦτο, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν τὰ ἔργα ὑπερφθέγξηται τοὺς λόγους. προσδοκήσεις δὲ μηδὲν τοιοῦτο παρ' ἡμῶν, οἷα σὺ διεξελήλυθας ἐπαινῶν, εἴ τις ἄπροικον ἔγημεν αἰσχρὰν γυναῖκα, ἢ εἴ τις ἀργύριον ἐπέδωκε γαμουμένῃ θυγατρὶ φίλου ἀνδρὸς, δύο τάλαντα, καὶ, νὴ Δί', εἴ τις παρέσχεν ἑαυτὸν δεδησόμενον, ὅτε προδήλως τῷ μικρὸν ὕστερον λυθήσεσθαι. πάνυ γὲ εὐτελῆ ταῦτα, καὶ μεγαλουργὸν ἐν αὐτοῖς ἢ ἀνδρεῖον ἔνι οὐδέν.

Ἐγὼ δέ σοι διηγήσομαι φόνους πολλοὺς, καὶ πολέμους, καὶ θανάτους ὑπὲρ τῶν φίλων, ἵν' εἰδῇς ὡς παιδιὰ τὰ ὑμέτερά ἐστι, πρὸς τὰ Σκυθικὰ ἐξετάζεσθαι. καίτοι οὐδὲ ἀλόγως αὐτὸ πεπόνθατε, ἀλλὰ εἰκότως τὰ μικρὰ

multis, quos primos ſubjecit memoria, tibi enarravi bonos firmosque amicos. Quod ſupereſt jam decedens, agendi partes tibi trado. Tu vero ne deteriores dicas Scythas, ſed multum his meliores, tibi ipſi curae erit, ſi quidem dextram curas, ne tibi praecidatur. Sed oportet te virum fortem eſſe: alioquin ridiculus fueris qui, Oreſte & Pylade plane Sophiſtarum arte abs te laudatis, pro Scythia tua malus orator videare. TOX. Bene *facis*, Mneſippe, quod etiam incitas me ad orationem, quaſi non vehementer labores, ne praecidatur tibi lingua, ſi victus oratione fueris. Verum jam ſtatim incipiam, nihil ſtudens, uti tu, verborum elegantiae: neque enim Scythicum iſtuc, praeſertim ubi res ipſae magis quam verba loquuntur. Expectabis autem nihil tale a nobis, qualia tu retuliſti, cum laudares, ſi quis indotatam deformemque uxorem duxit, aut ſi quis pecuniam dedit nubenti filiae amici, duo talenta, &, per Jovem, ſi quis vinciendum ſe praebuit, cum manifeſtum eſſet, paullo poſt ſolutum iri. Valde enim iſta vilia, & magnificum in illis aut virile adeo nihil quidquam ineſt.

36. Ego vero tibi enarrabo caedes multas, & bella, & mortes pro amicis *ſuſceptas*, ut ſcias ludum eſſe veſtra, cum Scythicis ſi comparentur. Quamquam non praeter rationem illud vobis accidit, ſed con-

a Διηγησάμην] Et ſic habere *Fl.* ac *Fr.* not. *Solan.* Quid tum? habent & *F. P. H.* &c. b Βεβαίους] Γναίους P. G. & marg. *AIW.* In vulgata conſpirant Edd. c Φανόμενος] Γανόμενος G. Nil mut. ulla Ed. Γανούμενος marg. *A1.*

55. Βεβαίους] Vulgatam potiorem arbitror, etſi utrumque recte dicitur, quod exemplis haud eget. *J. F. R.*

64. Φανόμενος] Ipſum marginis *Aldinae* vitium juvat lectionem τῷ φανόμενος. *J. F. R.*

87. Ἐν ὑφὴν βαθεῖαν] Sic ſupra in *Alex.* c. 51. verſ. 51. καὶ ὑφὴν βαθεῖαν πρὸς ἐκείνους ἦν. *Herodian.* IV. 10. 1. ἔστης ὑφὴν βαθεῖαν. Alia de hoc adjectiv. vid. ad *Revivi.* c. 41. *Piſc.* c. 12. De *Merced.* c. 25. & 33. *Zeux.* c. 8. Ac *de Salt.* c. 25. *J. F. R.*

91. Ὑποχωροῦμεν ἐτοίμους] Itane vero? An terga dare ſic ſuos vulgo hic fatetur? Non credo. Quid ergo, inquies? Dicam ἀπαρρούσομεν ſcripſerat Lucianus, quod facile ſic mutatum fuerit. Sed rem ego in medio relinquo. *M. de S.*

12. Ἐντιμότητες — τοὺς δικτύλους] Scytharum amicitiae ut concilientur, morem tradit, cui conforme eſt jusjurand. Catilinae, de quo *Salluſt.* & *Flor. G. C.* Ἐντιμότητες — τοὺς δικτύλους] *Salluſt.* id quod *Cognatus* ait, non liquido adfirmat. Sed famam tantum fuiſ-

conveniens est illa parva a vobis laudari. Neque enim sunt vobis occasiones ingentes ostendendae amicitiae, in alta pace viventibus: ut nec per serenum discas, bonusne sit gubernator; tempestate enim ad faciendum illud tibi judicium opus est. Apud nos autem bella perpetua, qui aut invademus alios, aut excipiamus qui nos aggrediuntur, aut subita concursione pro pascuis aut praeda pugnemus. Hic maxime amicis bonis opus est. Et hanc ob rem quam firmissime coimus amicitias, solum hoc telum invictum & vix superabile esse rati.

37. Prius autem dicere tibi volo, qua ratione faciamus amicos; non de comissationibus uti vos, neque si quis aequalis inde ab adolescentia, aut vicinus sit; sed si quem videamus virum fortem, & magnis rebus gerendis aptum; ad hunc festinamus omnes, & quod vos in nuptiis, hoc nos in amicis *conciliandis* facere operae pretium censemus, multum procantes, & omnia simul agentes, ne excidamus amicitia, nec rejiculi esse videamur. Et si quis praelatus *aliis*, *&* jam amicus sit; fedus deinde & jusjurandum maximum, *victurum simul*, *& morituruum*, *si opus sit*, *unum pro altero*. Et sic facimus. A quo enim tempore incisis semel digitis instillaverimus sanguinem in calicem, & intinctis gladiorum mucronibus, simul ambo admoto *ore* biberimus; nihil est quod post ea nos

σταῦτα ἐπαινεῖται· οὐδὲ γὰρ οὐδέ εἰσιν ὑμῖν ἀφορμαὶ ὑφ' ἡμεγέθεις πρὸς ἐπίδειξιν φιλίας, ἐν εἰρήνῃ βαθείᾳ βίοσιν, ὥσσαρ οὐδ' ἐν γαλήνῃ μάθοις, εἰ ᵈ ἀγαθὸς ὁ κυβερνήτης ἐσί· χειμῶνος γὰρ δέησ σοι πρὸς τὴ ἄφγνωσιν· ᵉ ἡμῖν δὲ συνεχεῖς οἱ πόλεμοι, ἢ ἐπελαύνομεν ἄλλοις, ἢ ὑποχωρῶμεν ἐπιόντας, ἢ συμπεσόντες ὑπὲρ νομῆς ἢ λείας μαχόμεθα· ἔνθα μάλιστα δεῖ φίλων ἀγαθῶν, ἢ ἄφ' τοῦτο ὡς βεβαιόταλα συντιθέμεθα τὰς φιλίας, μόνον τοῦτο ὅπλον ἄμαχον ἢ δυσπολέμητον εἶναι νομίζοντες.

Πρότερον δέ σοι εἰπεῖν βούλομαι, ὃν τρόπον ποιούμεθα τὺς φίλυς, οὐκ ἐκ τῶν πότων, ὥσσαρ ὑμεῖς, οὐδ' εἰ συνέφηβός τις, ἢ γείτων ἦν· ἀλλ' ἐπειδάν τινα ἴδωμεν ἀγαθὸν ἄνδρα, ἢ μεγάλα ἐργάσασθαι δυνάμενον, ἐπὶ τοῦτον ἅπαντες σπεύδομεν. ἢ ὅσσαρ ὑμεῖς ἐν τοῖς γάμοις, τοῦτο ἡμεῖς ἐπὶ τοῖς φίλοις ποιεῖν ἀξιοῦμεν, ἐπιπολὺ μνηστευόμενοι, ἢ πάντα ὁμοῦ πράττοντες, ὡς μὴ ἁμαρτάνοιμεν τῆς φιλίας, μηδὲ ἐπίβλητοι δόξωμεν εἶναι. καὶπειδὰν προκριθείς τις ἤδη φίλος ᾖ, συνθῆναι τὸ ἐπὶ τούτῳ, ἢ ὅρκος ὁ μέγιστος, ἢ μὴν ἢ βιώσεσθαι μετ' ἀλλήλων, ἢ ἀποθανεῖσθαι, ἢν δέῃ, ὑπὲρ τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον· ἢ οὕτω ποιοῦμεν. ἀφ' οὗ γὰρ ἐντεμόντες ἅπαξ τὺς δακτύλυς, ᵉ ἐνσταλάξωμεν τὸ αἷμα εἰς κύλικα, ἢ τὰ ξίφη ἄκρα βάψαντες, ἅμα ἀμφότεροι ᶠ ποιώμεν, οὐκ ἔστιν ὅ, τι τὸ μὴ ᵍ τοῦτο ἡμᾶς ἄφ-

ᵈ Ἀγαθὸς] Ἀληθὴς G. & marg. *A*1. Nil mut. Edd. ᵉ Ἐνσταλάξωμεν] Ἐνσάξ. marg. *A*1. ᶠ Ποιώμεν] Sic *Fl. Fr. B*2. *H. P. V*2. *S.* Πίωμεν *J.* ᵍ Τοῦτο] Sic dedi ex P. Τοῦθ' Edd. pleraeque. Mετ' αὐτὸ. Exc. *Fl.*

fuisse: vid. ejus *Catil.* c. 22. Sed moris hujus, de quo Lucianus, disserte *Tacitus* meminit, Annal.. XII. c. 47. De Mithridate & Rhadamisto: *Mos est regibus, quotiens in societatem coeunt, implicare dextras, pollicesque inter se vincire, nodoque praestringere: mox ubi sanguis in artus extremos se effuderit, levi ictu cruorem eliciunt, atque invicem lambunt. id foedus arcanum habetur, quasi mutuo cruore sacratum.* Plura *Lipsius* & *Gronov.* ibi in notis. *J. F. R.*

Ἐντεμόντες] Describit eodem fere modo *Herodotus* 4, 70. Ὅρκια δὲ ποιεῦνται Σκύθαι κ. τ. λ. *J. M. G.*

16. Τοῦτο] Ita recte P. Plerique Libri τοῦθ'. *Fl.* vero μετ' αὐτό. *M. du S.*

Τοῦτο ἡμᾶς] Quia sic solet plerumque scribi apud Nostrum, & in Cod. invenitur, & *Solan.* ita mutavit, sic dedi. At poëtis usitatius τοῦθ' ita exarare, sequente adspirata, non opus est ut demonstrem. vid. tamen *Hom.* Il. A. 193. ταῦθ' ὥρμαινε &c. Sed & in Nostro aliquoties ita editum, ut *Amor.* c. 19. vers. 75. διὰ τοῦθ' αἱ &c. Et in aliis prosae scriptoribus,

ἀφαλύσειεν ἄν. καὶ ἐφεῖται δὲ τὸ μέγιστον ἄχρι τριῶν ἐς τὰς συνθήκας [a] εἰσιέναι· ὡς ὅστις ἂν πολύφιλος ᾖ, ὅμοιος ἡμῖν δοκεῖ ταῖς κοιναῖς ταύταις, καὶ μοιχευομέναις γυναιξί. καὶ οἰόμεθα ἀκέρ' ὁμοίως ἰσχυρὰν τὴν φιλίαν αὐτῶν εἶναι, πρὸς πολλὰς εὐνοίας διαιρεθεῖσαν.

Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῆς Δανδάμιδος πρώην γενομένων. ὁ γὰρ Δάνδαμις ἐν τῇ πρὸς Σαυρομάτας συμπλοκῇ, ἀπαχθέντος αἰχμαλώτου Ἀμιζώκου τοῦ φίλου αὐτοῦ. μᾶλλον δὲ πρότερον ὀμοῦμαί σοι τὸν ἡμέτερον ὅρκον, ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἐν ἀρχῇ διωμολογησάμην, ἢ μὰ γὰρ τὸν Ἄνεμον καὶ τὸν Ἀκινάκην, οὐδέν πρὸς σέ, ὦ Μνήσιππε, ψευδόμενος ἐρῶ περὶ τῶν φίλων τῶν [b] Σκυθικῶν. ΜΝΗΣ. Ἐγὼ μὲν [c] οὐ πάνυ σου [d] ὀμνύοντος ἐδεόμην, σὺ δὲ ὅμως εὖ ποιῶν οὐδένα θεῶν ἐπωμόσω. ΤΟΞ. Τί σὺ λέγεις; οὐ σοι δοκοῦσιν, ὁ Ἄνεμος καὶ ὁ Ἀκινάκης, θεοὶ εἶναι; οὕτως ἄρα ἠγνόησας, ὅτι ἀνθρώποις μεῖζον οὐδέν ἐστι ζωῆς τε καὶ θανάτου; ὁπόταν οὖν τὸν Ἄνεμον καὶ τὸν Ἀκινάκην ὀμνύωμεν, ταῦτα ὀμνύομεν, ὡς τὸν μὲν Ἄνεμον, ζωῆς αἴτιον ὄντα, τὸν δὲ Ἀκινάκην δέ, ὅτι ἀποθνήσκειν ποιεῖ. ΜΝΗΣ. Καὶ μὴν εἰ διά γε τοῦτο, καὶ ἄλλους ἂν ἔχοιμι πολλοὺς θεούς, οἷος ὁ Ἀκινάκης ἐστί, τὸ οἷον, καὶ τὴν λόγχην, καὶ κώνειον, καὶ βρόχον,

dissolvat. Ac permissum est ternos summum tale fedus inire. Nam quisquis multos habet amicos, ille similis nobis videtur vulgaribus illis & adulteris mulieribus: putamusque non amplius aeque firmam illius amicitiam esse, per multas benivolentias divisam.

38. Incipiam vero ab Dandamidis rebus, quae nuper demum contigere. Dandamis nimirum in praelio cum Sauromatis abducto in captivitatem Amizoco amico suo —. quin prius jurabo tibi nostrum jusjurandum, quandoquidem hoc etiam initio mihi tecum convenit, Non ego, ita me Ventus & Acinaces, mendacium apud te, Mnesippe, dicam de amicis Scythicis. MNES. Equidem non valde opus habeo tuo jurejurando. Interim bene est, quod per Deum nullum jurasti. TOX. Quid ais? Non videntur tibi Dii esse Ventus & Acinaces? Adeo ignoras, nihil majus esse vita & morte hominibus? Cum ergo Ventum juramus & Acinacem, eatenus juramus, quatenus vitae caussae Ventus (aër) est, Acinaces vero mortem efficit. MNES. Verum si propter ista; etiam alios multos habueritis Deos, qualis est Acinaces; Sagittam, & Hastam, & Cicutam, & Laqueum,

a Εἰσιέναι] Συνιέναι G. & marg. A1. Nil mut. Edd. b Σκυθικῶν] Σκυθῶν P. & marg. A1. c Οὐ] Male deest in Fl. d Ὀμνύοντος] Ὀμνύοντος Ex. Fl. Nil mut. L.

ut *Alciphr.* III. Ep. 61. p. 428. Εἰς ταῦθ' ὅταν — sed quorsum nimia ista diligentia in re nullius momenti? *J.F.R.*

18. Εἰσιέναι] Valde quoque probo scripturam veteris libri, καὶ ἐφεῖται δὲ τὸ μέγιστον ἄχρι τριῶν ἐς τὰς συνθήκας συνιέναι, *licet autem summum tres in foedus tale coire*, pro communi εἰς τὰς συνθήκας εἰσιέναι, non quod hanc lectionem non possimus tueri, sed quod illa sit efficacior. Est enim σύνειμι vox propria qua utuntur de familiaritate, quam amici ineunt & colunt, uti notum est. *J.G.G.*

19. Ὅστις ἂν πολύφιλος] Πολυφιλία apud Scythas non aliter infamis fuit, quam apud alias gentes unius mulieris cum pluribus viris consuetudo. Sed diversa sentit *Cic.* Lib. de Amicit. & *Plut.* περὶ πολυφιλίας. *G.C.*

30. Μὰ γὰρ τὸν Ἄνεμον & τὸν Ἀκινάκην] Cum Barbaros per *gladium* jurantes ridet, aut in mentem non venit, aut dissimulavit, Graecos ipsos per *Lanceas* jurare solitos; (quod apud eos sanctissimum habebatur sacramentum. *Justin.* XIII.) Neque per *sceptrum* jurare apud Homerum ridiculum haberi. Vid. *Eust.* Il. A. Sed ad Scythas redeo. *Clem. Alex.* p. 25. C. Σκυθῶν δὲ οἱ Σαυρομάται, ὡς φησιν Ἡρόδοτος ἐν τῷ περὶ μυστηρίων, Ἀκινάκην σέβουσιν. Idem p. 19. A. *olim* ab iis cultum ait. *Ammian.* XXXI. *J. Brod.* Immo hodieque, quod ex itinere Legati Moscovitici nuper in Belgio edito constat, *Arcum & Gladium caeteraque arma*

pro

queum, ac talia. Varius enim Deus ille Mors est, infinitas praebet, quae ducant ad se, vias. TOX. Vides, quam contentiose illud agas & instar rabulae, interpellans & pervertens orationem meam. At ego dum tu dicebas, quietus eram. MNES. At non iterum certe, Toxari, hoc faciam. Omnino enim recte me increpuisti. Itaque audacter, quae sequuntur dicito: quasi nec interstim tuo sermoni, ita silentium tibi praestabo.

ἔχον, ᾗ τὰ τοιαῦτα. ποικίλ⟨ον⟩ γὰρ ἔστ⟨ιν⟩ ὁ θεὸς ὁ θάνατ⟨ος⟩, ᾗ ἀπείρους τὰς ἐφ' ἑαυτὸν παρέχε⟨ται⟩ ἀγώγας ὁδούς. ΤΟΞ. Ὁρᾷς, τοῦτο ὡς ἐριστικὸν ποιεῖς, ᾗ δικανικὸν, ὑποχρεῶν μέλαξυ ᾗ ἀφθείρων μου τ' λόγον; ἐγὼ δὲ ἡσυχίαν ἦγον, σοῦ λέγοντ⟨ος⟩. ΜΝΗΣ. Ἀλλ' οὐκ αὖθις γε, ὦ Τόξαρι, ποιήσω τοῦτο, πάνυ γὰρ ὀρθῶς ἐπετίμησας· ὥστε θαῤῥῶν, τό γε [e] ὀπὶ τούτῳ λέγε, ὡς μηδὲ παρόντ⟨ος⟩ ἐμοῦ τοῖς λόγοις, ὕτω σιωπήσομαί σοι.

39. TOX. Quartus dies processerat amicitiae Dandamidi & Amizocae, ex quo sanguinem alter alterius una biberant: cum regionem nostram invadunt Sauromatae decem millibus equitum: pedestrium vero copiarum tertium tantum contra *nos* venisse dicebatur. Cum autem nos imprudentes hujus invasionis opprimerent, vertunt *in fugam* omnes, multosque armatorum interficiunt, alios autem abducunt vivos, praeterquam si quis satis celeriter in alteram ripam fluminis transnataret, ubi nobis dimidius exercitus, & pars plaustrorum erat: sic enim tum castra posueramus, nescio quo consilio ducum nostrorum, ad utramque ripam Tanais. Statim ergo praeda abduci, captiva *corpora* comprehendi, diripi

ΤΟΞ. Τετάρτη μὲν ἦν ἡμέρα τ' φιλίας Δανδάμιδι ᾗ Ἀμιζώκῃ, ἀφ' ἧ τὸ ἀλλήλων αἷμα συνεπεπώκεσαν· ἦκον δὲ ἡμῖν ὀπὶ τ' χώραν Σαυρομάτ⟨αι⟩. μυρίοις μὲν ἱππεῦσιν· οἱ πεζοὶ δὲ, τρὶς τοσοῦτοι ἐπεληλυθέναι ἐλέγοντο. οἷα δὲ ὑ προειδομένοις τ' ἔφοδον αὐτῶν [f] ὀπιπεσόντες, ἅπαντας μὲν τρέπουσι, πολλοὺς δὲ τ' μαχίμων κτείνουσι· τοὺς δὲ ᾗ ζῶντας ἀπάγουσι, πλὴν εἴ τις ἔφθη διαπηξάμεν⟨ος⟩ εἰς τὸ πέραν τοῦ ποταμοῦ, ἔνθα ἡμῖν τὸ ἥμισυ τοῦ στρατοπέδου, καὶ μέσ⟨α⟩ τ' ἁμαξῶν ἦν· ὕτω γὰρ ἐσκηνώσαμεν τότε, οὐκ οἶδα ὅ, τι δόξαν τοῖς ἀρχιπλάνοις ἡμῶν, ἐπ' ἀμφοτέρας τὰς ὄχθας τοῦ Τανάϊδ⟨ος⟩. εὐθὺς οὖν ἡ τε λεία ἐσηλαύνετο, ᾗ τὰ αἰχμάλωτα συνείχετο, ᾗ τὰς σκηνὰς διήρ-

[e] Ἐπὶ τούτῳ] Et hic *Fl.* consentire not. *Solan.* [f] Ἐπιπεσόντες] Sic *J. Fl. H. B2. S.* Ἐκπεσόντες P. Εἰσπεσόντες L.

pro Diis habent. *M. du S.*

Ibid. Τὸν Ἄνεμον ⟨καὶ⟩ τ' Ἀκινάκου] Jusjurandum Scytharum, μὰ τ' Ἀκινάκου, ᾗ μὰ τ' Ἄνεμον. tametsi Acinaces vocabulum sit Persicum ensem significans, ut tradit *Herod.* in Polymnia, Graeci tamen etiam pro gladio Scythico usurpare solent, quem sicut Deum quendam gens illa observaret & coleret. *Clem. Alex.* Σκυθῶν δὲ οἱ Σαυρομάται, ὡς φησὶν Ἰκέσι⟨ος⟩ ἐν τῷ περὶ μυστηρίων, Ἀκινάκου σέβουσι. *Ammian.* L. XIII. Lucian. in Tragoedo. *G.C.*

Τὸν Ἄνεμον ⟨καὶ⟩ τ' Ἀκινάκου] Confer & *Brod.* Misc. Part. 2. p. 533. *J.F.R.*

62. Ἐπιπεσόντες] Εἰσπ— L. ut c. 54. Sed hic aptior videtur recepta. *M. du S.*

Ἐπιπεσόντες] Nihil mutare Edd. notarat *Solanus.* Verum eas quas in variantt. notavi, ipse consului & in *P.* tamen ἐκπ. inveni, quod hic nihili est. At εἰσ—όντες quod L. habet, non displicet; sic rursus infra c. 54. a. m. ἐ μᾶ πολὺ ⟨καὶ⟩ ἔστ⟨ιν⟩ εἰσέπεσον. Sed ἐπιπίπτει τῷ θηρίῳ non longe hinc c. 43. iterum ait. *Long. Past.* III. pr. ἐπιπεσούμ⟨αι⟩ ἀφυλάκτοις ταῖς πύλαις. *Herodian.* I. 8. 11. &c. Mirum autem, nullum Cod. in hac varietate ἐμπεσόντες habere, quod ceteris frequentius occurrit, vid. ad c. 28. Quia igitur ἀδιάφορον est, scribasne hic ἐπι. an εἰσπεσ. antiquarum Edd. lectionem servavi, unius Codicis ratione nulla habita. *J.F.R.*

68. Τοῖς ἀρχιπλάνοις] Fictum, credo, nomen a Luciano, ut indicaret *Duces oberrantium* & νομάδων, Scytharum. *J.M.G.*

διήρπαζον, καὶ τὰς ἁμάξας καὶ ἐλαμβάνοντο, αὐτάνδρους τὰς πλείστας ἁλισκομένας. καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ὑβρίζοντες τὰς παλλακίδας, καὶ τὰς γυναῖκας. ἡμεῖς δὲ ἠνιώμεθα τῷ πράγματι.

tabernacula, plaustra capi cum ipsis plerumque vectoribus. Et in oculis nostris contumeliam inferebant pellicibus nostris atque uxoribus: quae res pessime nos habuit.

Ὁ δὲ Ἀμιζώκης ἀγόμενος, ἁλώκει γάρ, ἐβόα τὸν Φίλον ὀνόματι, κακῶς δεδεμένος, καὶ ὑπεμίμνησκε τὸν κύλικος, καὶ τοῦ αἵματος. ὧν ἀκούσας ὁ Δάνδαμις, οὐδὲν ἔτι μελλήσας, ἀπάντων ὁρώντων, διεκηνήχει εἰς τοὺς πολεμίους· καὶ οἱ μὲν Σαυρομάται, διημαρτηκότες τοὺς ἄκοντας, ὥρμησαν [a] ἐπ' αὐτὸν ὡς καλαχεντήσοντες· ὁ δὲ ἐβόα τὸν Ζίριν. τοῦτο δὲ ἦν τις εἴπῃ, οὐκέτι [b] φονεύσουσιν αὐτόν, ἀλλὰ δεχόμενοι, ὡς ὅτι λύτροις ἥκοντα καὶ δὴ ἀναχθεὶς πρὸς τὸν ἄρχοντα αὐτῶν, ἀπῄτει τὸν Φίλον· ὁ δὲ λύτρα ᾔτει· μὴ γὰρ προήσεσθαι, εἰ μὴ μεγάλα ὑπὲρ αὐτοῦ λάβῃ. ὁ Δάνδαμις δὲ, ἃ μὲν εἶχον, φησὶν, ἅπαντα διήρπασται ὑφ' ὑμῶν, εἰ δέ τι δύναμαι γυμνὸς [c] ἀποτελέσαι, ἕτοιμος ὑπάρχειν ὑμῖν, καὶ πρόσταττε ὅ, τι ἂν θέλῃς· εἰ βούλει δὲ, ἐμὲ ἀντὶ τούτου [d] λαβών, κατάχρησαι πρὸς ὅ, τι σοι Φίλον. ὁ δὲ Σαυρομάτης· Οὐδὲν, ἔφη, δεῖ ὅλως κατέχεσθαί σε, καὶ ταῦτα Ζίριν ἥκοντα· σὺ δὲ, ὧν ἔχεις μέρος καλα-

40. Amizoces autem cum duceretur, captus enim erat, nominatim inclamat amicum, duriter vinctus, & calicis admonet sanguinisque. Quibus Dandamis auditis, nihil amplius cunctatus, omnium in conspectu ad hostes transnatat. Ac Sauromatae telis sublatis impetum in illum faciunt, ut confossuri. At ille *Zirin* clamat. Hoc vero si quis dicat, non jam illum interficiunt, sed tanquam redimendi causa advenientem recipiunt. Itaque abductus ad ducem illorum, amicum repetit: hic pretium postulat, negatque se dimissurum, nisi magnum pro illo accipiat. Dandamis, *quae habebam*, inquit, *ea omnia a vobis direpta sunt. Si quid vero nudus possum solvere, subire vobis paratus sum: & impera quidquid volueris. Si vero volueris, pro hoc me tibi habe, &, quomodocumque tibi collibuerit, abutere.* At Sauromata, *non oportet*, inquit, *omnino te retineri, idque cum Zirin veneris: quin tu parte eorum, quae ha-*

a Ἐπ' αὐτὸν] Desunt in *Fl.* Adsunt in cett. & P. b Φονεύσουσιν αὐτὸν] Φονεύσ᾽ ὑπ' αὐτῶν. P. & marg. *Alii.* c Ἀποτελέσαι] Ὑποτελέσαι *Fl.* d Λαβὼν] Excidit ex *Fl.* Habet P. & Edd.

72. Καὶ ἐλαμβάνοντο, αὐτάνδρους] Delenda est distinctio in his verbis: καὶ τὰς ἁμάξας κατελαμβάνοντο, αὐτάνδρους τὰς πλείστας ἁλισκομένας. Pertinet αὐτάνδρους ad ἁμάξας, Αὐτάνδροι ἁμάξαι sunt currus cum hominibus, quibus uxores & liberos suos imponebant Scythae Hamaxobii. Vertendum igitur: *Et curribus potiebantur, quos capiebant cum ipsis hominibus*, non *cum viris*, ut Erasmus. Viri enim in castris versabantur. *J.G.G.*

Καὶ ἐλαμβάνοντο αὐτάνδρους] Non valde refert, tollasne id comma post καὶ ἐλαμβάνοντο, quod in Edd. est, nec ne. Sensus enim tamen potest prodire idem quem Cl. *Graevius* vult. *J.F.R.*

74. Παλλακίδας & τὰς γυναῖκας] Hinc liquido constat, fuisse Scythis & uxores & concubinas multas, quod jam ante delibavimus ad 76. C. Egregie autem hinc confirmatur *Menandrei* fragmenti emendatio a *Strabone* (VII. 297. Ed. *Paris.* m. 205.) ut id de Thracibus probaret, adducto, quod adeo describere non pigebit.

Γαμεῖ γὰρ ἡμῶν οὐδὲ εἷς, εἰ μὴ δικ' ἦ
Ἐνδικα γυναῖκας, δώδεκά τε πλείους τινάς.
Ἂν τέτταρας δ' ἢ πέντε γιγαμηκὼς τύχῃ,
Ἀναφρόδιτον, ἀνυμφίαυτον, ἄβλιτον,
Ἀνυμφον ἂν ἐπικαλεῖτ' ἐν τοῖς ἐμοῖ.

Hic vero, ut quantum debeatur Clarissimo Anonymo, qui Emend. in *Menand.* & *Philem.* fragm. edidit, cum ἀναφρολίτον, pro vulgato καλλιτροφίτις, restituit, auctores ipsos quaeso, si nondum videris, & doctissimorum in eum locum conatus tuis oculis inspicito. Emendatio ejus extat p. 97. *M. du S.*

82. Διημαρτηκότες τοὺς ἄκοντας] Jamdudum notatus & agnitus hic locus viris doctis, a quibus moniti interpretes non debuerunt perseverare in mala interpretatio-

habes, *data amicum abducas licet.* Rogat Dandamis, *Quid tandem vellet accipere?* Hic oculos petit. At ille ſtatim effodiendos praebet, cumque effoſſi eſſent, & jam pretium haberent Sauromatae, aſſumto Amizoce redit illo innixus; & ſimul transnatantes ſalvi ad nos veniunt.

41. Hoc factum Scythas omnes erexit, neque jam ſe victos putarunt, cum viderent maximum bonorum non ablatum eſſe ab hoſtibus, manente apud nos honeſto animo, & erga amicos fide. Verum etiam Sauromatas non mediocriter eadem res perterruit, cogitantes, contra quos viros, paratos quidem, pugnaturi eſſent, etſi imprudentes tum ſuperaverant. Itaque proxima nocte, relictis plerisque pecudum, incenſisque plauſtris, fuga abierunt. Verum Amizoces ferre non poterat, videre ſe, caeco Dandamide; ſed ipſe quoque ſe excaecat, jamque ſedent ambo, atque ex publico a communi Scytharum cum multo honore aluntur.

42. Quid tale, Mneſippe, vos dicere poſſitis, & ſi quis alios tibi decem ſupra

βαλὼν, ἄγε τ φίλον. ἤρετο ὁ Δάνδαμις ὅ, τι χ βούλ) λαβεῖν; ὁ δὲ τὺς ὀφθαλμὺς ᾔτησεν. ὁ δὲ αὐτίκα παρέχειν ἐκκόπειν αὐτύς· καπειδὴ ἐξεκέκοπτο, χ ἤδη τὰ λύτρα εἶχον οἱ Σαυρομάτ), παλαβὼν τ Ἀμιζώκην, ἐπανῆλ, ἐπερειδόμεν αὐτῷ, χ ἅμα ξυνηξάμενοι ἀπεσώθησαν πρὸς ἡμᾶς.

Τῦτο γενόμενον παρεμυθήσαλο ἅπανλας Σκύθας, χ ὐκέτι ἡττᾶλ ἐνόμιζον, ὁρῶντες ὅτι τὸ μέγιστον ἡμῖν τ ἀγαθῶν ὐκ ἀπήγαγον οἱ πολέμιοι, ἀλλ' ὅτι ἦν παρ' ἡμῖν ἡ ἀγαθὴ γνώμη, χ [a] ἡ πρὸς τὺς φίλυς πίστις. χ τὺς Σαυρομάτας δὲ τὸ αὐτὸ μετρίως ἐφόβησε, λογιζομένυς πρὸς οἵυς ἄνδρας ἐκ παρασκευῆς μαχῆν), εἰ χ ἐν τῷ ἀπροσδοκήτῳ τότε ὑπερέσχον, ὥστε νυκτὸς ἐπιγενομένης, ἀπολιπόντες τὰ πλεῖστα τ βοσκημάτων, χ τὰς ἁμάξας ἐμπρήσανλες, ᾤχοντο φεύγοντες. ὁ μέντοι Ἀμιζώκης ὐκέτι ἠνέσχετο βλέπειν αὐτὸς [a] ὑπὸ τυφλῷ τῷ Δανδάμιδι, ἀλλὰ τυφλώσας χ αὐτὸς ἑαυτὸν, ἀμφότεροι καθήν) κοινῇ τ Σκυθῶν δημοσίᾳ μ πάσης τιμῆς τρεφόμενοι.

Τί τοιῦτον, ὦ Μνήσιππε, ὑμεῖς ἔχοιτε ἂν εἰπεῖν, εἰ χ ἄλλυς σοι δέκα δοίη τις ἐπὶ

[a] Ἡ] Non habet artic. *Fl.* *f* Ἐπὶ] Excidit ex *Fl.* Adeſt in P. & Edd. In tribus ſeqq. capp. nil varietatis notatum, ſed *Fl.* nihil mutare, ſaepe adſcriptum.

tione *denſatis telis*, quod potuit quidem fieri, ſed non ſunt ad ſenſum Graecorum exprimendum. Debuerunt *ſublatis*, quum manibus levaſſent haſtas velut transfixuri, quod fieri ſic ſolet. Utique c. 55. Ἡλασεν ἀλλὰ τ πολεμίων, κοπίδι διηρμένῳ non interpretantur *denſato*, ſed *ſublato gladio*. Eadem pagina non intelligo cur voces eas χ ταῦτα Ζίριν ἤκουσα iidem reddant *idque quum temet dedideris*; quum qui ſic venit, & pronunciat Zirin, paulo ante dixerit venire quaſi ſoluturum λύτρα, non ob ſe dedendum. *J. G.*

84. Τὸν Ζίριν] Ζίρις *Gujetus* ſcripſit in notis, nihil aliud. An igitur maluit legi, ὦ Ζίρις; quia βοῶν, quum fit effictum a bovis ſono, eſt neutrum abſolutum, ut ait *Budd.* in Lex. minore. Verum eſt, id generaliter *clamare*, *exclamare* ſignificare, & potiſſimum ſine accuſativo uſurpari. Interim & non ſemel cum eodem, ut *Aelian.* V. H. XII. 1. p. 661. Ed. minor. χ τὸ τῦ πατρὸς ὄνομα ἰδόα. Apud LXX. vero aliquoties, ut 2. *Reg.* XX. 4. Βόησόν μοι τ ἄνδρα Ἰούδα &c. *Eſai.* XII. 4. Ὑμνεῖτε κύριον, βοᾶτε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. &c. Longe tamen frequentius ap. eosd. βοᾶν πρὸς κύριον. Sed & *Ariſtoph.* Av. verſ. 60. Τίς ὁ βοῶν τ δυσπότην; ſic & *Plautus clamitare aliquem* dicit. Pſeud. V. 1. 30. licet & hoc proprie ſit verbum neutrum; ait autem *Plaut. clamitant me, ut revortar.* Ita *clamare aliquem*, *Petron.* c. 107. p. 493. Adde Cl. *Burman.* ad Ovid. II. Metam. 443. — *clamata refugit*; ubi id contra correctores pluribus probat. *J. F. R.*

97. Ζίριν ἤκουσα] Forſan ἠκοῦντα, nam ſupra vocaverat Zirin. *F. G.*

99. Ὀφθαλμοὺς — ἐκκόπτειν] Oculos obferre eruendos ſummum amoris ſignum eſſe, hoc Luciani aliorumque teſtimoniis oſtendit Rev. *J. Elſner.* ad Epiſt. ad *Galat.* IV. 15. ubi legimus: μαρτυρῶ γὰρ ὑμῖν, ὅτι, εἰ δυνατὸν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκατέ μοι. *J. F. R.*

ὅπι τοῖς πέντε καλαριθμήσαλ ἀνωμότως, εἰ βούλῃ, ὡς χὴ πολλὰ ἐπιψεύδοιο αὐτοῖς; χήτοι ἐγὼ μὲν σοι γυμνὸν τὸ ἔργον διηγησάμην· εἰ δὲ σύ τινα τοιοῦτον ἔλεγες, εὖ οἶδα, ὁπόσα ἂν κομψὰ ἐγκατέμιξας τῷ λόγῳ, οἷα ἱκέτευεν ὁ Δάνδαμις, χὴ ὡς ἐτυφλῶτο, χὴ ἃ εἶπε, χὴ ὡς ἐπανῆκε, χὴ ὡς ὑπεδέξαντο αὐτὸν ἐπευφημοῦντες οἱ Σκύθαι, χὴ ἄλλα ὁποῖα ὑμεῖς μηχανᾶλ εἰώθατε πρὸς τὴ ἀκρόασιν.

Ἄκουε γοῦν χὴ ἄλλου ἰσότιμον, Βελίτταν, Ἀμιζώκης τούτου ἀνεψιόν· ὃς ἐπεὶ καλασπασθέντα ἐκ τῆς ἵππου ὑπὸ λέοντος εἶδε Βάσθην τὸν φίλον (ἅμα δὲ ἔτυχον θηρῶντες) χὴ ἤδη ὁ λέων, περιπλακεὶς αὐτῷ, ἐνεπεφύκει τῷ λαιμῷ, χὴ τοῖς ὄνυξιν ἐσπάραττε, καλαπηδήσας χὴ αὐτὸς, ἐπιπίπτει κατόπιν τῷ θηρίῳ, χὴ περίεσπα, πρὸς ἑαυτὸν παροξύνων, χὴ μετάγων, χὴ ἅμα τοῖς ὀδοῦσιν μέλαξὺ διείρων τοὺς δακτύλους, χὴ τὸν Βάσθην, ὡς οἷόν τε ἦν, ὑπεξελεῖν πειρώμενος τοῦ δήγματος. ἄχρι δὴ ὁ λέων ἀφεὶς ἐκεῖνον ἡμιθνῆτα ἤδη, ὅπι τὸν Βελίτταν ἀπεστράφη, χὴ συμπλακεὶς ἀπέκλεινε κἀκεῖνον· ὁ δὲ Σποθνήσκων τὸ γοῦν τοσοῦτον ἔφθη κατάξας τῷ ἀκινάκῃ τὸν λέοντα εἰς τὸ στέρνον, ὥστε ἅμα πάντες ἀπέθανον, χὴ ἡμεῖς ἐθάψαμεν αὐτοὺς, δύο τάφους ἀναχώσαντες

illos quinque enumerare permittat; & injuratus si lubet, ut etiam mendacio augere multa possis? At ego tibi rem nudam exposui. Si vero tu talem quemdam diceres, bene novi quantas venustates admisturus esses narrationi, quibus verbis supplicaverit Dandamis, & quomodo excaecatus fuerit, & quae tum dixerit, & ut redierit, & ut cum plausu illum Scythae receperint, & alia, quae vos machinari auribus soletis.

43. Audi jam & alium aequo honore dignum, Belittam, Amizocae hujus consobrinum: qui cum equo detractum a leone Basthen amicum videret, una autem erant in venatu, & jam leo complexus hominem fauces illius invasisset, & laceraret eum unguibus: desiliens ipse quoque a tergo irruit in bestiam, eamque detrahit, in se dum irritat & traducit, inferens intra dentes illius suos digitos, & Basthen, quantum fieri poterat eripere morsui tentans: donec leo, relicto illo jam semianimi, versus in Belittan, eumque complexus, ipsum quoque interemit. Atque ille jam moriens ante tamen sic acinace leonem in pectore percussit, ut simul omnes morerentur. Nos vero sepelivimus illos, duobus prope se invicem tumulis aggestis, uno

25. Ἀνωμότως εἰ βούλει] Toxaris ubi nobilissimum fidae amicitiae exemplum de Amizoca & Dandamide quodam enarrasset, rogat Mnesippum, quid par ei aut secundum proferri possit e Graecis, licet vel decem supra numerum ante positum (nam, ut uterque quinque exempla referret, convenerat) adnumerare concedat, etiam sine jurejurando, ut multa tuto possint adfingi, quo historia evadat mirabilior. Fuit cum in Graecis verbis pro ἀνωμότως suspicarer ἀνωμότῳ esse legendum: εἰ δ' ἄλλως σοι δίκαι δοίη τις ἐπὶ πέντε καλαριθμήσαλ, ἀνωμότῳ, εἰ βούλει. *si quis alios decem ad quinque adnumerare concederet tibi etiam injurato, si placet.* Juraverant scilicet ambo, Mnesippus per Jovem Φίλιον, Toxaris per Ventum & Acinacem, Scytharum numina, se nihil historiis amicitiarum, quas relaturi essent, de suo allituros. Nimirum ἀνώμοτος est *injuratus*, h. e. qui ipse non juravit, ut patet ex notissimo illo Euripideo,

Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Et ipse Noster supra c. 18. χὴ εἶδε γε, ὦ Μνήσιππε, ἀνώμοτος ὢν ταῦτα ἔλεγε. Sane si & hic ita scripsisset Lucianus, nihil foret culpandum. Sed & ne nunc quidem quidquam sollicitandum. Etenim ἀνώμοτος non modo is est, qui Latinis *injuratus*; verum etiam de ea re dicitur, quae sive foedere, sive pacto, sive jurejurando qualicumque non est comprehensa & obstricta, μὴ, ut loquitur lib. I. *Thucydides*, ὅρκοις κεκλημένοις. Sic ex Demosthene profertur ab Lexicographis ἡ εἰρήνη ἀνώμοτος, (id quod unicum ad probandam hanc hujus vocis notionem ab iis adfertur) pax jurejurando non confirmata. Ita quoque hic οἱ ἄλλοι ἀνώμοτοι sunt ii, quorum historia citra jusjurandum & obligationem fidei possit referri, admixtis etiam falsis quibusdam. Eumdem hunc usum habet ἀνώμοτος iterum apud Nostrum T. I. pag. 315. ubi causa datur, quare Jupiter potissimum insulam Delum

uno amicorum, altero autem exadverso leonis.

πλησίον, ἕνα μὲ τ̃ φίλων, ἕνα δὲ κατ' ἀντικρὺ τ̃ λέοντ⊙.

44. Tertiam tibi enarrabo, Mneſippe, Macentis amicitiam, & Lonchatae, & Arſacomae. Arſacomas hic amore incenſus fuerat Mazaeae Leucanoris F. Boſporanorum reguli, cum legatus ad eum eſſet tributi cauſſa, quod ſemper nobis ſolventes alioquin Boſporani, tertium jam menſem ultra diem dictum debuerant. In coena igitur cum vidiſſet Mazaeam, magnam & pulchram virginem, amare illam, & inde animo aeger eſſe coepit. Ac de tributo negotium perfectum jam erat: jam reſponderat illi rex, jam diſceſſus cauſſa convivio illum excipiebat. Moris autem eſt in Boſporo, ut proci in coena petant puellas, dicantque, qui ſint, qui recipi in affinitatem poſtulent. Jam forte accidit, ut plures in ea coena proci adeſſent, reges & regum filii, & Tigrapates *in his* erat, Lazorum regulus, & Adyrmachus Machlyinae princeps, & alii multi. Oportet vero procorum unumquemque, cum ſe indicavit, *nimirum* nuptiarum ſe cauſſa veniſſe, coenare cum aliis, & quiete accumbere: finitis vero epulis poculum poſcere, libare in menſam, & procum ſe puellae profiteri,

Τρίτ̃ δέ σοι διηγήσομαι, ὦ Μνήσιππε, τ̃ Μακέντ⊙ φιλίαν, κ̀ Λογχάτ⊙, κ̀ Ἀρσακόμα. ὁ γ̀ Ἀρσακόμας ὕτ⊙ ἠράσθη Μαζαίας τ̃ Λευκάνορ⊙, τ̃ βασιλεύσαντ⊙ ἐν Βοσπόρῳ, ὁπότε ἐπρέσβευεν ὑπὲρ τ̃ δασμ̃, ὃν οἱ Βοσπορανοὶ ἀεὶ φέρουσες. ἡμῖν τότε ἤδη τρίτον μῆνα ὑπερήμεροι ἐγεγένηντο. ἐν τῷ δείπνῳ γ̃ν ἰδὼν τ̀ Μαζαίαν, μεγάλην κ̀ καλὴν παρθένον, ἤρα, κ̀ πονηρ̃ς εἶχε. τὰ μ̀ ὖν περὶ τ̃ φόρων διεπέπρακτο ἤδη, κ̀ ἐχρημάτιζεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς, κ̀ εἰστία, ἤδη αὐτὸν ἀποπέμπων. Ἔθ⊙ δέ ἐστιν ἐν Βοσπόρῳ, τὺς μνηστ̃ρας ὅτι τῷ δείπνῳ αἰτεῖν τὰς κόρας, κ̀ λέγειν, οἵ τινες ὄντες ἀξιοῦσι καταδεχθῆναι ὅτι τ̀ γάμον. κ̀ δὴ κ̀ τότε ἔτυχον ἐν τῷ δείπνῳ πολλοὶ μνηστ̃ρες παρόντες, βασιλεῖς, κ̀ βασιλέων παῖδες, κ̀ Τιγραπάτης ἦν ὁ Λαζ̃ν δυνάστης, κ̀ Ἀδύρμαχ⊙, ὁ Μαχλυίνης ἄρχων, κ̀ ἄλλοι πολλοί. δεῖ δὲ τ̀ μνηστ̃ρων ἕκαστον προσαγείλαντα ἑαυτὸν, διότι μνηστευσόμεν⊙ ἧκε, δειπνεῖν ἐν τοῖς ἄλλοις κατακείμενον ἐφ' ἡσυχίας· ἐπειδὰν δὲ παύσων⊙ δειπνοῦντες, αἰτήσαντα φιάλην ἐπισπεῖσαι κ̀ τ̀ τραπέζης, κ̀ μηστεύσα-

12. Ὑπερήμερος] Ὑπερήμερος, ἐπὶ πάσης ὑπερθεσμίας λέγεται. *V.*

lum ad partum Latonae jusſerit exiſtere. ἡ Ἶρις δ̀, inquit Iris, ὅρκῳ μεγάλῳ κατείλησε τὴν γ̃ν, μὴ πρόσχειν τῇ Λατοῖ τ̀ ὠδίνων ὑποδοχήν. ἡ τοίνυν νῆσ⊙ αὕτη (ſic enim, non αὐτὴ, legendum, jam monuimus) ἀνώμοτός ἐστιν. Hic namque ἀνώμοτ⊙ νῆσ⊙ eſt, quae iſto jurejurando, quo reliquam terram obſtrinxerat Juno, non tenebatur. Non latuit quoque hoc *Th. Magiſtro*, qui in voce Ἀπώμοτ⊙ ita, Ἀπώμοτ⊙, ὁ ἀπηγορευμέν⊙. Ἀνώμοτ⊙ δὲ, κ̀ ὁ μὴ ἐν ὅρκῳ προσληφθείς, κ̀ ὁ μὴ ὀμόσας. Mox addit eum, quem noviſſimum adduximus, Luciani locum. *J. J.*

37. Τὸ λέοντ⊙] Leones Scythia non habet. (In addend. Ed. *Graev.*) *AE. M.*

Ibid. Εἶδε βάδ̃λω] Veriſimilia haec non ſunt; Leones enim Scythia non habet. *F. G.*

41. Ἐπιπίπτει] Conf. ſupra c. 39. Et hoc loco ἐπιπίπτει maxime proprium eſſe arbitror, beneque habet, quod nihil variationis notatum invenio. *J. F. R.*

44. Διείρων] Vid. quae poſt Cl. *Jenſium* de hoc verbo diſputavi ſupra ad c. 33. hujus Dial. *J. F. R.*

58. Μαζαίας τ̃ Λεύκανορ⊙ τ̃ βασ. τ̃ Βοσπ.] Nomina Scytharum curioſe anquirere haud operae pretium eſſe duxi; ſed haec ſi ficta non ſint, alicubi apud Hiſtoricos occurrere veroſimile eſt.

Cave autem, quia βασιλεύσαντ⊙ dicit, fato functum credas; mox enim vivum inducit. *M. du S.*

65. Ἐχρημάτιζεν αὐτῷ] Quod vertitur, *reſponderat illi rex*, e negotii ipſius ratione ſumtum eſt: nam ad proprietatem verbi ſatis fuerat, jam *operam illi rex dederat*, ut Ἰκαρομ. c. 26. de Jove, qui audit modo, non reſpondet, ἐπὶ δὲ ἱκανῶς ἐχρημάτισε ταῖς εὐχαῖς. *J. M. G.*

80. Ὃς

τ παῖδα, πολλὰ ἐπαινῶντα ἑαυτὸν, [a] ὅς τις ἢ γένους, ἢ πλούτου, ἢ δυνάμεως ἔχοι.

Πολλῶν οὖν χτ τ δὲ τ νόμον σπεισάντων, χ αἰτησάντων, χ βασιλείας χ πλούτους καὶ ἀριθμησαμένων, τελευταῖος ὁ Ἀρσακόμας αἰτήσας τ φιάλην, οὐκ ἔσπεισεν (ὐ γὰρ ἔθος ἡμῖν ἐκχεῖν τ οἶνον, ἀλλὰ ὕβρις εἶναι δοκεῖ τοῦτο εἰς τ θεόν.) πιὼν δὲ ἀμυστὶ, Δός μοι, ὦ βασιλεῦ, ἔφη, τ θυγατέρα σου Μαζαίαν γυναῖκα ἔχειν, πολὺ ὀπιτηδειοτέρῳ τούτων ὄντι, ὁπόσα γε ὀπὶ τῷ πλούτῳ χ τοῖς κτήμασι. τοῦ δὲ Λευκάνορος θαυμάσαντος (ἠπίστατο γὰρ πένητα τ Ἀρσακόμαν, χ Σκυθῶν τ πολλῶν) χ ἐρομένου, Πόσα δὲ βοσκήματα, ἢ πόσας ἁμάξας ἔχεις, ὦ Ἀρσακόμα; ταῦτα γὰρ ὑμεῖς πλουτεῖτε· [b] Ἀλλ' οὐχ ἁμάξας, ἔφη, ἔχω, οὐδὲ ἀγέλας, ἀλλ' εἰσί μοι δύο φίλοι καλοὶ χ ἀγαθοὶ, οἷοι οὐκ ἄλλῳ Σκυθῶν. τότε μὲν οὖν ἐγελάσθη ὀπὶ τούτοις, χ παρώφθη, χ μεθύειν ἔδοξεν. ἑωθεν δὲ προκριθεὶς τ ἄλλων Ἀδύρμαχος ἔμελλεν ἀπάξειν τ νύμφην [c] ἐς τ Μαιῶτιν, πρὸς τοὺς Μάχλυας.

Ὁ δὲ Ἀρσακόμας ἐπανελθὼν οἴκαδε, μηνύει τοῖς φίλοις, ὡς ἀτιμασθείη ὑπὸ τοῦ βασιλέως, χ γελασθείη ἐν τῷ συμποσίῳ, πένης εἶναι δόξας. καίτοι, ἔφη, ἐγὼ διηγησάμην αὐτῷ τ πλοῦτον, ὁπόσος μοί, ὑμᾶς, ὦ Λογχάτα, χ Μακέντα, καὶ τ εὔνοιαν τ ὑμετέραν πολὺ ἀμείνω χ βεβαιοτέραν τ Βοσπορανῶν δυνάμεως. ἀλλ' ἐμοῦ ταῦτα διεξιόντος, ἡμᾶς μὲ ἐχλεύαζε, χ

80 multum de se gloriari; quam generosus, quam dives, quam potens sit.

45. Multi igitur pro illo more cum libassent, & petiissent *puellam*, & regna sua atque divitias enumerassent, ultimus poculo petito Arsacomas, non ille quidem libavit: (neque enim solemus effundere vinum, quae contumelia potius in Deum videatur) sed epota hausto uno phiala, *Da mihi, Rex*, inquit, *filiam tuam Mazaeam, ut uxorem habeam, multo hisce magis idoneo quantum ad divitias & possessiones.* Admirante autem Leucanore, qui sciret pauperem esse Arsacoman & de vulgo Scytharum, atque interrogante, *Quot autem armenta, aut quot plaustra habes, Arsacoma? hae enim vestrae divitiae. At ego*, inquit, *neque plaustra habeo, neque greges: sed sunt mihi amici duo honesti bonique viri, quales Scytharum alii nemini.* Tunc igitur derisus propter ista est, & contemtus, & pro ebrio habitus. Altero autem mane praelatus caeteris est Adyrmachus, abducturus sponsam in Maeotidem ad Machlyes.

46. Domum vero reversus Arsacomas indicat amicis, quam contemtim habitus esset a rege, quam derisus in convivio, eo quod pauper visus esset: *Cum tamen*, inquit, *narrarem illi meas divitias, quantae sunt, vos nempe, Lonchates & Macentes, & benivolentiam vestram, praestantiorem longe & firmiorem Bosporanorum opibus. Haec vero cum dicerem, vos ille quidem derisui & contem-*

a Ὡς τις] Restitut. ex P. Ὅς τις Edd. priores omnes. b Ἀλλ' οὐχ] Οὐκ ἀλλ' Fl. male. c Ἐς τ Μαιῶτιν, πρὸς] Παρὰ τὴν Μαιῶτιν ἐς P.

80. Ὅς τις ἢ γένους — ἔχοι] Legendum videtur ὡς τις eo sensu quem interpretatione expressimus. Possum interrogare Graece, quod satis constat, πῶς ἔχεις πλούτου, γένους, δυνάμεως; *quam dives es?* &c. sed possumne etiam, τίς ἔχεις πλούτου; *J.M.G.*

Ὡς τις ἢ γένους — ἔχοι] Adleverat *Solan.* conferendam pag. 1. T. I. Ibi φύσεως ἔχων δεξιᾶς legas; quod tamen non satis convenit cum vulgat. ὅστις ἔχοι, nisi quod ἔχω similiter cum genitivo construitur. Propius accedit hoc *Herodiani* I. 7. 7. Γένους μὲν ἦν ὁ Κόμμοδος ὅτου εἶχε. Nec tamen plane idem est; nam cum ὅτου πῶς, ac similibus adverbiis est satis obvium, ut ibid. IV. 9. 9. πῶς ἔχοι ἡλικίας; cum τις vero, ut τίς ἔχει, pro εἴη, non aliunde succurrit; Quare ex P. ὡς recepi, ut probe Cl. *Gesn.* divinarat. *J.F.R.*

83. Καὶ πλούτους] De hoc plurali vid. ad *Hermot.* c. 9. No. 97. Adde *Diod. Sic.* I. c. 71. f. καὶ μυρίους πλούτους ἔχον. *J.F.R.*

93. Καὶ

uxtui habuit, atque Machlyi Adyrmacho abducendam tradidit ſponſam, quod aureas ſe phialas habere decem diceret, & plauſtra quaternorum lectorum octoginta, & oves bovesque multas. Sic ergo praetulit viris bonis pecudes multas, & pocula vanae pretioſitatis, & plauſtra gravia. At ego, amici, duplici de cauſſa angor: etenim amo Mazaeam, & contumelia in tot hominum conſpectu mihi illata profunde in animum meum deſcendit. Nec minori autem vos injuria affectos arbitror. Tertia enim contumeliae pars ad veſtrum unumquemque pervenit; ſi quidem ita vivimus, ut, a quo tempore coiimus, unus ſimus, doleamus iisdem rebus, laetemur iisdem. Non hoc ſolum, ſubjungit Lonchates, *verum unusquisque noſtrum totus injuria affectus eſt, cum iſta tibi evenerunt.*

47. *Quomodo igitur*, Macentes inquit, *in praeſens conſulimus? Dividamus*, ait Lonchates, *opus. Et, ego quidem polliceor Arſacomae caput me allaturum Leucanoris: te autem oportet ſponſam illi adducere. Sic fiat*, inquit ille. *Tu vero*, pergit, *Arſacoma, interea, cum credibile ſit exercitu poſt haec & bello opus futurum, hic manens, coge & para arma, & equos & reliquas copias quam ampliſſimas. Facillime autem plurimos tibi conciliaveris, cum & ipſe ſis vir bonus, & nos non paucos habeamus familiares: maxime vero ſi bubulam pellem inſederis.* Placuerunt iſta. Atque e veſtigio, ut erat in Boſpo-

καὶ ἐφρόνει, Ἀδυρμάχῳ δὲ τῷ Μάχλυϊ παρέδωκεν ἀπάγειν τὴν νύμφην, ὅτι χρυσᾶς [d] γε φιάλας ἐλέγετο ἔχειν δέκα, καὶ ἁμάξας τετραχλίνους ὀγδοήκοντα, καὶ πρόβατα καὶ βοῦς πολλούς. ὕτως ἄρα προετίμησεν ἀνδρῶν ἀγαθῶν βοσκήματα πολλὰ καὶ ἐκπώματα ματαίεργα, καὶ ἁμάξας βαρείας. ἐγὼ δὲ, ὦ φίλοι, δι' ἀμφότερα ἀνιῶμαι, καὶ γὰρ ἐρῶ τῆς Μαζαίας, καὶ ἡ ὕβρις ἐν τοσούτοις ἀνθρώποις μετρίως μοι καθῆκεν· οἶμαι δὲ καὶ ὑμᾶς ἐπίσης ἠδικῆσθαι. τὸ γὰρ τρίτον μετὴν ἑκάστῳ [e] ὑμῶν τῆς ἀτιμίας, εἴγε ὕτω βιῶμεν, ὡς ἀφ' οὗ συνελήλυθαμεν, εἷς ἄνθρωποι ὄντες, καὶ τὰ αὐτὰ ἀνιώμενοι, καὶ τὰ αὐτὰ χαίροντες. ὁ μόνον, ἐπεῖπεν ὁ Λογχάτης, ἀλλὰ καὶ ἕκαστον ἡμῶν ὅλον ὕβρισται, ὁπότε σὺ τοιαῦτα ἔπαθες.

Πῶς οὖν, ὁ Μακέντης ἔφη, χρησόμεθα τοῖς παροῦσι; διελώμεθα, ἔφη ὁ Λογχάτης, τὸ ἔργον. καὶ ἐγὼ μὲν ὑπισχνοῦμαι Ἀρσακόμᾳ τὴν κεφαλὴν κομεῖν τὴν Λευκάνορος, σὲ δὲ χρὴ τὴν νύμφην ἐπανάγειν αὐτῷ. [f] Οὕτω γινέσθω, ἔφη. σὺ δὲ, ὦ Ἀρσακόμα, ἐν τοσούτῳ (εἰκὸς γὰρ καὶ στρατείας καὶ πολέμου τὸ μὴ τοῦτο [g] δεῖσθαι) ἡμᾶς αὐτοῦ παρεμμένων συνάγειρε, καὶ παρασκεύαζε ὅπλα, καὶ ἵππους, καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν ὡς πλείστην. ῥᾴστα δ' ἂν πολλοὺς προσαγάγοις, αὐτός τε ἀγαθὸς ὢν, καὶ ἡμῖν οὐκ ὀλίγων ὄντων οἰκείων· μάλιστα δὲ εἰ καθέζοιο ἐπὶ τοῦ βύρσης τοῦ βοός. ἔδοξε ταῦτα, καὶ ὁ μὲν ἐχώρει, ὡς εἶχεν, εὐθὺς ἐπὶ τὸν Βοσπόρου ὁ Λογχάτης.

d Γε] Τε *S.* & *H2.* *e* Ὑμῶν] Sic L. & *Fl.* Ἡμῶν vulgo cett. *f* Οὕτω] Non adeſt in *Fl.* Adeſt in cett. & P. *g* Δεῆσθαι ἡμᾶς] Sic ſine commate habere Edd. notat *Solan.* Plurimae δεῆσθαι ἡμᾶς, ſine parentheſi.

93. Καὶ Σκυθῶν τῶν πολ.] Sic ſupra Σαυθ. c. 1. *M. duS.*

25. Ὑμῶν] Alibi Ex. *Fl.* ſive Excerpta Florentina *Solani* concinunt cum Edit. Flor. Et ſaepe ab ipſo pro eodem ponuntur. Hic diſcrepant. Cauſſam inquiremus in praefatione, ὑμῶν autem hic melius ſe habere, nexus ipſe ſatis indicat. *J. F. R.*

38. Δεῆσθαι, ἡμᾶς] Sic interpunge; ἡμᾶς enim melius cum θεμένων conjungetur, quam cum δεῆσθαι. *M. duS.*

43. Ἐπὶ τοῦ βύρσης τοῦ βοός.] J. ſupplex implorat auxilia: natum adagium a conſuetudine ſedendi in tergore bubulo: Scythae enim diſſecto in minimas partes bove foedus jungebant. Morem hunc etiam Homolottis fuiſſe teſtatur Zenodotus. *G. C.*

Ibid. Βύρσης] Quid hoc rei ſit, ipſe mox enarrabit; unde & *Suidas* quae habet in ἐπὶ βύρσης, conſarcinavit. *M. duS.*

της· ὁ Μαχέντης δὲ ἐπὶ τὺς Μάχλυας, ἱππότης ἑκάτερος· ὁ δὲ Ἀρσακόμας, οἴκοι μένων, τοῖς τε ἡλικιώταις διελέγετο, καὶ ὥπλιζε δύναμιν ὡς ἐκ τῶν οἰκείων· [a] τέλος δὲ καὶ ἐπὶ τὸ βύρσης ἐκαθέζετο.

Τὸ δὲ ἔθος ἡμῖν τὸ περὶ τὴν βύρσαν ὅτως ἔχει. ἐπειδὰν ἀδικηθείς τις πρὸς ἑτέρου, ἀμύνασθαι βουλόμενος, ἴδῃ καθ' ἑαυτὸν οὐκ ἀξιόμαχος ὢν, βοῦν ἱερεύσας, τὰ μὲν κρέα καταχόψας ἥψησεν, αὐτὸς δὲ ἐκπετάσας χαμαὶ τὴν βύρσαν, κάθηται ἐπ' αὐτῆς, εἰς τὸ πίσω [b] ἀπαγαγὼν τὼ χεῖρε, ὥσπερ οἱ ἐκ τῶν ἀγκώνων δεδεμένοι. καὶ τοῦτο ἔστιν ἡμῖν ἡ μεγίστη ἱκετηρία. ἀπακειμένων δὲ τῶν κρεῶν τοῦ βοὸς, προσιόντες οἱ οἰκεῖοι, καὶ τῶν ἄλλων ὁ βουλόμενος, μοῖραν ἕκαστος λαβὼν, ἐπιβὰς τῇ βύρσῃ τὸν δεξιὸν πόδα, ὑπισχνεῖται κατὰ δύναμιν, ὁ μὲν πέντε ἱππέας παρέξειν ἀσίτους καὶ ἀμίσθους, ὁ δὲ δέκα, ὁ δὲ πλείους, ὁ δὲ ὁπλίτας [c] ἢ πεζοὺς, ὁπόσους ἂν δύνηται, ὁ δὲ μόνον ἑαυτὸν, ὁ πενέστατος. ἀθροίζεται γοῦν ὅτε ἡ βύρσης πολὺ πλῆθος ἐνίοτε, καὶ τὸ τοιοῦτον σύνταγμα βεβαιότατόν τε ἐστὶ συμμεῖναι, καὶ ἀπρόσμαχον τοῖς ἐχθροῖς, ἅτε καὶ ἔνορκον ὄν. τὸ γὰρ ἐπιβῆναι τὴν βύρσης, ὅρκος ἐστίν. ὁ μὲν οὖν Ἀρσακόμας ἐν τούτοις ἦν. καὶ ἠθροίσθησαν αὐτῷ ἱππεῖς μὲν ἀμφὶ τοὺς πενταχιλίους, ὁπλῖται δὲ, καὶ πεζοὶ, συναμφότεροι δισμύριοι.

rum pergit Lonchates: Macentes vero ad Machlyes, in equo uterque. At Arsacomas domi manens agit cum aequalibus, & familiarium copias armat: tandem etiam pelolem insidet.

48. Caeterum illa apud nos de pelle consuetudo ita se habet. Si quis injuria laesus ab alio, & ulciscí volens, videat se per se imparem bello esse, sacrificati bovis carnes concisas coquit. Ipse vero stratam humi pellem insidet, manibus post tergum rejectis, ut qui in ipso brachii flexu revincti sunt. Et haec sanctissima apud nos supplicandi ratio. Appositarum vero carnium bovis, accedentes familiares, & caeterorum quisquis vult, parte unusquisque sumta, inscendens dextro pede pellem, pollicetur pro viribus, hic quidem quinque equites se praebiturum, quibus neque cibaria ille neque stipendia debeat; alius decem; alius plures; alius armatos, *aut* pedites, quotcumque possit; alius, pauperrimus nempe, se ipsum. Cogitur ergo in illa pelle magna interdum multitudo: ac talis exercitus cum firmissimus est ad una manendi constantiam, tum invictus hostibus, juratus quippe; cum pellem inscendere sacramentum sit. In his ergo *occupatus* erat Arsacomas, collectis ad ipsum equitibus ad quinquies mille, armatorum vero, & peditum in summa viginti millibus.

49. Cum

a Τέλος] Τέλως male *J.* sola. b Παραγαγὼν] Παράγων P. Περιαγαγὼν *Suid.* Nil mut. *Fl. J. H. P.* &c. c Ἢ] Non aderat in Edd. Inseruit *M. du S.*

57. Παραγαγὼν] *Suidas* l. c. περιαγαγών. P. vero παράγων. *M. du S.*

65. Ὁπλίτας πεζοὺς] Narrat Toxaris memorabilem Scytharum morem, ubi quis injuria accepta, ulciscendo ibi ipse impar, aliorum auxilium implorat: eum nempe, immolati bovis carne in frusta multa dissecta & tosta, in extenso tergore considere, rejectis in terga manibus; appositarum vero carnium portionem quicumque sumat, eum dextro pede in tergus impositio, promittere se pro facultatibus, alium quinque equites suo sumptu; alium decem; alium plures; alium quot possit, pedites praebiturum. In verbis Graecis male conjuncti sunt ὁπλίτας & πεζοὺς, quasi sint iidem, cum sint hic aliquo modo diversi. ὁπλίτας nempe sunt milites graviter armati, πεζοὺς vero videntur hic sumi pro ψιλοῖς, sive levis armaturae militibus: quamquam & ipsi ὁπλίται sunt πεζοὶ, (pedites) tamen alteros ab alteris distinguit Lucianus; alioquin supervacaneum foret totum vocabulum πεζοί. Mox quoque sequitur, ὁπλῖται δὲ καὶ πεζοὶ συναμφότεροι δισμύριοι. nullae duae res aliae distertius possunt distingui, quam hic ὁπλῖται & πεζοί. Sic scimus apud Latinos saepe milites distingui ab equitibus, & tantum de peditibus intelligi; quamvis equites & ipsi quoque sint mi-

49. Cum Lonchates ignotus in Bosporum delatus adit regem pro imperio agentem aliquid, & venire se a communi Scytharum ait, privatim autem res illi magnas ferre. Dicere autem jussus, *Scythae*, inquit, *communia illa & quotidiana postulant, ne vestri pastores in suos campos transgrediantur, sed intra Trachonem maneant: latrones autem illos, a quibus percursari vestram regionem querimini, negant publico consilio mitti, sed privatim sui unumquemque lucri causa latrocinari: si quis autem illorum deprehendatur, penes te esse illum punire. Haec quidem illi nuntiare me jusserunt.*

Ὁ δὲ Λογχάτης ἀγνοούμενος παρελθὼν ἐς τὸ Βόσπορον προσέρχεται τῷ βασιλεῖ διοικοῦντί τι τῶν ἀρχῆς, καὶ φησὶν ἥκειν μὲν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Σκυθῶν, ἰδίᾳ δὲ αὐτῷ μεγάλα πράγματα κομίζων. τοῦ δὲ λέγειν κελεύσαντος, Οἱ μὲν Σκύθαι, φησὶ, τὰ κοινὰ ταῦτα, καὶ τὰ καθ' ἡμέραν ἀξιοῦσι, μὴ ἐμβαίνειν τοὺς νομέας ὑμῶν ἐς τὸ πεδίον, ἀλλὰ μέχρι τοῦ Τράχωνος νέμειν· τοὺς δὲ λῃστὰς, οὓς αἰτιᾶσθε ὡς καταπρέποντας ὑμῶν τὴν χώραν, οὐ φασιν ἀπὸ κοινῆς γνώμης ἐκπέμπεσθαι, ἀλλὰ ἰδίᾳ ἕκαστον ὅπῃ τῷ κέρδει συμφέρεται· εἰ δέ τις ἀλίσκοιτο αὐτῶν, σὲ κύριον εἶναι κολάζειν· ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι ἐπέταξαν.

lacus his, qui ibi sunt) & unguento optimo unxerunt proclive jam ad foetorem corpus, & floribus illud tempestivis coronarunt, splendide vestitum proponunt, ne videlicet in via frigeant, vel nudi conspiciantur a Cerbero.

12. Inter haec ploratus, & fletus mulierum, & lacrimae ab omnibus, & planctus pectorum, & laceratae comae, & genae cruentatae: alicubi vestis etiam laceratur, & pulvis inspergitur capiti, & miseriores vivi mortuo. Nam illi quidem humi saepe volvuntur, & capita allidunt solo: at iste decorus & pulcher, & ultra quam fas est coronatus, sublimis jacet & elatus, ornatus quasi ad pompam.

13. Tum mater, &, per Jovem, pater, de medio cognatorum agmine progressus, eumque complexus (propositum enim fingamus juvenem, & pulchrum aliquem, ut magis in eo actus quasi fabulae vigeat) voces quasdam absurdas ac vanas edit, ad quas ipse mortuus, vocis usu impetrato, respondeat. Dicet enim pater lugubri voce

ἐκεῖ, καὶ μύρῳ τῷ καλλίστῳ χρίσαντες τὸ σῶμα πρὸς δυσωδίαν ἤδη [b] βιαζόμενον, καὶ στεφανώσαντες τοῖς ὡραίοις ἄνθεσι, προτίθενται, λαμπρῶς ἀμφιέσαντες, ἵνα μὴ ῥιγῶσιν ἡλιούσῃ τῇ ὁδῷ, μηδὲ γυμνοὶ βλέποιντο τῷ Κερβέρῳ.

Οἰμωγαὶ δὲ ὅπου τούτοις, καὶ κωκυτὸς γυναικῶν, καὶ πάντων δάκρυα, καὶ στέρνα τυπτόμενα, καὶ σπαραττομένη κόμη, καὶ φονιωμένας παρειαί. καὶ που καὶ ἐδὼς καταῤῥήγνυται, καὶ κόνις ὅπου τῇ κεφαλῇ πάσσεται, καὶ οἱ ζῶντες οἰκτρότεροι τῶν νεκρῶν. οἱ μὲν γὰρ χαμαὶ [c] καλινδοῦνται πολλάκις, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀράττουσι πρὸς τὸ ἔδαφος. ὁ δὲ εὐχήμων καὶ καλὸς, καὶ καθ' ὑπερβολὴν ἐστεφανωμένος, ὑψηλὸς πρόκειται, καὶ μετέωρος, ὥσπερ ἐς πομπὴν κεκοσμημένος.

Εἶθ' ἡ μήτηρ, καὶ, νὴ Δί', ὁ πατὴρ, ἐκ μέσων τῶν συγγενῶν προελθὼν, καὶ περιχυθεὶς αὐτῷ (προκείσθω γάρ τις νέος, καὶ καλὸς, ἵνα καὶ ἀκμαιότερον ἐπ' αὐτῷ τὸ δρᾶμα ᾖ) φωνὰς ἀλλοκότους, καὶ ματαίας ἀφίησι, πρὸς ἃς ὁ νεκρὸς αὐτὸς ἀποκρίναιτ' ἄν, εἰ λάβοι φωνήν. [d] φησὶ γὰρ ὁ πατὴρ, γοε-

[b] Βιαζόμενον] Sic *Fl. J. Fr. P.* &c. [c] Καλινδοῦνται] Sic *Pl. J. Ald. S.* Κυλινδοῦνται *Bt. P. Fr. H.* [d] Φήσει] Φησὶ *Fl.*

Cl. *Hemsterh.* de differentia inter πηδάλιον & πηδάλιος dedit in Ed. Lucian. minore, p. 18. quae cum vel omiserit in Ed. majore vel ad alium locum retulerit, per compendium saltem indicabo. Πηδάλιος, ait, apud Nostrum numquam non pro ipsa scapha vectoria poni solet. Dein dissensum Grammaticorum *Hesychii*, *Eustathii*, *Suidae*, & *Etymologici* circa haec vocabula tradit. *J. F. R.*

13. Λούσαντες αὐτοὺς] Lavabant Ethnici olim sepulturae danda corpora. *Eurip.* in Hecuba. ὡς παῖδα λουτροῖς τοὺς πανυστάτους λούσω. *G. C.*

16. Βιαζόμενον] Mallem βιαζομένῳ, ut ad δυσωδίαν referatur. *M. du S.*

Βιαζόμενον] *Junctinus* margini adscripserat *Solan. noster.* Forsan βιαζομένῳ. Sed cum pertineat ad σῶμα, nihil muto, nisi quod comma post σῶμα sustulerim. *J. F. R.*

25. Καὶ κόνις ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πάσσεται] *Diod. Sic.* l. c. 92. pr. ὅπου γάρ τις ἀποθάνοι παρ' αὐτοῖς (τοῖς Αἰγυπτίοις) οἱ μὲν συγγενεῖς & φίλοι πάντες καθαπαστάμβοι περὶ τὰς κεφαλὰς, περιέρχονται τὴν πόλιν θρηνοῦντες. Ubi Cl. *P. Wesseling.* etiam hoc Luciani testimonio utitur, aliaque passim hoc *Diod.* Libro ad illustrandas hujus generis antiquitates adfert. *J. F. R.*

27. Καλινδοῦνται] Hoc praetuli, quia est in Edd. potioribus, & quia sic quoque c. 2. *Gymnas.* Alioqui utrumque probum esse, satis notum arbitror. *Epict.* Sent. 24. ἐπὶ πλατείας πλίνθῳ καλινδούμενον νεκρῶν. *Aelian.* XIV. 15. γράψαι ἄστρον καλινδούμενον, ubi Cl. *Perizon.* id aliis duobus Luciani testimoniis probat. Sed κυλινδουμένους λίθους *Herodian.* I. 12. 18. Et κυλίνδεται *Aristoph.* Vesp. 490. atque alibi. *J. F. R.*

39. Εἰ λάβοι φωνήν] Suspensa oratio usque in pag. sequentem, ubi ait: εἶπεν ἄν πρὸς αὐτὸν ὁ πατήρ. *Th. M.*

Ibid. Φήσει] Φησὶν Interpres legisse videtur. *F. G.*

Φήσει] Non recepi Florentinae lectionem, quae brevi post, pr. §. 14. iterum φήσει etiam consentien-

te

γοερόν τι φθεγγόμενον, καὶ ὀνομαστέων ἕκαστον τῶν ὀνομάτων, Τέκνον ἡδίστου, οἴχῃ μοι, καὶ τέθνηκας, καὶ πρὸ ὥρας ἀνηρπάσθης, μόνον ἐμὲ [a] ἔτι τὸ ἄθλιον καταλιπών, καὶ γαμήσας, καὶ παιδοποιησάμενον, καὶ στρατευσάμενον, καὶ γεωργήσας, οὐκ εἰς γῆρας ἐλθών, καὶ κωμάσῃ πάλιν, καὶ ἐραθήσῃ, τέκνον, καὶ ἐν συμποσίῳ μὴ τῶν ἡλικιωτῶν μεθυσθήσῃ.

Ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα φήσας, οἰόμενον τὸν υἱὸν δεῖσθαι μὲν ἔτι τούτων, καὶ ἐπιθυμεῖν καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν, καὶ δύνασθαι δὲ μετέχειν αὐτῶν. καίτοι τί ταῦτα φημί; πόσοι γὰρ καὶ ἵππους, καὶ παλλακίδας, οἱ δὲ καὶ οἰνοχόους [b] ἐπικατέσφαξαν, καὶ ἐσθῆτα, καὶ τὰ ἄλλον κόσμον συγκατέφλεξαν, ἢ συγκατώρυξαν, ὡς χρησομένοις ἐκεῖ, καὶ ἀπολαύσουσιν αὐτῶν κάτω;

Ὁ δὲ ὢν πρεσβύτης ὁ πενθῶν [c] οὕτως ἅπαντα ταῦτα ὁπόσα εἴρηκε, καὶ ἔτι τούτων πλείονα, οὔτε τῶν παιδὸς [d] ἕνεκα τραγῳδεῖν ἔοικεν· οἶδε γὰρ οὐκ ἀκουσόμενον, οὐδ', ἂν μεῖζον ἐμβοήσῃ τοῦ Στέντορος, οὔτε μὴν αὐτοῦ. Φρονεῖν γὰρ ἔτω, καὶ [e] γινώσκειν ἱκανὸν ἦν καὶ ἄνευ τῆς βοῆς. οὐδεὶς γὰρ δὴ πρὸς ἑαυτὸν δεῖται βοᾶν. λοιπὸν ὢν ἔοικεν αὐτὸν τῶν παρόντων ἕνεκα ταῦτα ληρεῖν, οὐθ' ὅ, τι

productis singulis nominibus; *Fili dulcissime, sic ne abis mihi, & mortuus es, & ante maturam aetatem abreptus es, solo me relicto infelici, non uxore ducta, non susceptis liberis, non attigisti militiam, agrum non coluisti, non pervenisti ad senectutem! Non commissabis iterum, non amabis, fili, non inebriaberis in convivio cum aequalibus!*

14. Haec autem atque his similia dicet, putans, filium suum adhuc indigere talibus, & appetere ea etiam post mortem, participem autem eorum non posse fieri. Quamquam, quid ista dico? Quot enim etiam equos, & pellices, alii vero etiam pocillatores jugularunt in funere, vestemque & alium mundum una combusserunt, defoderuntve, quasi usuris ibi & fruituris apud inferos?

15. Senex igitur iste lugens, quaecumque dixit, & his etiam plura, neque filii caussa tragica voce proclamasse videtur; novit enim non auditurum, etsi plusquam Stentorea voce inclamet; neque sua ipsius, cum sic sentire & arbitrari etiam sine clamore sufficiat: nemo quippe, ut ad se ipse clamet, opus habet. Relinquitur ergo, illum praesentium caussa sic delirare, qui neque quid filio

[a] Ἔτι] Nihil variat *Fl.* [b] Ἐπικατέσφαξαν] Ἢ συγκατώρυξαν male inserit *Fl.* [c] Οὕτως] Et sic *Fl.* [d] Ἕνεκα] Scripsi ex *Fl. Ald. J. B1. S.* Ἕνεκα *Fr. H. P.* [e] Γινώσκειν] Ita *Fl. B1. Fr. Ald. V2. P. H.* Γιγνώσκειν *S. A.* Γινόσκειν *J.*

te illic eadem Florentina. *J.F.R.*

41. Οἴχῃ μοι] Verbum istud in recenti luctu usurpatum illustrat, neque hoc praetermisso exemplo, *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 172. *J.M.G.*

60. Ἕνεκα] Quum nihil varietatis notatum esset; in *P.* tamen usitatiorem orthographiam ἕνεκα invenirem, in *J.* εἵνεκα, reliquas pervolvi, ac principes Edd. in hoc conspirare vidi; cumque & alias ita scriptum apud Nostrum invenerim, id servare non dubitavi. *J.F.R.*

62. Ἐμβοήσῃ] Obiter vindicavimus hoc verbum Luciano supra in *Amor.* c. 13. ubi *Solan.* ἀναβοᾶν rescribi volebat. Addo jam *Thucyd.* IV. c. 112. ἐμβοήσαντας δὲ ἀθρόοι. & *Dion. Hal.* XI. p. m. 718. f. *J.F.R.*

63. Αὐτοῦ] Sic Libri omnes. Ego emendandum censeo, legendumque ἑαυτοῦ. *M. du S.*

66. Οὔθ' ὅ, τι πάσχουσιν] Male iterum in vulgatis legitur ὅτι. *Neque scientem, quid filio suo eveniat. J.J.*

74. Ματαιάζουσα] Aliter legisse videtur *Suidas*, nempe ματαιάζουσα. Sed aut genuina est lectio, quam sequimur, aut si quid mutandum, ματαζ— legendum fuit. *M. du S.*

Ματαιάζουσα] Verba *Suidae* ad quae in var. Lectt. hic respicitur, sunt: ὀμοίως εἴρηται παρὰ τῷ Λουκιανῷ ματαιάζω. At unicum tantum hoc Luciani testimonium ad probandum τὸ ματαιάζω adtulit *Steph.* nec ego alibi observavi; quare nescio num *Suidae* sit adsentiendum. Quia tamen lectio est constans, nihil muto. *J.F.R.*

76. Παῦσαι τιλλόμενον τὸν κόμην] *Th. Mag.* v. τίλλω haec eodem modo habet. *M. du S.*

filio acciderit sciat ; neque quorsum abierit ; quin, qui neque vitam illius, qualis fuerit, explorarit ; alioquin enim ipsius inde transitum non tanquam malum quiddam graviter ferret.

16. Dicat ergo illi filius, exorato Aeaco & Dite, ut paullum prospicere de illo *inferorum* ostio sibi liceat, & a vanis querelis patrem revocare, *Quid clamas homo infelix? quid molestias mihi facessis? Desine comas vellere, & faciei cutem crucntare. Quid maledicis mihi, & miserum me vocas, & fato malo usum, qui multum te melior factus sim ac beatior? Aut quid mali pati tibi videor? illudne quod non talis, qualis tu es, senex factus sum, calvo capite, facie rugosa, incurvus, imbecillis genibus, atque in universum a tempore ipso veternosus, post menses multos atque Olympiadas impletas denique sic delirans sub tot testibus? Stolide, quid boni tibi videtur in vita, cujus non amplius futurus sim particeps? Potationes dices nimirum & coenas, & vestes, & res Venereas; ac metuis, ne hisce carens miser sim? Non cogitas autem, non sitire multo esse, quam bibere,*

πρόπονθεν αὐτῷ ὁ παῖς εἰδότα, ἢ ὅθ' ὅπως κεχώρηκε, μᾶλλον δὲ ὅτε τ βίον [f] αὐτοῦ ἐξετάσαιμι ὁποῖός ἐστιν· εἰ γὰρ ἂν ἡ ἐξ αὐτοῦ μετάστασιν ὡς τι τ δεινῶν ἐδυσχέραινεν.

Εἶποι δ' ἂν ὁ παῖς, παραιτησάμενος τ Αἰακὸν καὶ τ Ἀϊδωνέα πρὸς ὀλίγον τοῦ τομίου ὑποκρύψαι, καὶ τ πατέρα παῦσαι [g] μαλαιάζοντα, Ὦ κακόδαιμον ἄνθρωπε, τί κέκραγας; τί δέ μοι παρέχεις πράγματα; παῦσαι τιλλόμενος τ κόμην, καὶ τὸ πρόσωπον ἐξ ἐπιπολῆς ἀμύσσων· τί μοι λοιδορῇ, καὶ ἄθλιον ἀποκαλεῖς καὶ δύσμορον, πολύ σου βελτίω καὶ μακαριώτερον γεγενημένον; [h] ἢ τί σοι δεινὸν πάσχειν δοκῶ; [i] ἢ διότι μὴ τοιοῦτοι γέρων ἐγενόμην οἷος εἶ σύ, φαλακρὸς μὲν τ κεφαλήν, τ δὲ ὄψιν ἐρρυτιδωμένος, κυφός, καὶ τὰ γόνατα νωθής, καὶ ὅλως ὑπὸ τοῦ χρόνου σαθρός, πολλὰς τριακάδας, καὶ Ὀλυμπιάδας ἀναπλήσας, καὶ τὰ τελευταῖα δὴ ταῦτα, παραπαίων ὅτι τοσούτων μαρτύρων; ὦ μάταιε, τί σοι χρηστὸν εἶναι δοκεῖ [k] περὶ τ βίον, ἢ μηκέτι μεθέξομεν; [l] ἢ ποτὲς πότους ἐρεῖς δηλονότι, καὶ τὰ δεῖπνα, καὶ ἐσθῆτα, καὶ Ἀφροδίσια; καὶ δέδιας μὴ τούτων ἐνδεὴς γενόμενος, ἀπόλωμαι; Οὐκ ἐννοεῖς δὲ ὅτι τὸ μὴ διψῆν, πολὺ κάλλιον τοῦ

[f] Αὐτοῦ] Αὐτὸν vel αὐτῶν L. Vulgatum tenet *Fl.* [g] Μαλαιάζοντα] Consentiunt *Fl. J. Fr. P.* &c. Μαλαίζοντα *Suid.* [h] Ἢ] *J.* & *V2.* ἤ. Ceterae ἤ. [i] Ἢ διότι] Ἢ διότι *Fl. Fr. P. H.* &c. Νὴ δι' ὅτι *J.* ἢ διότι *V2.* Ἢ τί σοι marg. *A1.* [k] Περὶ] Recepi ex *Fl.* nam παρὰ Edd. cett. [l] Ἢ] Ita interrogantis more dedi ex marg. *A1.* pro vulgato ἤ.

80. Ἢ τί] Sequor *Venetas* ἤ τί *numquid*, pro ἢ *aut*, scribens. *J. F. R.*

81. Ἢ διότι] *Fl.* Ed. cum plerisque aliis ἢ δ. *Ven.* 2. & hic & supra ἤ, quod magis probo. Sed hic *J.* quae prius ἤ etiam habebat, νὴ δ' ὅτι habet, quod sequi nolui contra fidem reliquorum Codd. *M. du S.*

85. Τριακάδας] Sic Ῥητ. c. 9. ἢ κατὰ τριακάδας, ἀλλὰ κατὰ Ὀλυμπιάδας ὅλας ἀριθμῶν. *M. du S.*

89. Παρὰ] Sic recte *Fl.* Ed. Reliquae περὶ. Qua de re jam supra dictum est. *M. du S.*

Παρὰ τ βίον] Has praepositiones saepissime omnium ab Scribis confundi quis nescit? Conf. *Asin.* c. 22. Et quae Cl. *Hemst.* habet ad *Halc.* c. 2. Quare minus forsan recte περὶ τ βίον reliquimus in *Piscat.* c. 25. quum & ibi παρὰ tres Codd. exhiberent. Adde *Catapl.* c. 9. ubi παρὰ τ β. ex plerisque dedimus, dum nonnullae κατὰ ibi haberent, quod tamen aeque bonum; nam & sic κατὰ τ βίον sine varietate ibid. c. ult. *J. F. R.*

90. Τοὺς πότους] Nihil variari in hac scriptura notabat *Solan.* Sed nec varietatem desiderem. Vid. ad *Gall.* c. 12. No. 43. Et *Icar.* 7. f. *J. F. R.*

93. Διψῆν — πιεῖν] Διψᾶν & πιεῖν Attica forma postulare videretur; verum διψῆν, πιεῖν etiam his potius usitatum, bene monent Grammatici. Vid. *Aristoph.* Nub. 440. Παρίχω τύπτειν, πιεῖν, διψῆν. *Phryn.* p. m. 18. Πιεῖν, διψῆν, λέγε, ἀλλὰ μὴ ἀλφῆ τοῦ ᾱ. Scripsissem διψῆν sine puncto subscripto; sed quia plerique

τῦ πιεῖν, ἢ τὸ μὴ πεινῆν, τῦ φαγεῖν, ἢ τὸ μὴ ῥιγῶν, τῦ ἀμπεχόνης εὐπορεῖν.

Φέρε τοίνυν ἐπειδὴ ἔοικας ἀγνοεῖν, [a] διδάξομαί σε θρηνεῖν ἀληθέστερον, ἢ δὴ ἀναλαβὼν ἐξ ὑπαρχῆς βόα, Τέκνον ἄθλιον, ἐπέτι διψήσεις, ἐπέτι πεινήσεις, ἐδὲ ῥιγώσεις. οἴχη μοι, ταλαίπωρε, ἐκφυγὼν τὰς νόσους, ἢ πυρετὸν ἔτι δεδιὼς, ἢ πολέμιον, ἢ τύραννον· οὐκ ἔρως σε ἀνιάσῃ, ἐδὲ συνουσία [b] ἀδιατρέπτῳ, ἐδὲ σπαθήσεις ὑπὲ τέτῳ δὶς ἢ τρὶς τ' ἡμέρας, ὦ τ' συμφορᾶς. ἐδὲ [c] καλαφρονηθήσῃ, γέρων γενόμενος, ἐδ' ὀχληρὸς ἔσῃ τοῖς νέοις βλεπόμενος.

Ἂν ταῦτα λέγῃς, ὦ πάτερ, οὐκ οἶδα πολὺ ἀληθέστερα, καὶ γελοιότερα ἐκείνων ἐρεῖν; ἀλλὰ [d] ὅρα μὴ τόδε σε ἀνιᾷ, καὶ ἄφνω τ' παρ' ἡμῖν ζόφον καὶ τὸ πολὺ σκότος, κἄπα δέδιας μή σοι ἀποπνιγῶ καλαυλειθεὶς [e] ἐν τῷ μνήματι; χρὴ δὲ πρὸς ταῦτα λογίζεσθαι ὅτι τὴν ὀφθαλμὴν ἄφασπάστων, ἢ καὶ, νὴ Δία, καίντων μετ' ὀλίγον, εἶγε καῦσαί με διεγνώκατε, ὅτε σκότος, ὅτε φῶς ὁρᾶν [f] δυνησόμεθα. ἢ ταῦτα μὲν ἴσως μέτρια.

molius; & non esurire, quam edere; & non frigere, quam copiam habere vestium?

17. *Age vero, quandoquidem ignorare videris, docebo te lamentari verius. Itaque repetito initio clama, Fili miser, non amplius sities, non esuries amplius, non algebis. Abiisti mihi, infelix, effugisti morbos, febrim non amplius metuis, non hostem, non tyrannum. Non amor tibi facesset negotium, non coitus te atteret, neque insuper infercies te bis aut ter in die: o miseriam! Neque senex factus contemneris, neque molestus eris ipso conspectu juvenibus.*

18. *Haec si dicas, pater, nonne putas te multo veriora istis & magis ridicula dicturum? Verum vide an non illud te cruciet, & cogites tenebras, quae apud nos sunt, & multam caliginem; deinde illud metuas, ne tibi suffocer in sepulcro conclusus? Oportet autem adcogitare illud, putrefactis oculis, ane getiam, per Jovem, combustis paullo post, si quidem cremare me decrevistis, neque tenebras neque lucem videre poterimus. Ac ista forte quidem tolerabilia.*

19. *Quid*

a Διδάξομαι] Servavi scripturam Edd. *S. P.* licet διδάξομαι sit in *F. Fl. Ald. Bt. H. Fr.* b Διατρέψει] Sic Edd. Διατρέψει G. Διατρέψῃ L. Utrumque tam ἀφατρέψ. quam ἀφτ. adscriptum marg. *As.* c Καλαφρονηθήσῃ] Bene ita *P. H. S. Bt.* & 2. Καλαφρονηθήσῃ *F. Fl. Ald. Fr.* d Ὅρα] Ἄρα esse in quodam addit *Solan.* & ἄ in *Pell.* non vero satis distincte. e Ἐν τῷ μνήματι] Ἐν τοιμνήματι *Fr.* Vulgatum est in cett. f Δυνησόμεθα] Restitui ex L. Δυνήσομαι Edd. hac priores.

que sic malunt, servavi, & hic & *Parasit.* c. 38. *F.F.R.*

3. Οὐδὲ συνουσία ἀδιατρέπτῳ] *Non pervertes concubitus*, sed rectius antiquus liber οὐδὲ συνουσία ἀφατρέψει. *non te depravabit, corrumpet concubitus*, non tuam valetudinem labefactabit. ἀδιατρέπειν est *avertere, abducere.* ἀφατρέψαι *disturquere, corrumpere. F.G.G.*

4. Παρατρέψει] An ἀδιατρέψει; *Marc. Antoninus* de vita sua: ἡ συνουσία ἡμῖν σπαθᾶται ἀδιατρέπτως. Παρατρέψει est, i. e. *asseret te, consumet, conficiet. F.G.*

Παρατρέψει, οὐδὲ σπαθήσεις] Interpretati sunt, *non pervertet coitus, neque hujus caussa bis terve per diem rem tuam dissipabis.* Ego, nec quid sibi ἀδιατρέψει, *pervertet*, hic velit, recte intelligebam; neque quomodo aliquis *bis terve per diem rem suam dissipare* possit. Putabam autem legendum esse ἀδιατρέψει, quod verbum convenire huic loco, non est opus ut ostendatur. Alterum autem σπαθᾶν intelligebam de epulis, quas bis, aut ter adeo, solitas apud Graecos etiam instaurari in singulos dies, vel nomina ἄριστον, δεῖπνον, ac δόρπον satis indicant, de quibus vid. *Pell.* 6, 102. seq. Porro ipsa propria verbi σπαθᾶν notio non tam ad *dissipationem* & *dilapidationem* bonorum pertinet, ad quam viri docti fere referunt, quam ad aliquid *densandum, infercendum*, cum significet proprie ipsa thae textoriae ope subtemen intra stamina tramas insertum densare & coire cogere. Puto igitur σπαθᾶν vel σπαθᾶζ dici eos, qui cupide ac copiose cibum potumque ingerunt; tum, ventri avaro omnia donant, & in illud barathrum tota detrudunt patrimonia. Haec commode transtuleris ad loca auctorum, quae jam collegit *Exerb. Spanhem.* ad *Aristoph. Nub.* 37. Cogitabam etiam ἡ δυσπαθίης, aegritudine non

affec-

19. *Quid vero me fletus ille veſter juvat, & ille ad tibiam planctus pectorum, & mulierum illa immoderata lamentatio? Quid vero coronatum in ſepulcro ſaxum? Aut quid apud vos valet infundere illi merum? an putatis deſtillaturum illud ad nos, penetraturumque eſſe ipſos ad inferos? Quod enim ad inferiarum ſacrificia, & ipſi, puto, videtis, eum, quae facillime fuginnt, fumus auferat, ea ad ſuperiora in caelum abire, neque quidquam nobis prodeſſe inferis: quod autem reliuquitur, pulverem inutilem, niſi forte cineribus veſci nos creditis. Non adeo ſterile nobis atque infrugiferum Ditis imperium eſt, neque aſphodelus nobis deficit, a vobis cibos non arceſſamus. Itaque, ſic me Tiſiphone, olim propter ea quae faciebatis dicebatisque clarum cachinnari ſubiit: at impediit linteum ac lanae, quibus mihi devinxiſtis maxillas.*

20. *Haec orantem atris penitus mors abdidit alis.*

Τί δέ με ὁ κεκυτὸς ὑμῶν ὀνίνησι, καὶ ἡ ἐπὶ τοῖς τ αὐλοῖ αὕτη στρουθία, καὶ ἡ τῶν γυναικῶν ἀμελὴς τ θρῆνον ἀμέλητα; τί δὲ ὁ ὑπὲρ τῦ τάφου λίθος ὁ ἐστεφανωμένος; ἢ τί ὑμῖν δύναται τ ἄκρατον ὀπτῆσαι; ἢ νομίζετε καλὰς ἄξειν αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς, καὶ μέχρι τῦ Ἅιδου διΐξειν; τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν καθαγισμῶν καὶ αὐτοὶ ὁρᾶτε, οἶμαι, ὡς τὸ μὲν κνισιμώτατον τ παρεσκευασμένων ὁ καπνὸς ἀπαλλαττόμενος, ἄνω εἰς τ ἀέρα οἴχεται, μηδέν τι ἡμᾶς ὀνήσας τῆς κάτω· τὸ δὲ καταλειπόμενον, ἡ κόνις, ἄχρηστον, ἐκτὸς εἰ μὴ τ σποδὸν ἡμᾶς σιτεῖσθαι πιστεύεται. οὐκ ἔστιν ἄπορος, οὐδὲ ἄκαρπος ἡ τῦ Πλούτωνος χώρα, οὐδ' ὀπιλέλοιπεν ἡμᾶς ὁ ἀσφόδελος, ἵνα παρ' ὑμῶν τὰ σιτία μείζω ἀπαλλώμεθα. ὥστε μοι, νὴ τ Τισιφόνην, πάλαι δὴ ἐφ', οἷς ἐποιεῖτε καὶ ἐλέγετε, πολὺς ἐγένετο ἐπὶ ἀνακαγχάσαι· διεκώλυσε δὲ ἡ ὀθόνη, καὶ τὰ ἔρια, οἷς μου τὰς σιαγόνας ἀπεσφίγξατε.

Ὡς ἄρα μιν εἰπόντα, τέλος θανάτοιο κάλυψε.

πρὸς

g Ἐστεφανωμένος] Sic Fl. H. P. Bt. Στεφανωμένος *f.* h Ὑμῶν] Sic bene Fl. Fr. P. &c. Ἡμῶν *f.*

20. Αὐλοῖ] Αὐλητὴς δὲ συνεπάλλων ἐπὶ τὰ πάθη τ ἀσυνεχομένων, * ὡς δῆλον ἐκ τῦ θρῆ Εἰαγγελίε. *V.*

* Ὡς δῆλον] Posteriora haec verba desunt in C.

afficieris. Sed non eſt opus aliquid mutare. Ἐπὶ τούτῳ verti eodem ſenſu atque ἐπὶ τούτοις *inſuper*: non quo vehementer probem; ſed quod nihil novi rectius. *J.M.G.*

Παρατρῖψαι] Διατρῖψαι facilius concoquo quam παρατρῖψαι. Placet tamen magis conjectura *Gujeti* & *Geſneri* unius literulae mutatione ſenſum facilem praebens. *J.F.R.*

Ibid. Σπαλήσεις ἐπὶ] I. e. *inſuper*, pro fuſe, bis aut ter in die *ſpalaberis*, vel rem prodiges in ſumptus ſuperfluos. *F.G.*

10. Καὶ λέγειν] Ὅτι λέγειν. *Th.M.* In ἡ conſentiunt Edd. nec quidquam varietatis notatum invenio ex Codd. *J.F.R.*

13. Καλαλιωθεὶς ὁ ἐπὶ μοίραις] Ἐν ἐπιμοίραις. *In ſuperpoſito monumento.* *Th.M.*

Καλαλιωθεὶς ὁ &c.] En quam facile regulae criticae ſine librorum auctoritate fallere poſſint. Adripuit *Marcil.* quod literarum ductus ſuadebat, & ſine mutatione, ſola vocum conjunctione locum ſanare viſus eſt: ſed illud τῷ pro ἐπὶ, quod Libri ſuppeditant, & quod forſan conjicere non auſus eſſet, verius eſſe, quilibet videt. *J.F.R.*

17. Διατρίψωμεν] Ita L. recte. In Impr. διατρίψομεν. *M. du S.*

22. Ἐστεφανωμένος] Accentus *Juntinae* ſatis oſtendit, eam praeteritum quoque exhibere voluiſſe, alioqui ἐστεφανώμενος proparoxytonos dediſſet: de augmento omittendo hic non cogitandum, quod etiam κεκοσμῆσθαι pareret, licet id alias omitti ſatis ſaepe monuerimus. *J.F.R.*

26. Καθαγισμῶν] Vid. ſupra dicta ad c. 9. *J.F.R.*

27. Νοσιμώτατον] Conf. ſupra *Mod.* c. 39. *M. du S.*

35. Μιαιφονώμεθα] Vertitur *deportemus*. Redde: *petamus*. *F.G.*

40. Ὡς ἄρα &c.] *Homer.* Il. Π. 502. & 855. *M. du S.*

πρὸς Διὸς [a] δὲ, ἂν λέγῃ ταῦτα ὁ νεκρὸς ὑπτιασθεὶς, ἀνακλινὰς αὐτὸν ἐπ' ἀγκῶνος, οὐκ ἂν οἰώμεθα δικαιότατα ἂν αὐτὸν εἰπεῖν; ἀλλ' ὅμως οἱ μάταιοι καὶ βοῶσι, καὶ μεῖα τειλάμενοί τινα θρήνων σοφιστὴν, πολλὰς [b] συνειληχότα παλαιὰς συμφορὰς, τούτῳ συναγωνιστῇ, καὶ χορηγῷ τῶν ἀνοίας καλαχρῶν, ὅπου ἂν ἐκεῖνος ἐξάρχῃ, πρὸς τὸ μέλος ἐπαιάζουσιν.

Καὶ μέχρι μὲν θρήνων, ὁ αὐτὸς ἅπασι νόμος τῆς ἀβελληρίας· τὸ δ' ἀπὸ τούτων, διελόμενοι κατ' ἔθνη τὰς ταφὰς, ὁ μὲν Ἕλλην ἔκαυσεν, ὁ δὲ Πέρσης ἔθαψεν, ὁ δὲ Ἰνδὸς [c] ὑάλῳ [d] θειχρίᾳ, ὁ δὲ Σκύθης καλεσθίει, ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος. ἔστι μυθοῦσθαι (λέγω δὲ ἰδὼν) ξηράνας τὸν νεκρὸν, σύνδειπνον καὶ συμπότην ἐποιήσαλο, πολλάκις δὲ καὶ δεομένῳ χρημάτων ἀνδρὶ Αἰγυ-

At per *ego vos* Jovem *obsecro*, si dicat talia conversus mortuus, & nixus cubito; nonne aequissima nobis videatur dicere? Sed tamen stolidi homines & vociferantur, & arcessito quodam lamentationum Sophista, qui veteres multas calamitates collegerit, hoc adjutore & praecentore quasi suae amentiae utuntur, & ubi ille incepit, suas querelas Oillius cantui subjiciunt.

21. Et quantum ad lamentationes, eadem omnibus lex ineptiarum. Quod vero superest, divisi per gentes quantum ad sepulturae rationem, Graecus illos cremat, humat Persa, Indus vitro quodam oblinit, Scytha vero edit, *succis velut* muria conditi Aegyptius. Hic vero, quae vidi narro, siccatum cadaver convivam suum & compotorem solet facere. Saepe etiam pecuniae in-

[a] Διὸς] Omittit *Fl.* [b] Συνειληχότα] Nihil variant Edd. [c] Ὑάλῳ] Ὑάλῃ *Fl.* Σιάλῳ Edd. *Cogn.* In ὑάλῳ consentiunt nostri Codd. & Edd. [d] Περιχρίᾳ] Emenda θειχόει, vel θειχόῃ, quod *Guj.* etiam monuit.

45. Καὶ μεῖα τειλάμενοί τινα θρήνων σοφιστὴν, πολλὰς συνειληχότα παλαιὰς συμφορὰς] Loquitur Noster de eo ritu, quo in funeribus solitus fuerit quis conduci, qui planctum excitaret, & lugubre carmen caneret; qualis erat apud Romanos praefica. At in Verbis Graecis mendum est certissimum. Quid enim est συνειληχότα συμφορὰς? Pejus id in edit. *Amst.* ubi συρειληχότα. Συνειληχότα est ab συλλαγχάνω, sive συλλήγω. Atqui id locum hic non habet. Emendo συνειλοχότα, quod Attice dicitur pro συνειλοχότα, ab συλλέγω, *colligo*, *corrado*. Demosthenes in Midian, Πολλὰ μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ περὶ ὧν τοὺς ἄλλους ἀδίκηκεν ἔχω λέγειν, ὥσπερ εἶπον ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου, καὶ συνείλοχα ὑφεὶς αὐτοῦ, καὶ ποικρίας τοσαύτας, &c. Expone itaque Luciani verba, *Arcessentes luctus aliquem artificem, qui multos veteres casus quos corraserit, narret, & in quovis funere idemtidem repetat.* *F.F.*

46. Θρήνων σοφιστὴν] Hic est quem *Homerus* θρήνων ἐξαρχον vocat, Il. Ω. 721. Alii aliter. *M. du S.*

47. Συνειληχότα] Immo συνειλοχότα a συλλέγω. *F.G.* Συνειληχότα] Συνειλοχότα voluit *Solanus*. Sed quum alii aeque conjici posse dixerint συνειληφότα, Edd. lectionem intactam sivi, facile autem utrovis more emendandam, si quid opus fuerit; *Jensii* tamen conjectura magis placet. *F.F.R.*

49. Καλαχρῶν] Dativum sive ablativum huic verbo proprium, contra *Graev.* probavit *Jensius* in Lect. Luc. p. 333. Vid. & nos ad *Asin.* c. 52. *F.F.R.*

53. Ἕλλην ἔκαυσεν] *Homer.* in funere Patrocli docet Graecos cadavera combussisse. *G.C.*

Ἕλλην ἔκαυσεν] Crematio *Macrobii* tempore in usu esse desierat VII. 7. Vid. *Meurs.* AG. XI. 1097. Magi comburi corpora non concedebant. *Jambl.* No. 154. & *Diog. Laert.* 2. D. Non Graeci tamen id soli facitabant. Brachmanis etiam mos ille, seu Gymnosophistis solemnis erat. Vid. Περ. c. 25. *M. du S.*

54. Πέρσης ἔθαψεν] Persas cera circumlitos mortuos condire solitos scribit *Cic.* quod & Assiriis attribuitur. *Strabo* etiam sola, inquit, sepeliunt corpora Persae cera oblinentes. G.C.

Ibid. Ὁ δὲ Ἰνδὸς ὑάλῳ θειχρίᾳ] Lege ὑάλῳ θεχῃ, seu potius θειχόει. id est, *vitro incrustat.* Indi mortuos incrustasse testantur *Herodotus* & *Diodorus Siculus*. Pessime interpres: *adipe fusillo oblinit.* *A.E.M.*

Ibid. Ἰνδὸς ὑάλῳ θειχρίᾳ] Ὑαλῷ magis Atticum esse quam ὕαλῳ, adsentior *Phrynich.* p. 136. etsi posterius quoque non semel apud probatos reperias, ideoque non damnaverim, quod *Phrynichus* facit; nam ὑαλῷ *Diod. Sic.* fere ubique, vid. L. 2. c. 15. ubi vel sexies ita scribitur. Bene igitur *Th. Mag.* ὑαλῷ dixere Attici, ὕαλῳ communiter Graeci. Περιχρίᾳ autem vel θειχόει pro θειχρίει malim ex eodem *Diod.* ubi jam non de orthographia, sed de re ipsa agitur; nam de mortuis hoc modo condendis & condiendis loquens saepe & constanter verbo θειχίζω utitur, ut l. c. de Aethiopibus ait: ταριχεύσαντες δὲ τὰ σώματα, καὶ θειχίσαντες αὐτοῦ πολὺν ὕαλον. ac deinde ibid. αὐτὸς φησι τὸ μὲν σῶμα ταριχεύεσθαι, τὸν μέντοι ὕαλον μὴ θειχίζειν γυμνοῖς τοῖς σώμασι. Iterum deinde: περὶ τὴν εἰκόνα χεῖσθαι τὸν ὕαλον: nec non III. c. 9. &c. non ta-

indigenti Aegyptio solvit inopiam pignori oppositus in tempore frater paterve.

22. Aggesti quidem tumuli, & pyramides, & cippi, & inscriptiones parvo tempore durantes, quei non superflua, & lusibus similia?

23. Verum etiam ludorum certamina quidam instituerunt, & funebres ad monumenta orationes habuerunt, quasi causssam defuncti agerent, aut testimonium illi perhiberent apud illos inferorum judices.

24. Post haec omnia sunt parentales epulae: Adsunt cognati, & parentes consolantur defuncti, & gustare illos cogunt, ut qui non inviti, per Jovem, cogendos se praebeant, sed jam trium dierum fame macerati ferre inediam diutius non possint. Et, *quo usque tandem*, ajunt, *lugemus?*

ὀπτίῳ, ἔλυσε τὴν ἀπορίαν, ἐνέχυρον ἢ ὁ ἀδελφὸς ἢ ὁ πατὴρ γενόμενος ἐν χωρῷ.

[e] Χώματα μὲν γὰρ, καὶ πυραμίδες, καὶ στῆλαι, καὶ ἐπιγράμματα, [f] πρὸς ὀλίγον ἀφανῆ τὰ, πῶς δ' οὐ ματαιότατα, καὶ παιδιαῖς προσεοικότα;

Καίτοι καὶ ἀγῶνας ἔνιοι διέθεσαν, καὶ λόγους ἐπιταφίους εἶπον ἐπὶ τοῖς μνήμασιν, ὥσπερ συναγορεύοντες, καὶ μαρτυροῦντες τοῖς κάτω δικασταῖς τῷ νεκρῷ.

Ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸ δεῖπνον, καὶ πάρεισιν οἱ προσήκοντες, καὶ τὸν γονέα παραμυθοῦνται τοῦ τελευτήσαντος, καὶ πείθουσι γεύσασθαι, ὡς οὐκ ἀηδῶς, μὰ Δί', οὐδ' αὐτοὺς ἀναγκαζομένους, ἀλλ' ἤδη τρισὶν ἡμέραις ἐξῆς ἀπηυδηκότας. καὶ μέχρι πότε, ὦ οὗτος, ὀδυρόμεθα; ἔασον

[e] Χώματα] Χρώματα *Fl.* male. [f] Πρὸς] Καὶ πρὸς *Fl.* male.

tamen idem quod nostrum vitrum fuisse, recte ad loc. priorem *Diodori*, No. 45. monet Cl. *Wessel.* conjiciens sal quoddam fossile pelluciditate vitrum referente ad id adhibitum. At si artificialis, quod Cl. *Gesn.* existimat, compositionis incrustatio fuerit, vulgatum Luciani ἀλεκτρίου aeque satisfaciet ac ἀλεκτόνος. Merum sal quidem sufficere mihi non videtur, quod ab humiditate aëris vel locorum subterraneorum facile liquescit, & frustra sic cadavera forent ante exsiccata: quare minerale quoddam firmius, ut lapis specularis, vel simile illi, unde vitreas laminas lucernarum conficiunt, requiri videtur. Etsi vitrum quale nostrum, illo tempore dudum notum fuit, ut supra vidimus. Hoc autem ita circumfundi posse, non est verisimile. *J. F. R.*

Ibid. Ἰνδοὶ] Inungebant cadavera pollinctores & libitinarii quae in pyra mox cremarent. *Virg.* *G. C.*

55. Ὑάλῳ] Vid. *Gatak.* ad *M. Aur.* IV. 48. *Ælianus* V. H. XIII. 3. narrat in sepulchro Beli repertam πύελον ὑελίνην ἔνθα ἦν κείμενος ὁ νεκρὸς ἐν ἐλαίῳ. Sic in vitrea theca asservatum Alexandri Magni cadaver conspexit Augustus. Vid. Notam ad Nekp. Δ. XIII. *Condiunt Aegyptii mortuos, & eos domi servant: Persae etiam cera circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora.* *Cic.* Tusc. I. 45. & *Herod.* I. 140. Fl. ὑάλῳ. *M. du S.*

Ὑάλῳ ἀλεκτρίου] *Suillum adipem* interpretationis antiquae facessere hinc jubeam equidem. Neque tamen *vitrum* proprium hic intelligi posse, manifestum est ex verbi ἀλεκτρίου notione. *Hesychius* non tantum ὑαλὶν & ὑαλόεν λαμπρὸν interpretatur ac ἀλφανὶς, sed ipsum etiam ὑαλόν. Et quid similius vitro, quam illa accepta a Scribus h. e. Indis pigmenta, quas *Laccas* vocamus? & variae gummatum solutiones ac praeparationes ad conditurum corporum idoneae? Fuerit itaque illa Indorum conditura similis *Theodori Kerckringii* invento, qui integra cadavera succino circumfuso condivit, si vera sunt, quae narrat *Morhof.* Polyh. 2, 2, 2, 37, 3. *J. M. G.*

56. Ταριχεύει &c.] *Sext. Empir.* III. Pyrrhon. Hypotyp. 24. p. 184. (monente Cl. *P. Wesseling.* ad *Diod. Sic.* I. c. 92. f. Αἰγύπτιοι δὲ τὰ ἔντερα ἐξελόντες, ταριχεύσι αὐτοὺς (νεκροὺς) καὶ σὺν ἑαυτοῖς ὑπὲρ γῆς ἔχουσι. Adde not. Cl. *Hemsterh.* ad Nostri *Necyom.* c. 15. No. 42. *J. F. R.*

53. Λέγω δὲ ἰδὼν] Aegyptiorum mortui tempore Luciani adhuc condiebantur. *F. G.*

Λέγω δὲ ἰδὼν] Scripta igitur haec post reditum ex Aegypto, (vid. Ἀ. μισθ.) cum antea illic fuisse non constet. *M. du S.*

59. Δεσμεύων χρημάτων] *Herod.* II. & *Diod.* I. §. 1. *M. du S.*

Ibid. Ἀνθ' Αἰγυπτίων — ἐνίκων — γενόμενος] Confirmat idem *Diod. Sic.* I. c. 93. scribens: νόμιμον δ' ἔστι παρ' αὐτοῖς (τοῖς Αἰγυπτίοις) καὶ τὸ διδόναι τὰ σώματα τῶν τετελευτηκότων γονεῖς εἰς ὑποθήκην δανείου· τοῖς δὲ μὴ λυσαμένοις ὄνειδός τι μέγιστον ἀπολείπεται, καὶ μὴ τὴν τελευτὴν τύχωσι ταφῆς. Ubi Cl. *P. Wesseling.* plura in hanc rem ex *Stob.* Serm. 38. *Herodot.* 2, 136. aliisque, non omisso hoc Luciani testimonio, adfert. *J. F. R.*

66. Ἀγῶνας] Vid. Δημ. c. 33. & alibi passim. *M. du S.*

ἔασον ἀναπαύσασθαι τὸν τῶ μακαρίτου δαίμονας· εἰ δὲ καὶ τὸ παντάπασι [a] κλαίειν διέγνωκας, αὐτῶ τε τούτου ἕνεκα χρὴ μὴ ἀποσίτον εἶναι, ἵνα καὶ ἀφορμὴν πρὸς τὸν πένθους τὸ μέγεθος. τότε δὴ τότε πρὸς ἁπάντων ῥαψῳδοῦνται δύο τῶ Ὁμήρου στίχοι·

Καὶ γάρ τ' ἠύκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου.

Γαστέρι δ' οὔπω πω θέμις πένθησαι Ἀχαιούς.

Οἱ δὲ ἅπτονται μέν, αἰσχυνόμενοι δὲ τὰ πρῶτα, καὶ δεδιότες, εἰ φανοῦνται μὴ τὸν τελευτῆσαντα φιλτάτων τοῖς ἀνθρωπίνοις πάθεσιν ἐμμενοῦντες. ταῦτα, καὶ πολὺ τούτων γελοιότερα εὕροι τις ἂν ὑπηρῶν ἐν τοῖς πένθεσι γιγνόμενα, διὰ τὸ τοὺς πολλοὺς τὸ μέγιστον τῶν κακῶν τὸν θάνατον οἴεσθαι.

amice. *Patere requiescere felicis pueri manes. Si vero omnino plorare decrevisti, illius ipsius rei causſa oportet cibo non abſtinere, ut magnitudini luctus ſufficias.* Tunc ſane, tunc in omnium ore ſunt duo Homeri verſus:

Pulchricoma haud Niobe tamen eſt oblita ciborum

Et: *Non jam ventre licet functos lugere Pelasgis.*

Illi vero attingunt, cum pudore quidem ab initio, & veriti, ſi videantur poſt cariſſimorum mortem humanis tamen paſſionibus obnoxii. Haec, & multo his magis ridicula, inveniat aliquis ſi obſervet, quae in luctu fiunt propterea, quod vulgus maximum malorum putat mortem.

a Κλαίειν] Κλάειν *Fl.* ſine puncto ſubſcripto.

83. Καὶ γάρ] *Homer.* Il. Ω. 602. *M. du S.* 85. Γαστέρι δ' οὔπω] *Iliad.* T. 225. *M. du S.*

FINIS TOMI SECUNDI.

APPENDIX AD TOM. II.

DECLAMATIO

D. ERASMI ROTERODAMI,

LUCIANI TYRANNICIDÆ RESPONDENS.

ARGUMENTUM.

Ejusdem generis haec cum Tyrannicida, ejusdemque ſtatus eſt, ſed adverſaria. Ut enim illic contenditur praemium eſſe dandum tanquam tyrannicida, ei qui filium tyranni interfecerat: ita hic negatur eum ſatisfeciſſe legi, aut tyrannicidam eſſe, qui non ipſum tyrannum, ſed filium tyranni occidiſſet. Exordio benevolentiam captat, à perſona Judicum; deinde calumnia adverſarii, qua in ſuſpicionem adductus fuerat, quaſi ipſe quoque tyrannidi faveret, quia illi praemium dandum negabat, reſpondet per abſolutionem primum, deinde & per inficiationem ex locis conjecturalibus, elevata interim illius perſona, atque ipſo viciſſim in ſuſpicionem, ex modo actionis vocato. Poſt exordium propoſitio ſequitur cum attentione, & admonitione Judicis, quorſum in hac cauſſa maxime ſpectare debeat, atque inde ad confutationem venitur. In qua primum refelluntur ordine capita illa, qua alter in argumento ab imo ad ſummum tractarat, puta Voluntas, Conatus, Effectus. Ac voluntati quidem opponit voluntatem legis, ut qua non quid quisque voluerit, ſed quid effecerit, ſpectet, neque cogitationes, ſed facta praemiis compenſet. Conatum vero elevat variis ac multis ſimilibus & exemplis, oſtendens in nullo pacto, aut contractu, aut certamine, aut aliis denique id genus rebus ſatis eſſe, conari aliquid & coepiſſe, ſed praeſtari oportere. Effectum conditiones ſequi, non conatum. Et quod alter etiam conatum in legibus ſpectari dixerat, id diſtinguit, oſtendens diverſam eſſe rationem praemiorum & poenarum. In maleficiis interdum & voluntatem puniri, in beneficiis autem nunquam praemium dari, niſi ei, qui quod lex proponit, re ipſa effecerit. Poſtremo & patriae gratis inſervire ac officium praeſtare cives debere & illum ſatis mercedis pro conatu ſuo retuliſſe, laudem & gloriam. Effectum autem refellit, quia non ſimpliciter id effecerit, quod lex jubet, ſed fortuna ſeu numine ita ferente, caedem filii, mortem patris conſecutam eſſe. Non enim quia ipſius gladio tyrannus poſtea ſeipſum confecerit, ob id ipſius hoc factum eſſe. Deinde etiam incertum fuiſſe exitum, & quidnam pater, occiſo filio facturus fuerit; & hic conſilium quoque petituris ſubvertit, primo ut incertum & periculoſum, neque certis rationibus firmatum, deinde etiam ut fictum, & poſt eventum rei, demum ſimulatum. Denique non idem eſſe occidere, id quod lex jubet, & mortis cauſſam qualemcunque praebere: idque iterum multis ſimilibus probat. Atque hoc loco diſputationem ſupra coeptam renovat, de eo quatenus voluntas in legibus ſpectatur, & in quibus per ſe ſufficiat, nempe in maleficiis & non in beneficiis, & ob id neque hic praemium illi deberi, ut qui coeperit, non abſolverit beneficium. Confutatis igitur hoc pacto voluntate, conatu & effectu, quarto loco id aggreditur, quod petitor in narratione potiſſimum amplificat, puta filium fuiſſe caput & cauſſam tyrannidis, eoque ſublato, etiam tyrannidem ſublatam fuiſſe. Ac primo quidem filium oſtendit non fuiſſe tyrannum, neque tyrannidis caput, confutatis ſignis, & caeteris rationibus: qua alter ad eam rem probandam adduxerat. Deinde, ut maxime fuerit, legem jubere ipſum tyrannum non ut quisque tyranno ſimilis, aut nocentior etiam eſt, occidere. Et hic multis verbis de authoritate legum diſputat, & quod non temere verba legum huc aut illuc deflectenda ſint, alioqui multa pericula & incommoda ex eo ſecutura eſſe. Poſtremo etiam ipſe locum ab imo ad ſummum tractat, & ut alter voluiſſe, egiſſe, effeciſſe ſe dixerat, ita hic contra neque animum ad rem gerendam habuiſſe illum, neque recta via aggreſſum eſſe, neque denique id quod lex jubet, perfeciſſe oſtendit. Et ſub haec orationem concludit, brevi capitum repetitione, & conformatione ſeu proſopopoeia, legum, reipubl. & deorum quoque expoſtulantium cum petitore, ut inique & praeter meritum, praemium petente.

SI mihi cauſſa haec, Judices, apud concionem popularem, quae ſtudiis potius, quam exacto rerum judicio duci conſuevit, eſſet agenda, ac non magis apud Judices ex honeſtiſſimis ordinibus delectos, nimirum graviſſimos ſapientiſſimosque, nonnihil profecto vererer, ne omnium animis nova hac & inſperata laetitia geſtientibus, atque (ut ita dixerim) exultantibus, nec ſatis attentos, nec dociles eſſem auditores habiturus. Porro faventes, benevolosque multo minus: quippe qui frontem modo, qualiſque perſonam hujus negotii intuentibus, non faciem ipſam propius contemplantibus videri fortaſſe poſſim, in communi totius civitatis gaudio, tum autem in cauſſa tam populari, velut importunius obſtrepere atque obturbare. Enimvero quum omnis affectus inutilis eſt ad recte judicandum, tum ingens, intemperans, atque exundans laetitia, non ſolum judicium omne funditus tollere ſolet, verum etiam noſtri ſenſus

sus non raro nobis eripere: praesertim (si quemadmodum haec nostra) post graves diuturnasque calamitates, ac veluti tempestatem saevissimam repente praeterque spem (quasi portus quidam) fuerit objecta. Quid autem tam acerbum liberæ multitudini, quam servitus? Quid tam dulce, quid tam exoptatum, quam libertas? Itaque non rebus modo ipsis, sed vel inanibus harum rerum vocabulis, plebis animus queat ad quidlibet impelli: maxime primis his aliquot diebus, dum gaudiorum adhuc velut aestus quidam impotens, omnia sursum ac deorsum miscet, dum laetitiæ temulentia, dum gratulandi dulcis quaedam ebrietas pectus occupans, animum ad cogitandum instituere non sinit. Verum vestra Judices singularis sapientia perspicacitasque non hoc tantum scrupulo me levat, verum & hanc mihi fiduciam suppeditat, uti sperem futurum, ut hoc contradicendi munus, quod equidem nec invidentia, nec favore in Tyrannidem (sicut iste calumniabatur) sed solita mea, & (ut opinor) nota Reipub. charitate suscepi, vobis non modo non invidiosum, sed favorabile, plausibileque videatur. Etenim postquam viderem manifesta quadam Deorum benevolentia, post diuturnam ac miserrimam illam servitutem, toties Reip. votis expetitam libertatem aliquando contigisse, nihil prius curandum nobis esse judicavi, quam ut gratos nos exhiberemus in eos, a quibus nobis tam egregia felicitas esset profecta, quo videlicet munus suum huic urbi proprium, perpetuumque facere vellent, & conflabilire tuerique quod largiri non essent gravati, meminissemusque iisdem in manu esse, ut eriperent ingratis, quod optantibus dedissent. Sunt autem vel primæ gratitudinis partes, intelligere videlicet, cui beneficium acceptum ferre debeas. Et hac una ratione mortales divinæ beneficentiæ gratiam referre possumus: si beneficium acceptum agnoscamus: si celebremus, si ad illos authores referamus. Neque mihi committendum putavi, ut dum nimium candidi in civem esse volumus, in Deos ingrati impiique reperiamur. Neque enim isthoc nomine nunc perinde laboratur, ne hoc praemii pereat aerario, & hujus lucris accrescat (quanquam id quoque longa jam tyrannide exhaustius est, quam ut inde temere dari praemia conveniat immerentibus.) Illud agitur, ne Dii immortales, qui hujus male consulta nobis verterunt bene, hoc tantum munus a nobis tanquam ingratis reposcant, si quod ipsis soliis debetur honoris, laudis, gratiæ, id illis fraudatis, in hominem contulerimus. At quem hominem obsecro? Nempe qui quum privatus contra leges juvenem occiderit, atque hac temeritate sua restitutæ libertatis periculosam occasionem modo praebuerit, idque adeo imprudens (uti mox docebimus) non veretur pulcherrimum tyrannicidæ titulum Diis eripere, sibi arrogare: Reipub. diem dicere, ac leges ipsas in jus vocare: civitatem ingratitudinis ream agere, nisi sibi totam hanc felicitatem ferat acceptam. Nullum quidem, judices, facinus speciosius tyrannicidio, nullum Diis dignius: verum hoc impudentior, qui sibi laudem tam eximiam usurpat immeritus. Nullum praemium honestius illustriusve, quam quod tyrannicidæ debetur: Sed hoc impensius accuratiusque spectandum, ne temere decernatur indigno. Permulta si quidem, permulta ad id requiruntur, ut hoc tam egregio titulo, ut hoc tam divino praemio dignus quis esse videatur: quorum nihil in hunc competere, paulo post evincemus. Proinde cum non tolerandæ improbitatis mihi videatur, qui legibus tum homicidii, tum temeritatis poenas debeat, eum a legibus praemium omnium maximum petere: petere dixi, imo flagitare: & ita flagitare, ut etiamsi unum ex hujus arbitrio dependerint, tamen multa insuper isti creditori sint debiturae. Quae cuncta quum postulare jure potuisset: maluit tamen homo verecundus, unico persoluto, reliqua sibi deberi, ut haberet nimirum, quod obnoxiæ Reip., quoties libido sit, possit imperare. Tum illud utrum risu potius, an odio dignum existimem, quod in tribunalibus, quod apud ornatissimum severissimorum judicum consessum, Thrasonem quendam nobis e comoedia retulit? Sensistis, judices, ut è corona plerique risum tenere nequirent, dum personatus iste Hercules tragoediam illam suam nobis recitabat: de sese terque quaterque tyrannicida, de sapiente illo gladio commilitone suo, qui per se prudens senem interemit: digno videlicet, qui inter sydera collocetur, domino in deorum numerum relato; Dii boni, quibus phaleris, quibus hucis, quibus ampullis facinus illud nobis suum ornavit, jactavit, exaggeravit? quam militari jactantia, quam Stentorea voce, quam fastuoso vultu, quam arrogantibus supercilliis, quam stupidis oculis, suum ipse vobis encomium detonabat? Quaeso, Judices, ut etiam nunc hominis vultum diligenter attendatis: nonne vobis minitari videtur? nonne dicere? ni mihi praemium decreveritis, haud feretis impune, incolumi divino illo meo, ac fortissimo gladio, qui vel sine me, meas vices, ubi lubebit, acturus est. Quis tandem istam feret jactantiam, vel in eo, qui vere tyrannum occidisset? Haec quoque me causa, Judices (neque enim inficiandum est) commovit, ut hujus obsisterem petitioni, vel magis, ut immoderatam arrogantiam, ut odiosam hujus imputationem retunderem. Videbam jam inde ab initio, quum certatim universa civitas Diis libertatis authoribus grataretur, ut hic sese ira tumens in medium ingesserit, quam indigne tulerit victimas Diis servatoribus immolatas. Sibi hunc honorem eripi, sese unicum esse restitutæ libertatis authorem proclamabat, leges, aras, focos, omnia publica privataque, suæ dextræ, suo magnifico gladio deberi. Agite, quid futurum denique, Judices, auguramini, si id ad hujus intolerabilem jactantiam, vestra authoritas, vestra comprobatio, si praemium quasi pignus accesserit? Quid, nisi ut tyranno submoto, alter quidam huic civitati paretur, qui ventosæ linguæ, glioriaeque quasi tyrannidem quandam exerceat? Qui quotidie nobis odiosam istam suam tragoediam ingerat, quotidie dextram istam Herculanam & gladium prodigiosum minitetur? Utrum est hoc, Judices, tyrannide liberari, an mutare Tyrannum? Videtis ipsi, quam minaci fronte me jam obtueatur. Quid mihi succenses? Quid minitaris oculis? Quid terres supercilio? An mihi non licebit libertate in contradicendo (tuo scilicet munere) uti, quum tu sic abutare? qui liberum

li-

tibi putaris (id quod etiam in proſcenio leges fieri vetant) crimen tam atrox, tam capitale in civem impingere, tantum quia libuit, idque apud Judices iratos, in tam frequenti civium corona, quod nequeas vel leviſſimo confirmare argumento. Siquidem quam reliqua glorioſe, tam illud impudenter dicebas, mihi nullam fuiſſe cauſſam, quare tibi contradicendi partes ſuſciperem, niſi quo tyranni necem, quæ me diſcruciaret ſcilicet, ulciſcerer. Quo quidem tuo exemplo ſi viciſſim in te liberet uti, mox intelligeres, quam atrocia, quanto probabilius in te poſſint retorqueri. Nam tuum iſtud tam invidioſum (quemadmodum tu quidem exiſtimabas) convicium, me longe minus etiam territabat, quam (quod vulgo dicunt) ex pelvi redditum fulgur. Etenim praeterquam quod neque affinitas, neque cognatio, neque neceſſitudo, neque emolumentum, neque prorſus alia res ulla mihi cum tyranno interceſſit, cur mea referret illum vivere? Sine quibus rebus nullam in quenquam criminis haerere ſuſpicionem, tu quoque ſcires, niſi nunquam tribunalia vidiſſes, ac niſi hodie devium te luceſſi ſpes feciſſet jureconſultum: equidem arbitror, meam fidem, integritatem, pietatem, totamque meam vitam ſic huic Reipub. ſpectatam eſſe, ut iſto crimine tibi potius improbitatis odium, quam mihi ſuſpicionem ullam conciliaris. Vides quam multis adductus ſim cauſſis, ut tibi obſiſterem? Denique (ſi ſcire vis) bona civium pars id a me enixiſſime flagitavit, ut ſui patrocinium adverſum te capeſſerem, negantes ſibi videri tyrannide liberos ſeſe, niſi te a tyrannicidae praemio dejicerem. Non quod pudeat homini debere hanc felicitatem: tametſi id quoque durum, ei debere qui ſic imputet. Sed debere arroganti, ſane quam moleſtum eſt: at debere, cui non debeas, iſtuc vero non graviſſimum modo, verum etiam ſtultiſſimum. Equidem ne lenoni quidem vel verbo refrager, ſi modo is promereatur: ſed obnoxium eſſe tam importuno imputatori, tum qui nihil juverit, id vero bis miſerum eſt, bis ſtultum eſt. Nullus enim inſolentius exprobrat beneficium, quam qui quod non dedit, id vult dediſſe videri. Sed finge mihi nullam eſſe cauſſam cur tibi me opponerem, niſi quia ſic animo lubitum ſit meo, profecto nihil habes quod mihi jure ſuccenſeas. Etenim quum apud Judices tam ſanctos agatur: ſi vere praemium meruiſti, non tibi honorem eripio, verum etiam vehementer illuſtro, quando non paulo magnificentius eſt tyrannicidae praemium eviciſſe, quam tuliſſe. Sin minus, aequus veniam dabis, ſi boni civis fungor officio, ſi nullo meo emolumento Remp. debiti praemii ream defendo, ſi ſtultitiae crimen, ſi imprudentiae infamiam a civitate depello, ſi non ſino, ut noſtro omnium periculo haec urbs in Deos exiſtat ingrata. Poſtremo ſi deorum immortalium cauſam ago, quibus honorem debitum tu conaris intervertere, ut vel hinc ſat liqueat, quanta religione reliquam cauſſam egeris, qui ſtatim ingrediens tam impudenter ſis calumniatus: Contradicit igitur, contra Remp. favet tyranno. Quanquam ego illud quoque liberae civitatis eſſe judico, hoc loco vel tyrannorum cauſas citra fraudem agere licere. Neque tamen a vobis poſtulo, Judices, ut vel mihi proſit in cauſſa hoc meum erga Remp. ſtudium, vel huic obſit tam inſolens arrogantia: imo non deprecor invidentiae ſuſpicionem, non refugio vel atrociſſimam illam, quam iſte mihi conabatur impingere, invidiam, ut tyranno faviſſe videar, niſi certioribus, quam ut a quoquam refelli poſſint, argumentis evinco, niſi demum & adverſario perſuadeo, modo ne tergiverſetur, ut quam maxime civiliter quis agat, nullum ei deberi praemium. Sin exactius ſeveriusque, poenam etiam ab ipſo deberi. Quae quidem dum quam poteſt breviſſime facio, quaeſo, Judices, ut me attentis animis atque auribus audiatis. Meminiſtis, Judices, ut iſte inter dicendum ſubinde nobis conatus ſit ob oculos ponere, id unum ſpectare juſſerit, quantis malis tyrannide ſimus levati. Hoc paſſim inculcabat, hac re bonam orationis partem occupabat, nihil nos aliud perpendere voluit, niſi quod gravem ſervitutem toleraſſemus, nunc optata libertate frueremur. Nimirum id tantum vos ſpectare voluit, quod ad hoc judicium nihil attinebat. Neque enim hoc in quaeſtionem venit, quam miſera ſit tyrannis, quam optanda libertas. Sed de illo cognoſcitis, Judices, quum libertas huic urbi ſit reſtituta, quanta hinc laudis portio hujus virtuti debeatur, & an id quod eventu cum hujus facto conjunctum eſt, idem cum ejus merito conjunctum videri oporteat. Relegam autem eadem veſtigia, quibus ipſe in cauſſam ingreſſus eſt, quod equidem refellendi genus ſimpliciſſimum eſſe puto, ſequarque partes illas, quibus iſte rem ſecuit, id nimirum agens, ut quemadmodum ingenioſi convivatores iisdem carnibus alio atque alio modo coquendis condiendisque efficiunt, ut multa opſoniorum genera videantur, itidem iſte nobis ex unico homicidio multa faciat tyrannicidia. Repetam igitur ordine gradus illos, quibus iſte facinus ſuum ſibi viſus eſt mirifice attollere, & in quibus identidem reſtitabat. Quod ſi me deturbante, vel in uno quolibet conſiſtere poterit: tum ipſe ſeſe victorem pronuntiet licebit. Quot tyrannicidia, inquit, quot praemia? Primum quod volui, deinde quod conatus ſum. Tum autem quod filium occidi plus quam tyrannum. Poſtremo, quod pater ob mortem hujus ſibi necem conſcivit. Principio quod voluit, Judices, quis non levius eſſe videat, quam ut ſit refellendum? niſi quod iſte tanta voce intonabat, toties inculcabat, quod tyrannum voluiſſet occidere, atque id (ut nihil jam accideret) tamen praemio dignum aſſeverabat. Quid autem tam ridiculum, quam nudae voluntatis praemium a lege flagitare? quae adeo nihil ad ſe pertinere putat, quid velint aut in animo ſtatuant homines, ut neque poenam irrogent, ſi quid velis modo perperam, neque praemium oſtendant, ſi quid officioſe velis: verum id unumquemque voluiſſe interpretantur, quod nulla vi coactus effecerit. Ergone, inquies, non magna facti pars eſt voluiſſe, quod quidem arduis in rebus vel ſolum ſufficere ſolet? Recte ſane. Sed apud Deos modo: quippe quibus ſolis perſpicuum eſt, quid nolis aut velis, ab his praemium expectandum, ſi quid praeclarum animo conceperis. Lex hominum vices agit: & quid in obſcuris illis ſinuoſi cordis ſpecubus mortales agitent, adeo ſua referre nihil putat: ut non,

dicam abdita aut ſuſpicioſa, ſed ne ea quidem admittat, quæ popinari ſunt opinione famaque jactata. Poſtremo, ut non niſi comperta recipiat, non audiat niſi quæ ſunt certiſſimis argumentis deprehenſa, probata, evicta. Cedo, quod eſt facinus tam nefarium, cujus ſimplex voluntas in crimen unquam eſt vocata? Iſta judicia Æaci, Rhadamanthique tribunalibus ſervantur. Hic mihi non quid volueris, ſed quid feceris, adferto. Quod ſi nulla lex ulli flagitio ſupplicium minatur, quod in animo ſtatueris, quæ tandem eſt impudentia, pro merito quod præſtare volueris duntaxat, perinde quaſi præſtiteris, a lege quaſi præmium poſtulare? Quæ quidem quum ad id unum ſit comparata, ut malefica vel deterreat, vel coerceat, multoque magis ad ejus partes pertineat, nocentibus irrogare poenam, quam bene merentibus largiri præmia (id quod mox copioſius demonſtrabimus) poſteaquam in criminibus non accipit inſimulationem meræ voluntatis, quæſo te, in petendis præmiis oſtentationem voluntatis admittet? Quis autem eſt civium vel quantum libet ignavus, qui non velit tyrannum occidere, ſi tuto liceat? Quis non vel leno, ſaltem emolumenti cauſa velit? Denique quis non facile ſimulare poſſit voluiſſe ſe: videlicet quo præmium gratis auferat? Vis itaque dicam, quantum hoc totum habeat momenti, voluiſſe occidere? Nempe perinde eſt, quaſi te ſomniaris occidiſſe. Par pari penſari convenit. Qui præſtitit beneficium, ei lex beneficium rependit: atqui bene voluit tantum, ei quid debetur, niſi ut vicißim bene velit reſp.? I nunc, & hoc in gradu nos jube conſiſtere. Rem tam eximiam, inquis, animo verſavi, ſtatui, decrevi: an præmium negabitis? Non fraudaberis præmio, ſi iſthoc nomine poſtules: verum illud interim præmii feres, velut homo nimium perfrictæ frontis, irriſus, explosus, exſibilatus diſcedes, quem non puduerit id a lege poſtulare, quod ne leno quidem auſit a quoquam petere, ut rem pro voluntate auferat; nemo tam vecors qui concedat, ut voluntatem neſcio quam, hoc eſt, minus quam verba pretio redimat. At non volui tantum, inquis: verum & periclitatus ſum, aſcendi, ſubmovi ſatellites. Primum iſthuc tu quidem conſulte facis, quod de gradu illo deſiliiſti, in quo nimis profecto incommode ſtabas, quanquam ne in hoc quidem multo commodius conſtiteris. Nam etiam ſi paulo minus abſurdum videatur, haud ita multo minus impudens tamen eſt, quum lex palam præmium decernat ei, qui factum præſtiterit, te, quod conatus modo ſis, præmium poſcere. Ergo ne hoc quidem juris erit apud te legibus, quod per illas eſt civi privato cum cive privato? Age, quid ſi quis civium tecum iniiſſet contractum, ita ut ille pecuniam ſtipulatus, tu conditionem pactus eſſes, mirum ni ſuo uterque periculo, atque is nondum præſtita conditione, nummos his verbis abs te petat: Cedo mercedem, conatus ſum, tentavi, adniſus ſum: an non protinus impudenti homini reſpondebis: Cedo conditionem; Nam de tuo conatu quid mea refert? Quandoquidem effectum abs te pactus ſum, non conatum. Puta totidem verbis tibi nunc reſpondere legem: Agnoſco contractum, non muto pacta: debeo præmium, ſed ſi tu conditionem præſtitiſti, ſi tyrannum occidiſti. Verbis aut obligantur, aut abſolvuntur homines. Si conato poſcita ſum præmium, non gravabor dare: ſin ei qui facinus peregiſſet, quod tandem jus eſt referre quod eſt ſtipulatus, me non ferre quod ſum pacta? In privatis ac minutis contractibus nemo tam improbus invenitur, ut lucrum conditione promiſſum poſtulet, non præſtita conditione, nemo tam ſtultus ut det, ſi quis poſtulet: & tu a Rep. maximum omnium præmium poſtulas, quod conatus modo ſis? Nihil mihi niſi nugas aufers, donec illud unum audiam, quod te præſtare oportebat. Volui, inquis, aſcendi, perrupi cuſtodias, ſubmovi ſatellites, quantulum jam eſt illud quod ſupereſt? Quid adhuc deſideras? Nempe nihil in te deſidero præter illud, cui ſoli debebatur præmium. An non intellexiſti in iſtiusmodi contractibus duplex eſſe periculum: quorum alterum ad hunc tantum, alterum ad illum proprie pertineat: videlicet perſolvendæ mercedis, & præſtandæ conditionis? Ego meo periculo præmii dependendi onus recipio, neque tua referre putes, neque refert, quam angusta mihi res, unde corradendum quod debeam precium. Tu itidem conditionem tuo ſuſcipis periculo, neque mea quicquam intereſt, quo ſudore, quo periculo ea tibi præſtanda. Totam iſtam curam, totum hoc negotium tibi relinquo. Quod ſi ego jam præſtita abs te conditione commemorem tibi, in agris meis male proveniſſe ſegetes, merces naufragio periiſſe, nihil avelli a malis debitoribus, non ſine gravi dispendio conflari poſſe pecuniam, quam tibi debeam. dic, obſecro, nonne nugas agere me dices, regans horum quicquam ad te pertinere? Hoc uno modo poſſe ſatis fieri tibi, ſi pecunia numeretur. Neque quisquam eſt judex tam iniquus, quin te tuo uti jure fateatur. Et mihi pulchre ſatisfactum exiſtimas, ſi tu mihi tragoediam adferas, quantum adieris periculi, quantum ſudorum, quantum vigiliarum exhauſeris, dum ſtudes præſtare conditionem? Res eſt (mihi crede) calumnioſior, ſcrupuloſiorque, quam ut legibus tam occupatis conveniat, alienam expendere voluntatem, alienos penſiculari conatus: quorum ſuos quisque nimio ſolet æſtimare, non ſuos difficile eſt ad amuſſim perpendere. At facti facilis eſt æſtimatio. Proinde ea in legis cognitionem cadit: hinc reliqua omnia conſuevit metiri. Tametſi non piget interdum aequi bonique rationem habere. Verum in his litibus, quæ de vetere illa formula pendent, inter bonos bene agier oportet: at in contractibus, quæ neque vi, neque dolo coierunt, quid eſt quod a præſcripto recedatur, niſi quis velit omnino a pactis diſcedere? Quid vis? Circumſpice, & ſi potes usquam invenire exemplum, non nego præmium. Sæpenumero pugilum in Olympicis, ſaepe in certamine ſpectator (opinor) ſediſti. Cedo, num quando vidiſti quenquam tam impudentem, qui palmam ſibi hoc nomine vendicaret, quod ſtrenue certaſſet? Non arbitror, atque id in re pene ludicra, certe ad voluptatem comparata. Et tu in tam ſerio omniumque ſplendidiſſimo negotio id tibi poſtulas, quod in scenicis illis pudeat vel impudentiſſimum tentare? Age quoties & illud vidiſti evenire, ut qui ſeſe fortiſſime doctiſſimeque geſſiſſet in curſu, is a præmio longiſſ-

gissime abesset, & ignavissimo faveret eventus? Habeat ille sane, quod causetur, excidisse habenas, consternatum equum, fractam rotam, jactet se vel arte, vel viribus tanto praecellentiorem, quanto Thersitæ praestitit Achilles, nisi metam prior attigerit, profecto postulandi praemii jus nullum habebit, fortunam suam incusare licebit. Caeterum Agonothetæ non indignabitur: propterea quod hoc animo in certamen descenderit, ut ejus uteretur conditione, id est, ita demum praemium ferret, si virtuti fortuna favente vicisset. Alioqui si conatui, non tantum effectui praemium deberetur, tot palmis esset opus, quot in Olympicum certamen venissent. Quamquam in hujusmodi ludis, qui solemnitatis voluptatisque gratia proponuntur, fit interdum, ut victis quoque praemia statuantur, non honoris, sed solatii gratia: verum seriis in rebus, atque adeo periculosis, quaenam obsecro lex unquam mercedem statuit, nisi si quis facinus peregisset: & ita peregisset, ut omnes numeros implerit? A quo tu quantum absis, mox audies: nam nunc de conatu tantum agimus. Lex igitur civicam promittit coronam ei, qui civem in bello servarit. Quis unquam ad hunc honorem vel aspiravit, quod se telis objecerit, quod non sine multis vulneribus discesserit? Profecto nisi cive servato, nemo civicam petit. Quis unquam his verbis muralem petiit: Acriter contendi. Judices, ut moenia superarem. Omnia feci, sed depulsus sum? Quantumlibet enisus sit, nisi conscenso muro, nemo tam inverecundus est, ut muralem coronam sibi deberi dicat. Obsidionalem nemo flagitat, nisi depulsa obsidione. Postremo nullus honos petitur, nisi ab eo qui id effecerit, ad quod honor invitat. Qui navim in tempestate desertam ad littus perduxerit, huic ex lege vendicatio est earum rerum, quae navi vehebantur. Quorsum attinet hic tuam jactare peritiam, sudores, pericula, conatus? Nihil non feceris, quo navem in tutum reduceres, sed victus tempestate deseruisti, audebis quicquam ex his quae sunt in navi, tibi vendicare? Aut si ausis, futurum speras, ut quisquam te vel pilum sinat attingere? Non opinor. Si quis unquam ovationem, supplicationem, triumphum obtinuit, quod ad victoriam omnibus nervis esset enisus, quod gnaviter se gesserit in bello, nisi superior discesserit, nisi praescriptum a lege numerum hostium fuderit, aude & tu tibi praemium promittere, quod tyrannicidium sis aggressus. Quod si nemini hominum memoria contigit, define tibi nova spe blandiri, define inaudito exemplo postulare, quod sperare sit improbissimum, dare postulanti stultissimum. Noli nobis commemorare, quanto capitis periculo murum arcis conscenderis, qua virtute satellitium tyrannicum perruperis, alios depuleris, alios occideris: quorum maximam partem tibi liberum est fingere. Ad obtinendum tyrannicidæ praemium, duobus duntaxat verbis est opus, tyrannum occidi. Quantumvis conatum exaggeres, alleves, attollas, non nisi tyrannicidæ debetur praemium. Alioqui quid dices, si eodem illo die, quo tu arcem conscendisti, permulti pariter aggressi, sua quisque virtute freti: quorum nemo tamen tyrannum interemisset: utrum omnes tyrannicidæ praemio potientur ex aequo, nempe quia conati? Age quid si multis strenue rem aggredientibus, uni cuipiam, qui fit omnium ignavissimus (ut non semper virtuti respondet fortuna) cum contingat interficere, an non praeteritis reliquis hic unus honorem auferet? Quamobrem tandem? Non quia plus adierit periculi, sed quoniam id confecit, cui lex honorem decrevit. Hic tu fortasse rursus incipies deplorare, frustra sumptam operam, negabis aequum esse virtutis egregios conatus merito fraudari praemio, nisi fortunæ suffragio adjuventur. Sed quae tandem potest esse iniqua conditio, quam nemo compellitur accipere, nisi cui cordi sit? Quantumlibet iniqua conditio proponitur, eam nimirum facit aequissimam, quisquis sponte ipse recipit. In aleæ ludo (si fas est hoc exemplum conferre) quid iniquius, quam vel summum artificem ab imperitissimo superari, si modo jactus commode cadat? Atque id adeo nemo tanquam iniquum causatur: propterea quod, cui lusus hujus lex non probatur, ei liberum erat non suscipere. Itaque lex quid praestari velit, id palam atque in medio proponit: Quid abs te praestari possit, id tibi relinquit expendendum. Illa nihil mavult, quam ut res quam optime cadat: quod si, postea quam nihil jam intentatum reliqueris, quo minus effeceris, per fortunam steterit, intelligis (opinor) nihil habere te, quod legi succenseas. Fortunam, si ita lubet, in jus voca, cum lege nihil tibi rei: quae ut nihil promittit, ita nihil debet, nisi praestanti. Neque vero existimemus, Judices, istud a majoribus qui hanc legem tulerunt, sine summa ratione fuisse factum, ut conato praemium non esse statuendum putarint: videlicet illud caverunt, non tantum ne ancipites istas & inexplicabiles hujusmodi de conatu lites invitarent, verumetiam quod intelligerent, tyrannicidii conatum non posse, nisi summo civitatis periculo suscipi. Unde futurum prospiciebant, ut si conatui praemium statuissent, temeritate conantium resp. subverteretur potius quam restitueretur. Etenim tyrannis quid aliud est quam grave capitaleque civitatis ulcus? huic si quis medeatur, ei merces digna proposita est, quam vita demum ferat, si remedium praesentaneum attulerit. Verum huic malo neminem oportet admoliri manum, nisi certum artificem, qui sua diligentia peritiaque fretus, non sinat hoc licere fortunæ, ut dum ipse salutem dare conatur, illa vitam penitus eripiat. Quid? utrum tu igitur in ejusmodi discrimine conatum praemio judicas invitandum esse: an potius poena deterrendum, nisi quod conatus est quispiam, idem praestiterit? Nec illud te sublevat, quod mihi videbare ratiocinando colligere, quum lex in maleficiis poenam irroget simplici sceleris molitioni, par esse, ut multo magis in benefactis conatus habeat rationem: nam oportere legem multo propensiorem videri ad compensandam virtutem quam ad retaliandam culpam. Atque vide, quam hic tota erras via. Principio non animadvertis, hoc tyrannicidii facinus toto genere a reliquis discedere, propterea quod aliorum molitio cum privato molientis periculo modo conjuncta est: hujus cum publico reipub. discrimine copulata, ut temere moliri tyrannicidium nihil aliud sit, quam temeritate privata rem omnium

prodere. Deinde lex nec in quovis crimine, nec qualemcunque conatum in quaestionem venire sinit, verum in paucis duntaxat, quae vel propter insignem atrocitatem hoc odii merentur, vel ejusmodi sunt, ut prius exitium adferant, quam conatus dent significationem: quod genus parricidium, venenicium, proditio. Postremo non vides, nihil esse simile, totaque natura rationeque discrepare, poenae legitimam irrogationem, & honoris largitionem. Nam alterum quidem proprie legum munus, alterum quasi quaedam de jure concessio, legisque candor (ut ita dixerim) quidam est. Hoc ita habere sic demum intelliges, si reputes, quam multa sint quae lex jubeat, addita poena, ni pareas: quam multa item vetet, nisi obtemperaris, supplicium minitans: contra, vix unum atque alterum esse, ad quae praemio sollicitet. Quaedam enim ejusmodi sunt, ut durum ac servile videatur ad ea metu mali adigi: quo de genere sunt, uxorem ducere, operam dare liberis. Hic lex nimirum urbanius ac verecundius tecum agit, patris, non magistratus sumit habitum, precio ad id invitat, quod alioqui gratuito te praestare decebat. Rursus alia, tametsi id genus sunt, ut a quovis non improbo cive praestari velle oporteat, tamen & fortiora videntur, quam ut a multis praestari queant: & periculosiora, quam ut multi velint suscipere: nam inhumanum videtur, cuiquam vitae suae contemptum imperare: ad haec igitur praemio animat, qualique calcar addit virtuti. Proinde non oportet hanc legum indulgentiam longius trahere, quam ad quae semet ipsa adstringit. Nec mirandum est, si attentior, si vigiliantior, si exactior est in proprio naturalique munere suo, quam in eo in quo pro temporis ratione in alienas partes descendit. Huic adstipulatur illud, quod novis etiam criminibus exemplum, aut novum nova lege solet institui, aut a simili lege mutuo sumi. Neque tamen idem fieri consuevit, si quis quid novi facinoris cum laude patravit, ut praemium a simili constitutione decernatur: nisi lex extet, quae nominatim honorem statuat ejus facto, quod roget, vix habebit: quod postulet, haudquaquam. Cur enim legi necesse sit passim civium suorum officium mercede redimere? Quandoquidem ne sit impunita improbitas, id publicitus omnium refert: at probus esse nemo gratis potest. Quid autem est quod non vel gratus patriae debeat civis? Cui si vel animam impenderis, quid mirandum, si quod acceperas, id restituis? Ut supplicio dignus sis, nisi parenti pietatis officium persolvas, non praemium illico tibi debeatur, si persolvas. Itidem, si quid in leges committas, non potes effugere supplicium: at non statim illae tibi praemium debiturae sint, si quid cum officio feceris. Nam si cives omnes sese in officio continerent, ne opus quidem esset ullis legibus: quippe quae non ad bonos mores comparatae, sed malis e moribus natae sunt, id quod vere vulgo dictitant, ac pharmaci vice fungantur. Finge itaque nullas esse leges, quemadmodum de aureo Saturni saeculo fabulantur poetae, suo quemque sponte fungi officio: an tu hic clamabis perire benefacta, quod nulla lex praemium decernat? Uti lex non minatur nisi improbis, ita non pollicetur optimis civibus. Quorsum enim opus promisso, quum virtus absoluta abunde se ipsa contenta sit? Proinde petere quod illa non sit pollicita, profecto plus quam impudentissimum est: improbe flagitare, quod ea candide civiliterque promiserit, civis est probitatis non satis spectatae. Tu quid merueris, paulo post excutietur: interim finge sane, praecipuam quandam utilitatem attulisse, cui tamen ex lege praemium non debeatur. Utrum protinus clamitabis infrugiferum fuisse officium, civitatem in jus vocabis, plebem ingratam vociferabere, minitabere judicibus, nisi tibi mercedem ex animi tui sententia decernant? An potius ipsam virtutem abunde magnum sui praemium judicabis? Oblectabis te conscientia recti. Hunc esse maximum fructum officii duces, quod de aliis citra tuum emolumentum benemerendo ad deorum benignitatem videaris accedere? Nimirum haec tibi futura sunt satis, si modo civis sis optimus. Quod si non contentus istis, aliud adhuc nescio quod praemium desideres, certe maximo proximum est gloria: hoc tu jam propemodum tulisti. Quanto meritis precio, volitare per ora mortalium, celebrari, laudari, digitis notari mille, oculos omnium in te conjectos circumferre? Ista, inquam, vel maxima praemii pars: nam pecunia sine quam exiguum momentum adfert. Tu conatus duntaxat es, pernagni portio, vel caput potius ipsum tuo deest facinori. At cum interim his rebus frueris, dum non occido, tamen velut tyrannicida celebraris, quaeso te, quantula pars abest e tuo praemio quod laturus eras, etiamsi tyrannum occidisses? Postremo isthuc ipsum praemium, pene dixerim, invidendum mihi videtur, quod jam tibi licuit toties Reip. tyrannicidium imputare, quod in celebri judicio tibi contigit honestissimum praemium flagitare, & in tam frequenti theatro spectante rep. magnificam istam tuam tragoediam peragere. Mihi videtur, Judices, beneficii tulisse gratiam, quisquis exprobrare beneficium potuit. Tu fortunae, tu deorum munus imputas civitati, & sunt fortassis qui tibi libertatem acceptam ferant. An haec tanta praemia contemnis? Quae vel vero tyrannicidae sufficere debuerant, nisi lex maluisset praemio conatum ab effectu distinguere. Quamquam nullum me hercle praemium magis congruit ei, qui tyrannum conatus sit occidere, nec occiderit, quam ut illi contingat tyrannicidae praemium sperare, nec ferre tamen. Hiccine erat iste gradus, in quo nos tecum commorari jubebas? Quanquam hoc nomine tuus conatus minus proderetur praemium, quod aliorum propolita formam modo defuit, tibi voluntas, ut ais. Effecisti quod voluisti: id quod erat necesse, nec fecisti, nec voluisti. Sed jamdudum alium gradum (ut video) circumspectas, in quem te recipias: nam in hoc quam citra omnem praemii spem consistas, intelligis. Age sequemur te per omnia, & aliunde alio fugientem persequemur, nec usquam sinemus consistere. Atqui non tantum aggressus sum, inquis, verumetiam occidi, nempe filium: atque id facinus in duo fecas tyrannicidia, & quod filium sustuleris plusquam tyrannum, tum tyrannidis successorem: & quod parenti, necato filio, mortis causam ministraris. De eo mox:

mox: nunc hoc cujusmodi sit inspiciamus. Parentem ais abs te, jugulato filio, eadem occisum opera: negas enim referre, qua via peremeris, modo fuisse eris: imo splendidius illhuc videri vis, quod tuo quidem ense, verum ipsius dextera sit interemptus. Haec tam honesta, Judices, oratio possit parum attentum fallere, praesertim hoc rem fucis illis suis & phaleris venditante, dum nobis ob oculos ponit validum illum florentemque juvenem, sic patri adamatum, crebris vulneribus confossum: parentem senem miserum, illi circumfusum, eodem exanimatum ense, sanguinem utriusque inter se confusum. Ista quidem dictu splendida, sed quid ad tuam causam attinent? Nemo tam caecus qui non videat, nemo tam effrons qui neget, spectaculum illud multo omnium jucundissimum extitisse civitati, quum senem tyrannum juveni videret incumbentem, exanimem exanimi, & in altero gauderet sese levatum malis praeteritis, in altero futurorum metu. Haec quum per se maxima, quum Reip. sint gratissima, quid attinet verbis exaggerare? Illud unum in hoc judicio vertitur, utrum tibi acceptum ferri oporteat, quod pater sine controversia tyrannus occisus est, an fortunae, superumque dexteritati. Quod enim tuo gladio peremptus est, id vero quam est futile nihilique. Quid si tuo gladio ab eo qui eum utendum abs te rogasset, tyrannus esset necatus, num tu protinus tyrannicidae praemium petitum venires? Lex occisori pollicetur honorem: tu eum jugulasti, de quo certe controversum esse poterat, tyranni nomine censendus esset, nec ne: eum de quo nihil erat dubitationis, reliquisti. Si prudens, prudens excidisti a praemio: sin metu, multo minus etiam causae est postulandi muneris. Verum illud tute vehementer urgebas, uti prudens volensque reliquisse videare. Sed quod tandem erat istud tuum consilium, quum tibi sic in manu esset, non toto metu liberare Remp. sed ultorem tui facinoris, & verum certumque tyrannum relinquere? intelligebas (ut ais) omne negotium confectum extincto juvene, propterea quod modis omnibus futurum praescires, ut senex illico sibimet eodem gladio necem conscisceret. Videte, Judices, in manifestissimo mendacio qua rima conatur elabi: nisi divinandi scientiam commentus fuisset, non poterat hinc explicare sese. Siquidem haec vel augur, vel haruspex, vel vates diceres, fortasse nonnullos invenires, qui ista praedicanti fidem essent habituri. Nunc quid impudentius? Quid vanius? Quid veri dissimilius, quam asseverare, id certum praescisse te, quod tale sit, ut quivis alius exitus potius fuerit expectandus? An conjecturis es assequutus, id eventurum quod evenit? At quid aliud effici conjecturis poterat, nisi ut vel sperares, vel suspicarere? Porro in re tam ancipiti, quae dementia erat spem incertam sequi, discrimen certum negligere? Sed audiamus obsecro certas illas conjecturas, quibus hic noster vates praesensit inopinatum omnibus exitum. Jam aetate fessus erat, inquis, jam viribus defectus, nec obtineri jam autumabat posse tyrannidem adempto filio. Tum indulgentius amabat, quam ut filio vellet esse superstes. Nonne sentis haec adeo non esse naturae rerum consentanea, ut jam omnibus videantur esse confutata, vel priusquam refellantur? Utrum seni mentem ullam fuisse putas, an non putas? Si non putas, fieri potuit, ut illi tutum videretur, quod neutiquam erat tutum; atque ita protinus toto falleris augurio: sin putas sapuisse, cur erat quod usque adeo diffideret? Quali vero tyrannis viribus duntaxat unius hominis, ac non multo magis ingenio, versutia, calliditate, largitione, crudelitateque contineatur, quae omnia si magis in senem quam in adolescentem competunt, cur tu in diversum torques augurium? An non illa aetas usu rerum callentior est? An non altius dissimulat? An non cavet diligentius? An non prospicit oculatius? Irascitur implacabilius? Tenacius injuriae meminit? Meliusque in longinquum consulit? His solis rebus imperium tyrannicum administratur. In militiae duce quantum est illud momentum, quod corporis vires adferunt? At in tyrannide profecto multo minus. Cur magis illum terreret ademptus filius, quam extinctus satelles quispiam audacior? Quum arx superesset approbe munita, supersent opes, arma, satellitum ingens agmen, tot in civitate factiosi potentesque, qui non solum tyranni partes adjuvabant, verum etiam tyrannos agebant: quos equidem spero nunc nobis non esse metuendos (nolim enim infausta ominari) at ita tamen, ne nimium secure negligantur. Usque adeone senem cruda viridique (quod omnes norunt) senecta calidum, animosum, ambitiosum, non stultum, una filii mors consternavit, ut rebus desperatis protinus e vita sibi migrandum duxerit? Praesertim quum ille patris dominatum nihilo reddiderit tutiorem, sed multo invidiosiorem, idque ob ubicinem, atque aetatis insolentiam temeritatemque, adeo ut expedierit propemodum illi ad stabiliendam tyrannidem, filium e medio tolli. Etenim quo propius ad justi regni speciem accesserit tyrannis, hoc minus est invidiae obnoxia, magisque tuta. Juvenis ille solum hoc augebat, quod maxime tyrannos solet evertere. Vera illa tyrannidis munimenta in calidi senis pectore erant collocata. Sed tenerius adamabat filium, quam ut defuncto posset superesse. De matercula quapiam privata loqueris, an de viro sene, calido, crudeli, denique tyranno? Quid ego, Judices, in eo sermone argumentis coarguendo sumam operam, quem ipsa natura, quem mos, quem communis omnium sensus repudiat? Quis unquam illhuc audivit? Tyrannum usque adeo pio in liberos fuisse animo, ut non dicam commori voluerit, sed convivere commode quiverit? Credite mihi, privatorum isti sunt affectus, Tyrannus neque quid natura, neque quid pietas, neque omnino quid sit officium novit. Exuit haec omnia, simulatque tyrannum induit. Omnia commodis, omnia metu, omnia necessitate metitur. Solos hos amat (si quos tamen ille amat, qui vel Deos ipsos odit) quos aut metuit, & tollere nondum expedit, aut quorum opera ministerioque ad fulciendum imperium indiget. Quod si ullos ille posset amare, similes certe sui diligeret, impios, violentos, rapaces, sceleratos, quando nihil ad conciliandam charitatem efficacius morum similitudine. Atqui ne improbi quidem illi chari sunt, nisi qua-

quatenus adjuvant, adeo ut praepoſterum, vel perverſum potius quendam Stoicum tyrannus exprimat. Neque enim quisquam tam Stoicus fuit, ut aeque vacarit omnibus affectibus, atque tyrannus: hoc modo illos diſcernit, quod philoſophus honeſto metitur ſua conſilia, hic commodo. An ille ullum pietatis igniculum in quenquam mortalium ſentire potuit, qui in patriam vitae parentem altricemque, qui in coelites omnium bonorum autores tam fit impius, ut illam crudeliſſima opprimat ſervitute, horum fana deſpoliet, jura contemnat? Verum ut largiamur tibi nonnihil, finamusque te privatos affectus in tyrannicum pectus, hoc eſt, ignem in flumen transferre, an tandem perſuadebis illud, usque adeo indulgenter illum adamaſſe filium, usque adeo in eum omnes vitae ſuae ſpes, voluptates, opesque ſemel contuliſſe, ut illo ſublato, ne minimam quidem vitae cauſam ſibi reliquam eſſe putaret? Repete, non dicam ex hac civitate, verum ex univerſo mortalium genere: non ex hoc ſeculo, ſed ab orbe condito, & ab ipso (ſi vis) Promethei ſimulacro. Quotus quisque fuit pater, quota quaeque matercula, quae ob liberorum necem tibi fatum acceriverit? Naturalis hic dolor, & quem nemo fere non modeſte ferat. Privatis parentibus vel indulgentiſſimis, mulierecularum intemperantiſſimis affectibus mediocris luctus ſufficit, tyranni in filium charitati non niſi ſolam mortem ſatisfacturam eſſe tu Lynceus praevidebas? Age, hoc quoque tibi donamus, vicerit homo tyrannus privatorum in liberos pietatem, vicerit indulgentia materculas omnes: qui tibi compertum eſſe potuit, utro ſe dolor paternus inclinaret? In rabiem, an in deſperationem? Quo diligebat impotentius, hoc erat probabilius, ut ſenex natura ferus, civibus infenſus, vel maxime vellet eſſe ſuperſtes, vel ob id deniquę, quo veterem illam iram, nunc filii necę acerrime exaſperaram irritatamque, Reip. ſuppliciis ſaturaret. Quod ſi alias vitae pertaeſum fuiſſet, haec nimirum una cauſſa poterat illum in vita retinere. Quid autem ſenili animo vindictae cupidius? An neſcis quam impotentes aetas illa concipiat impetus, quo rapiatur aeſtu, quo flagrare ſoleat incendio, ſi quando atroci indignique contumelia laceſſatur? Quae vero potuit eſſe atrocior, quam filii caedes ſic amati, ut tu quidem ais? Haec nimirum quicquid in illo fuerit unquam crudelitatis, quicquid ſaevitiae, quicquid immanitatis: ſi qua ſanguinis ſitis, ſi qua ſupplicium fames, denique ſi quid tyrannicum, id omne ſemel de integro poterat excitare, quaſique renovare. Mitiora etiam animalia datae orbitatis injuria, in rabiem ſolet agere: & tu in tyranno (quo nullum animal immitius) nihil tale metuendum eſſe certiſſimus augur exiſtimaſti, quod in Tigribus videmus evenire? Quod ſi tibi uni compertum erat, tyranno ſic in deliciis eſſe filium, quid igitur aliud tua fiebat opera, niſi ut ſaeviſſima illa Tigris, rapto catulo, in rabiem verſa, in miſeram hanc civitatem dilaniandam diſcerpendamque inſiliret? Id ſi non evenit, magna Dus gratia, tibi magnum debetur malum: qui quantum ad te pertinet, tam diram beluam in noſtra capita fortunasque immiſeris. Elige nunc utrum malis, an verum fateri, nihil fuiſſe tyranno cum noſtris affectibus commune, an confingere ſic adamaſſe, ut matercularum quoque vicerit delicias. Certe neutro modo tua conſtabit divinatio: quae niſi conſtiterit, non eſt quod ad ejus rei laudem aspires, quae fortunae commoditate te imprudente evenerit. Poſtremo donemus & hoc tibi, ut praeſciveris, & certum praeciveris, Deo videlicet quopiam te certiorem faciente (nam alio qui fieri nequaquam potuit) perinde eſt ac ſi non praeſcieris, quam praeſcientiae tuae fidem legi facere non poſſis. Profer quibus praedixeris id eventurum quod evenit: doce quis deorum quando iſthuc tibi praenunciarit, nihil habes quod dicas. Verum poſteaquam rem feliciter evenſſe videres, tum demum poſt factum vates eſſe coepiſti, quemadmodum vulgo tum fieri, tum dici conſuevit, poſt eventum ſtultos etiam ſapere: & quo fortunae beneficium verbis in te tranſmoveres, tragoediam iſtam nobis comminiſci coepiſti, cauſas reperiſti, quibus praeciſſe videare. Sed Dii boni, quam non bonum poëtam te praeſtitiſti, qui tam inconſiſtentia, tam cum natura pugnantia finxeris, ſaeviſſimum tyrannum ob pietatem erga filium ultro vitam fugiſſe: ob unius capitis necem totum tibi non putaſſe in vita commorari, quum omnia ſupereſſent quibus tyrannis & paratur & obtinetur, ſuſtato eo in quo omne tyrannidis praeſidium collocarit, repente rebus ſuis diffiſum ad inferos abiiſſe. Age, mitto nunc argumenta, haec omnia vera, non ficta credemus eſſe, tametſi ne fucum quidem ullum habent veri, ſi mihi ex omni hominum memoria vel unum tyrannum potes nominare, qui liberos ſuos ſic adamarit, ut non ſpadones ac pallacas longe praeculerit: qui ſic illis indulſerit, ut non ſui, ſectos haberet obſervaretque: qui ſic illis ſit ſiſus, ut non in barbaris quibusdam latronibus, ac ſervis ſtigmaticis plus quam in illis fiduciae poſuerit. Ego tibi permultos referre poſſim, qui filios ſic oderint, ut vivos eſſe pati non poſſent; adeo metuerint, ut ne cibum quidem una capere vellent: adeo diffiderent, ut tum demum ſe tutos eſſe putarent, ſi quis illos e medio ſuomoviſſet. Nullus inutilior tyranni ſatelles quam filius. Ex extrema barbarie conductitios mavult ille ſicarios, fugitivos, homicidas, ſacriſegos: his vitam ſuam mavult committere, qui ſua patria frui non poſſint, & alienam evertere gaudeant, cui barbaricis ferinisque viribus antecellant, & gigantes illos impios referant: qui propter animi cupiditatem non difficile ad quidvis periculi ſuſcipiendum perducuntur, & propter ingenii feritatem a nullo facinore abhorrent. Hi ſunt idonei tyrannorum miniſtri, hi fiducia, munimentum, praeſidiumque tyrannidis multo tutiſſimum: hos ſi quis ademerit, cautum videatur dediſſe, cur rebus tyrannus diffidat. Nam filius qua tandem ratione dominatum ſuſtinebat: Aetate? At utilior aetas grandior: Robore? Unus erat: Prudentia? Magis ſapit ſenecta: Cuſtodiis quas obtinebat? At ſi adverſus patrem obtinebat, mors filio ſeni etiam optanda. Si patris nomine, quid nisi unus ſatelles ademptus erat? Nam cuſtodiae quo deficerent, niſi ad eum cui alebantur? Tutior igitur erat futurus tyrannus amoto filio. Res enim tyranno ſuſpecta, filius violentus & inſolens, propter ea quod

quod reliqui illi Barbari solo lucro contenti sunt: Filius illud praemium spectat, tyrannidis successionem. Nec ullus pietati locus, ubi mentem possidet dira regnandi libido. Ibi contemptis naturæ legibus, & filium horret pater, & patris interitum optat filius. Sed dicturis jamdudum nescio quid: mane, praesenti, nihil inexpugnatum omittam, urges. Nisi praeter modum adamavit filium, nisi diffisus est, cur sibi mortem conscivit? Ilthuc vero merito demirandum, quippe quod praeter omnium, ac tuam etiam spem evenit. Verum ego nihil ad me pertinere puto, ut tibi rationem reddam, quid illi Dii in mentem immiserint, ut sibi vim adferret: hoc tantum evincere sat est, te nullis conjecturis hunc exitum certo praescire potuisse, quantumlibet amarit filium: tametsi causa non admodum obscura. Jam deorum si qui fuerunt huic infensi Reip. iras diuturna nostra calamitas satiaverat. Jam propitios nostra vota, nostra sacra commoverant: aderat illud fatale tempus, quum impius ille senex Diis atque hominibus dignas admissorum poenas daturus erat. Jam aderant ultrices Erynnes, aderant Furiæ, facibus & hydris omnibus armatæ: hæ illi mentem ademerunt, hæ vanam formidinem incusserunt, hæ attonitum ad spontaneam sui caedem impulerunt. Nihil minus arbitrabatur quam fugisse, qui filium peremerat, quam una caede contentum fore, qua quidem una in re jure potes gloriari, quod tyrannum vehementer fefelleris. Virum esse putabat, qui hoc facinus peregisset. Credebat esse talem, quales audierat esse solere tyrannos, qui magno suæ vitæ contemptu, tyranni caput impeterent: qui non adorirentur facinus, nisi ratione probe perspecta, qua possent perficere. Hanc suspicionem Pan ille, aut si quis alius est Deus, novis terriculis exagitabat. Arbitrabatur instare sibi carnificem, sensit adesse necessitatem illam fatalem, quam nemini nocentium vitare licuit. Itaque quod hujus urbis pietati, quod deorum bonitati debetur, cur tu id phaleratis dictis in te transferre conaris? Ubi discrimen erat subeundum, ibi fugitabas: nunc ubi res praeter spem pulchre cecidit, tutumque putas, fortunæ laudem in te derivas. Sed finge diversum exitum fuisse consequutum, pone tyrannum ira percitum, passim cives ad exquisita supplicia rapere, proscribere, jugulare, in exilium agere, possessionibus exuere. Quid hic dices? Non sines, opinor, eorum malorum causam in te tanquam in authorem referri, & fortunæ argumento culpam deprecaberis. Negabis tibi imputandum esse, si quid fortuito praeter propositum evenerit. At nunc nonne injurium est, quod boni, fortunæ commoditate, praeter spem evenit, id totum in te velut authorem velle traducere? Etenim te nihil expectasse minus, quam id quod evenit, vel ipsa res clamitat. Si hoc animo conscendisses arcem, ut filium, non patrem occideres, credi poterat te talem quandam spem animo concepisse: nunc casu nescio an metu potius in juvenem incidisti, & tum denique divina ista mens & futurorum praesaga, sed quæ non nisi post eventum sua prodat oracula, te corripuit. Quum esset fugiendum, ibi demum, Judices, in re tam tumultuosa, secum velut ociosus consultare coepit, utrum senem sua dextra dignum existimaret, ibi demum praevidere coepit, fore ut pater ipse sibi manus adferret. Et quo commentum tam impudens, Judices, efficiat paulo probabilius, quæ nec vidit, nec videre potuit, ea perinde describit, nimirum (ut jactat) poëta, quasi spectator astiterit, quid in mentem venerit tyranno, quid dixerit, quid fecerit, quomodo ferrum strinxerit. Ejusdem profecto impudentiæ fingere praesciisse se, quod esset eventu consequuturum, & quod non videris, id ita narrare, quasi videris. Quanto melius tuo commento, id est, fabulæ tuæ fides constitisset, si ita finxisses: te quum perempto juvene, stricto gladio ad senem ire destinasses, repente a tergo adfuisse Palladem illam Homericam, & jam euntem capillis revocasse te: vetuisse ne tam luculentum facinus senili caede obscurares, sese citra tuam operam curaturam, ut ille suapte manu, sed tuo gladio peremptus, gloriæ tuæ nihil tenebrarum offunderet, sed multum etiam adderet lucis: dehinc abditum te per rimam contemplatum, vel (quod est te dignius) repente Deam sepsisse te nebula, ut tyrannicæ necis tutus & otiosus spectator assisteres, nec prius illinc discessisse, quam negotium omne confectum vidisses. Haec si confinxisses, paulo minus malum poëtam te praestitisses? Sed ocium, opinor, non suppetebat ad omnes fabulæ parteis commode tractandas, videlicet lucri cupiditate te protinus ad praemium postulandum rapiente. Nunc vel ipsa te prodit inconstantia, figmentique coarguit. In arcem ascendisti, quo tyrannum occideres, neque tum praevidebas, quod sole ipso clarius videri vis. In medio negotio subito, nescio quis Deus, oculos tibi restituit, ut videres futurum id quod accidit. Porro si veris fidem facere voluisses, narrare debueras, quemadmodum nocturnus explorator furtim arcem conscenderis, in aedes clanculum irrepseris, forte fortuna obvio nemine, non dicam ut tolleres aliquid, sed ut experireris, si quod tuto facinus posses designare: haec molienti commodum faviisse fortunam: itaque quum adolescentem solum atque incustoditum offendisses (ut est ea nimirum aetas securior, periculique minus cogitans: praeterea diuturna tyrannis jam magnam metus partem exuerat) tum haud scio (ut mores illius erant) multo vino sepultum, atque immodica libidine defessum, fortiter jugulasse scilicet, & somnum illi cum morte, id est, germanum (ut ait Homerus) cum germano conjunxisse: deinde ubi jam cardines procul stridere coepissent, exaudito videlicet morientis gemitu, ibi te metu exanimatum ita fugisse, ut non vacarit gladium è vulnere tollere, quem nec parricidæ, nec sicarii solent relinquere, ne deprehendantur. Interea domi latitasse te, jamdudum de fuga cogitantem, & longinquas aliquas, semotasque mundi latebras animo circumspectantem, in quibus abditus posses irritati patris saevitiam fallere. Jamque te ad spontaneum exilium accincto, repente in vulgus exisse famam, liberam esse civitatem, tyrannum una cum filio jugulatum, reliquos metu fugisse, authorem ignorari facinoris. Ibi repente ad novam tuæ fabulæ catastrophen immutasse te animum, & qui prius de salute fueras sollicitus, protinus ad praemii spem arrectum fuisse, lucrique aviditate, priusquam ti-

tibi satis esset excogitata ratio, qua totam hujus inopinati eventus laudem in te traduceres, profiliisse in medium: id quod vidimus, clamitasse tuum illum esse ensem, tuum facinus, non unum praemium tuæ virtuti fore satis. Haec nemo non credidisset, sunt enim rerum naturæ consentanea, usu comprobata, omnium opinione recepta. At tu dum sedulo quidem, sed tamen parum ex arte, tuam nobis praescientiam niteris persuadere, quam multa commiscris, non dicam tota facie a vero distantia, verumetiam cum sensu communi, cum more, cum natura penitus pugnantia? Primum tyrannum tam materne filium adamasse, ut sine eo vivere noluerit: sic ob unius mortem metu fuisse consternatum, ut in vita manere non sit ausus: sic illi toto pectore fisum, ut ipse nullas circum se custodias haberet: adeo fracti animi fuisse, ut tam chari pignoris truculenta caede non potuerit ad ultionem inflammari, tam invalidum, ut tua dextra fuerit indignus, tam inermem, ut ni tu illi gladium reliquisses tuum, defuturum fuisset, quo se jugularet. Non vides quam non competat tam insignis in tyrannum pietas, tam secura in eam aetatem fiducia, tantus metus in hominem, excepto filio, reliquis omnibus praesidiis munitum, tanta consternatio in hominem tot periculis exercitatissimum, tanta imbecillitas in iratum? Quid igitur erat, cur tu senem illum tantopere contempseris, ut indignum habueris, qui tua ista magnifica dextera jugularetur? Tune indignum judicabas quem occideres, quum eum Resp. non putarit indignum quem formidaret, quem maximo suo cum dolore ferret. Non talem illum, Judices, non talem sensimus, ut cuiquam contemnendus videri debuerit. Neque tu eum unquam contempsisti, nisi forte contemnere est, misere formidare. Sciebas arcem armis refertam, sciebas supersesse satellites, quorum vel unus (si seni vires deerant) sufficiebat jugulando tibi. Non ignorabas (id quod nemo nostrum nescit) quantum virium illi partim exercitatio, partim ingenii feritas etiam in illa senecta reliquerat. Tum non te fugiebat, frigidum illud senium iic interdum acri dolore inflammari, ut juvenibus etiam validissimis saepenumero fuerit intolerandum, si quando solitum illud robur quod aetatis gelu velut obtorpuerat, magno aliquo animi motu recanduit. Quis autem tam invalidus est, ut non illi pudor, ira, dolor ingens vires suppeditet? Hoc erat videlicet cur tu filium quam patrem malueris occidere, quod illum inopinantem, inermem, dormientem fortuna objecit. Cum hoc pugnandum erat, armato, vallato, irato denique. Hoc erat cur gladium relinqueres, ratus ne tantisper quidem morari tutum, dum reciperes, metuens videlicet ne tantillum sarcinæ te redderet in fuga tardiorem. Reliquisti invitus, quo tyranno prodi posses: sed prodi maluisti quam deprehendi. Neque ego nunc formidinem tuam accuso, imo miror magis quod pedibus consistere, quod fugere potueris, quum audires moveri tyrannicam familiam, stridere arma: intelligeres tibi non cum puero, sed cum vigilantibus viris, accinctis, armatis, sobriis, irritatis, denique cum rabioso patre dimicandum esse: non quod illum usque adeo filii mors commoveret, sed quod arbitraretur, & haud scio an vere se petitum fuisse, dexteram tuam errasse tantum in filio. I nunc & spera, non dicam hos Judices, viros omnium perspicientissimos, sed vel è media plebe quenquam esse tam mucosis naribus, cui non suboleat, imo qui non plane odoretur, praesentiatque totam hanc fabulam abs te confictam. Et quod poëtæ solent, quum haerent in explicando tragoediæ argumento, hanc veluti Deam divinationem arte quadam induxisti, quo praesensionem tuam judicibus probares, sine qua videbas praemium obtineri non posse. Sed occasionem, inquit, ministravi paternæ mortis, qui gladium quo se ferret reliquerim: atque id solum non modo satis esse putat ad petendum praemium, verum etiam meritum esse, ut ipse ensis inter arma deorum consecretur, Dominus pro Deo praesenti colatur. O hominem suavem, si has spes vere concepit: impudentem, si, quum non speret, postulat. Ita ne tyranno gladius erat defuturus, nisi tuum illum reliquisses? Tu in arcem arma, hoc est, in sylvam ligna portanda putasti? Nisi forte tuum illud ferrum magicis precaminibus erat imbutum, ut ultro ad mortis adegerit necessitatem: an vero nihil referre putas, quam praebeas occasionem, quomodo, quo animo? Primum, gladium reliquisti, quo nihil minus deest Tyranno: nunquam ferrum abest, non in cubili, non in triclinio, non in sacris: reliquisti metu trepidus. Tua quidem in re illud interim demiror, qua fronte eum gladium tuum ausis appellare, quem habueris pro derelicto. Metu, inquam, exanimatus reliquisti, quem postea receptum optabas: reliquisti rem ancipitem. Quid si tyrannus illum eundem ensem in civium jugulos distrinxisset? Quid si eodem lectos aliquot ex hujus urbis juventute adolescentes filio suo inferias mactasset? Si tyrannum occidisti, quia tuo occisus est gladio, & horum omnium indigna caedes ad te pertinebit: quippe cujus ense peracta est. Id si non evenit, nihil ad te pertinet, nam anceps occasio quam in partem cadat, id Diis in manu est: si bene verterit, nihil gratiæ debetur ei qui dedit imprudens: sin male, temeritas imputatur. Neque enim culpa vacat, qui periculosam ministrat occasionem: quæ si feliciter, mirentur omnes: si infeliciter, merito accidisse dicant. At quanto probabilius erat, futurum ut tyrannus tuo ense alios in usus abuteretur. Scio me, judices, haec pluribus refellere verbis, quam necesse videatur, quippe tam frivola: verum id propositum est, nullum illius argumentum non excussum, non exagitatum, non revictum praetermittere. Quare quaeso ne pigeat ita ut antehac feciſtis, patienter atque attente cognoscere, dum hunc ab gradu firmissimo dejicio; hic sibi vehementer fidebat, hunc acriter urgebat locum. Negabat vitari posse, quin praemium deberetur, quod patri necis causam ministrasset, si non relicto gladio (nam hoc opinor argumentum jam habet pro derelicto) certe necato filio. Nam ita in legibus dissertum ajebat, nihil interesse utrum manu sua quis occidat, an mortis causam praebeat. Addebat, aequum esse, ut cum in maleficiis causam datam imputarent leges ad supplicium, multo magis idem ob-

ses:

ſervarent in benefactis ad praemium. Haec ajebat meminiſſe ſe in legibus eſſe diſputata, illud addens Thraſonicum, niſi ſibi diuturna ſervitus legum memoriam obliteraſſet. Non tu legum oblitus propter diutinam deſuetudinem, ſed nunquam quid ſibi velint leges inquiliſſe videris. Bis enim hic erras, qui neque cauſæ datæ rationem, neque dantis animum diſcernas, id quod legibus traditum eſt, nec animadvertis longe diverſam eſſe rationem maleficii & beneficii imputandi. Quid ais, nove juris interpres? Itane ſatis eſſe judicas vel ad poenam, vel ad praemium, qualemcunque quomodocunque cauſam dediſſe? Nihil igitur refert, Hector an Ajacem occiderit manu, an gladium illum dederit, quo ſe poſtea confodit? Atqui hanc laudem nunquam ille ſibi vendicaſſet: tametſi probabile videri poterat, in eum uſum hoſti ab hoſte datum fuiſſe ferrum. Quin ergo fabros aerarios omnes vel ad poenam vocamus, vel ad praemium, quoties armis in eorum officina perfectis, aut jugulantur cives, aut ſervantur? Poſtremo cur hoc quod tu petis praemium, non enſis iſtius tui opifex petit potius? Tyrannus gladium erat habiturus, te non porrigente: tu porrigere non poteras, niſi hujus induſtria tibi miniſtraſſet. Age ſi telo inter venandum temere miſſo, forte tyrannum vicinum interfeciſſes, clamares tibi tyrannicidæ deberi praemium, an potius nihil tibi deberetur laudis, quod imprudens & inſcius jaculum torſiſſes? Imo in jus potius vocandus eſſes, qui miſſi teli temeritate civem (quod in te fuit) occideris: nam quod in tyrannum incidit, id nihil ad te. Quid ſi caupo vinum lene ac ſuave, quale Polyphemo dedit Ulyſſes, tyranno vendidiſſes, atque ille ejus dulcedine captus, avidius ſeſe ingurgitaſſet, eaque re concepta febri deceſſiſſet, auderes ne caupo, vini titulo tyrannicidæ praemium flagitare? At quis non te cum tua flagitatione, ut temulentum, vinoque madidum exploderet? Caeterum quanto frigidiore titulo nunc idem poſtulas? Utcunque conjecturis praecipi poterat: ut aetas vinoſa tam illicibili vino avidius, intemperantiusque frueretur, crapulam conſequeretur morbus, praeſertim in ſene: morbum mors, vulgo haec eveniunt. Tu eam tyranno mortis cauſam dediſti, cujus nullum extat in hominum memoria exemplum. Quis enim antehac ob filii necem ſibi manus intulit? Accedam propius. Finge te tyranni coquum eſſe: probe callere palatum domini, medicos interdicere cibum, quo tamen illi oppido quam lubens veſcatur: interminari morbum capitalem, ni temperet: id te non fugere, eum cibum tu arte tua, cupediisque & condimentis magis ac magis illecebroſum reddis, conſequitur edentem morbus, quem praedixerant medici: emoritur tyrannus, liberatur civitas. Hiccine coquus è culina in forum proſiliens, & adhuc jure madens, fuligine niger, tyrannicidæ praemium poſtulabis? Mortarium, tonſillum, & ollas oſtentabis, arma ſcilicet quibus tyrannidem expugnaris? Non eris (opinor) tam impudens in ea cauſa, qua tamen iſta tua multo eſt abſurdior. Nam illi voluntas occidendi non defuit, probabilem praebuit cauſam. Tu nec in hoc jugulaſti filium, quo pater ultro vitam relinqueret, & cauſam dediſti, ad quidvis potius quam ad iſtud idoneam. Accipe exemplum tuo ſimilius, quam ovum ſit ovo (quod ajunt) ſimile. Quid ſi tyranni amicam, quam ille miſere ac perdite deperiſſet, occidiſſes: eaque cognita re tyrannus ſibi vitam abrumperet, auderes ad praemium aſpirare? Auderes dicere, te certum praeſciſſe, fore ut tyrannus ſponte fugeret è vita? Certe quanquam plures amicas extinctas ſequuti ſunt, quam filios, nemo tamen tibi crederet, nemo tibi praemium decerneret, tuum factum periculoſum & anceps dicerent: omnes fortunæ gratias haberent, cujus commoditate res ea feliciter ceſſiſſet. Tibi abunde magnum praemium exiſtimarent, ſi commiſſi venia donatus diſcederes. Primum igitur diverſam imputandi maleficii, & adſcribendi beneficii rationem conveniet diſtinguere, deinde cauſſæ aequalitatem, poſtremo animum: atque ita demum liquebit, quid tibi lex debeat. Nam quod ajebas legem prolixiorem eſſe oportere ad reddendum praemium, quam ad infligendam poenam, id in privilegiis, quæ in exemplum non vocantur, fortaſſe locum habet: In jure communi longe ſecus eſt. Siquidem (uti ſuperius demonſtravimus) nulli nocenti lex non minatur poenam: paucis benefactis praemium oſtendit. Tum in maleficiis etiam conatum ſimplicem ſupplicio proſequitur: in benefactis ſemper exitum requirit. Nec mirum, nec iniquum, ſi lex eſt diligentior in eo negotio, ad quod unum eſt nata atque inſtituta, quam in eo, in quo temporis ratione tanquam alienas ſibi ſumit partes. Ergo in utroque communiter ſpectat, ut cauſa ſit idonea: deinde ut animus adſit, non tantum caſus. Hoc rurſum intereſt, quod in benefactis nec cauſa idonea, nec animus idoneus ſatisfacit legi, niſi his acceſſerit eventus item idoneus. In malefactis, ſi quid nocendi animo tentes, non expenditur nec eventus, nec cauſa: ſed ex animo factum tuum lex metitur. Sic enim judicat, tibi nihil ad ſcelus defuiſſe praeter fortunam: qua te ſublevari, quod tandem jus ſit? In eventu ſimul & cauſam datam, & animum expendit. Si animum vitioſum comperit, nihil moratur cauſam, quam ſit idonea, putat animum & eventum ad poenam commerendam ſufficere. Sin animo ſimplici data eſt cauſa mali idonea, & non conſequitur eventus: lex quaſi connivet ad id, & non putat ad ſuam cognitionem magnopere pertinere. Sin eventus eſt conſequutus, etiam ſi de animi vitio doceri non poteſt, tamen temeritatis & negligentiæ nomine poenam irrogat: partim propter ſuſpectam dantis voluntatem, partim ut haec latebra peccantibus eripiatur, imprudens feci, diſcantque homines vel ſuo periculo cavere, quod alieno faciant periculo. Ergo qui prudens & ſciens certam atque evidentem noxæ cauſam dederit: eum perinde lex cenſet, quaſi facinus manu peregerit. Veluti ſi quis hoſtem opibus copiisque juverit, perinde eſt ac ſi ipſus arma contra ferat. Siquidem id ſuppeditavit, ſine quo bellum geri non poterat. Aut ſi quis inimicum ſuum per dolum navigio ſolutili imponendum curet, ut naufragio intereat, aut in conclave penſili teſtudine inducat, ut ruina opprimatur: aut juxta lectulum aegroti, loco pharmaci venenum ponat, fu-

turum ſperans ut eo hauſto pereat, tametſi non bibit aegrotus, tamen veneficii poſtulari poteſt qui poſuit, propter vicioſam animi voluntatem. Nam vehementer erat probabile id eventurum, quod ille moliebatur. Huic ſi detrahas nocendi voluntatem, nihil illi cum lege rei futurum eſt. Si detracta nocendi voluntate, apponas eventum: *non effugiet temeritatis* crimen, niſi illum inculpata ignorantia abſolverit. Porro ſi in loco non ad id deſtinato, puta in via publica, aut in fundo alieno, arcu temet exerceas: lex tecum non agit, niſi ſi quem occideris, aut vulneraris, aut ſi cui damnum dederis. Caeterum quod facis, tuo facis periculo. Quod ſi quid horum conſequutum eſt, cum lege tibi res eſt. Neque tibi tua patrocinabitur imprudentia: quippe quae culpa temeritatis non vacet. Siquidem in te fuerat praecavere, quod probabiliter poterat praetimeri. Vides quanto diſcrimine diſſita ſint, inter quae tu nihil intereſſe dicebas. Primum non ſtatim imputatur ad praemium, quod ad poenam, idque non a malignitate legum latoris, ſed partim ex ipſa rei natura proficiſcitur; partim a legum officio. Deinde diſcernitur animus, cauſa data dijudicatur: ſpectatur eventus. Age nunc ſi libet, tuam cauſam, qua tuum facinus aeſtimari vis, expendamus. Finge te certam, inevitabilem mortis cauſam tyranno dediſſe, ſed imprudentem, nulla tibi ſit praemii petitio. Quis enim inſciens bene mereri dicitur? Fortibus viris praemia dantur, non fortunatis tantum. Nam evicimus jamdudum, opinor, ne poſthac affirmes te in hoc jugulaſſe filium, ut pater ſibi necem conſciſceret: quod eventurum ne vates quidem quisquam praeſcire poterat, tu nec ſuſpicari. Imo poſteaquam rem plenam diſcriminis, fortunae arbitrio commiſiſti, quia bene ſucceſſit, hoc nomine lex te non poſtulat: at *idem ſi male eveniſſet*, temeritatis poenas eras debiturus. Neque enim tibi ſuccurreret inculpata ignorantia. Quid enim aeque formidandum erat, quam ne tyrannus, ſimulatque occiſo filio ſe peti inſidiis perſenſiſſet, omnia tyrannidis mala in nos conduplicaret? Jam ut de animo res tibi conſtet, cauſam dediſti non ſolum non idoneam, verumetiam periculoſiſſimam Reip. Vin' hoc tibi argumento evidentiſſimo demonſtrari? Finge te quempiam è civibus vitio occidiſſe: tum extincti patrem id facere, quod modo fecit tyrannus. Utrum tu duplici caedis crimine teneberis, an ſimplici: Simplici opinor. At uxor & mariti mortem imputabit, qui necato filio, ſeni cauſam mortis dederis: atque his ferme tuis argumentis utetur. Indulgentiſſime filium adamabat, in illum omnem familiae curam reclinaverat, illo ſe oblectabat atque haec de privato ſene cum fide dicet, quae tu de tyranno nimis dure (ne dicam ridicule) dicebas. Addet ea te ſciſſe, praevidiſſe futurum, ut ille vitam fugeret orbatus filio, in quo uno omnia vitae oblectamenta collocarat. Non tibi defuiſſe jugulandi ſenis voluntatem, ſed hoc tantum egiſſe, ut miſerabilius ſua dextra perimeretur, ut odium tuum plenius miſeri patris malis exſaturares. Ideo juvenem necaſſe, in hunc uſum gladium in vulnere reliquiſſe. Vides quanto ſint haec probabiliora in hoc, quam in tuo negotio: & tamen negabis paternam necem ad te pertinere, atque animi ſuſpicionem cauſae qualitate purgabis. Negabis cauſam idoneam fuiſſe, cur ille ſibimet manus adferret. Te nec praeſcire, nec timere potuiſſe id, quod ſit conſequutum: quod rarum extet exemplum patris, ob filii necem ſponte fugientis è vita. *Alioqui futurum fuiſſe*, ut & mater ſibi fatum accerſeret: quippe quam impotentius amare ſit conſentaneum, ac minus adverſum dolorem animi viribus valere. Haec non dubitares tibi profutura, ad alterum crimen depellendum, & prodeſſent dubio procul. Atqui quod in maleficiis valet, ne quid imputetur, id multo magis in hac cauſa valet, ne quid acceptum feratur. Ibi te liberaret à voluntatis ſuſpicione, quod cauſas parum idoneas dederis, hic ex cauſis multo minus idoneis propter perſonam tyranni, videri vis non modo quod evenit, fuiſſe ſuſpicatus, verumetiam certum praeſciſſe. Ibi temeritatis poſtulari non poteras, propterea quod tametſi vitio abs te data eſt cauſa, tamen idonea non ſit ad id quod evenit. Imo ipſi tota res imputabitur, & legibus poenas dabit, ſepultura prohibitus, quod civitati citra cauſam idoneam civem unum ademerit. Tibi non niſi unius filii mors imputabitur, etiam ſi mater quoque & filiae & ſororis, & tota tribus hujus necem fuerit imitata. Hic poterat, niſi feliciter eveniſſet: quippe ubi ſummum Reipublicae periculum & verteretur, & praetimeri probabiliter poſſet. Venio nunc ad quartum illud praeſidium, Judices, quod iſte tutiſſimum, ac pene inexpugnabile judicabat: unde ego illum ita deturbabo, ut non ſolum ſit non habiturus, quo tyrannicidii & hujus laudis arcem obtineat: verum vix etiam latebram inventurus, ubi temeritatis ac maleficii poenam effugiat, quo nimirum intelligat, quam non inimice, non curioſe (ut ajebat) ſecum agam: ut quum poſſim in crimen ac poenam vocare, ſat habeam ab honore non promerito ſecludere. Ait ſi tibi deberi praemium, vel hoc uno nomine, quod juvenem occiderit, jam plusquam tyrannum, tum tyrannidis paratum haeredem, etiam ſi hunc eventum Dii non dediſſent, ut ſenex ipſe vitam abrumperet. O deploratam impudentiam! Tu tibi praemium peteres, ſi tyrannum ſuae furiae non eſſent ultae? Di quidvis potius dederint, quam iſthuc quod tu fingis. Sed tamen fingamus interim oratione, quandoquidem id tuto licet: tametſi ad ſolam mentionem inhorreſcit animus. Tune, inquam, occiſo filio, relicto ſene vivo, tyrannicidae praemium peteres? An potius nec ipſe ſupereſſes, qui poſſis petere: nec eſſet Reſp. quae dare poſſet? Nam tu aut exquiſitis ſuppliciis exanimareris, aut in extremis Orcadis exul deliteſceres: nos pro tyranno jam immaniſſimum carnificem pateremur: & tuum caput, ubicunque terrarum latitares, diris imprecationibus devoveremus, qui nos tua incogitantia, vel praecipiti magis lucri cupiditate in tantam malorum tempeſtatem conjeciſſes. Sed re filius erat tyrannus (inquis) patri praeter inane nomen nihil erat reliquum. Quid ego audio? Duos igitur haec civitas tyrannos alebat? Nam de patre nemo unquam dubitavit, quin tyranni vocabulum mereretur, Quando autem antehac unquam fando

de auditum est, duos una in civitate sedisse tyrannos? Id quod magis etiam natura repudiat, quam eodem in corpore gemina capita. In iisdem alveariibus duo se reges pariter non ferunt. In armentis taurus tauro cedere cogitur. In iisdem lustris non convenit duobus inter se leonibus: & tyrannus (quo nullum animal efferacius) parem in eadem urbe patitur? Non vides necessario fieri, ut è duobus, aut alter alterum oppugnet, aut alter alteri cedat? Utrum tu fuisse mavis in patre, an in filio? Si juvenis adversus senem obtinebat tyrannidem, quid a Repub. praemium postulas? Tyranni partes adjuvisti, non Reipub. Sin patri cessit: quid tandem illum vocare potes, nisi tyranni vel praefectum, aut satellitem? Quandoquidem seniori tyrannicam appellationem ne tu quidem audes detrahere. Verum ut quoquo modo tyrannidem omnem in adolescentem oratione derivares, quam multa tu quidem non ex re, sed pro causae tuae commoditate comminiscebaris? Caeterum quam in his confingendis decori, quod in personis situm est, nullam habuisti rationem? Sic enim (ut memini) inducebas in fabulam senem jam aetate mitem, & qui omnem tyrannidis acerbitatem ob senectam exuisset: non secus atque mala, quae natura acerba, tempore mitescunt, & in alium abeunt succum. Porro juvenem ferocem, illo incolumi gerentem tyrannidem, jamque patri vivo succedentem. Privatus pater familias non fert filium se vivo successorem: & tu vis isthuc credi in tyranno? Ille non sinit ullum è liberis rem domesticam ex animi sui libidine moderari: & tyrannus sese veluti abdicans imperio, negocium omne in adolescentem rejecerat? Non dubito, quin & ipse videris, quam dura sint ista, & quam a communi sensu abhorrentia. Verum quid faceres, nisi tales personas induxisses, exitum invenire tragoedia tua non poterat? Quaeso te, an unquam auditum est Tyrannum aetate mitescere? Quando tu defines ea quae sunt privatorum, quae bonorum principum, tyrannis tribuere? Ut eodem igni cera molliscit, limus durescit: ita aetate plerique redduntur mitiores ac temperantiores, tyrannus magis exasperatur. Ut tempus nonnullis pomis amaritudinem adimit, ut vinis nonnullis acorem conciliat: itidem tyrannis non adimit saevitiam aetas, sed exaggerat. Vis ipsissimam tyrannici ingenii tibi demonstrem imaginem? Spinam cogita, quae quo magis senescit, eo pungit acrius. Echinos cogita, qui quo plus habent aetatis, hoc testa sunt asperiore. Vulgaribus ingeniis fortasse nonnulla vitia senecta vel detrahit, vel certe mitigat, etiam si plura irritat, nonnulla parit. At tyrannorum mentibus ad scelus, ad crudelitatem natis, scelere & immanitate imbutis atque educatis, praeter vitiorum omnium incrementum adferre senecta quid potest? Nisi forte libidinem adimit? Quanquam ista Tyrannidis quantula tandem est portio? Sed esto fuerit sane propter aetatem ad voluptates segnior, verum erat fastidiosior: unde fit, ut imbecillior fit ad coitum, ad raptum avidior. Fortasse pauciores huic execabantur ephebi, sed insigniores. Pauciores producebantur virgines, sed exquisitiores. Cur non autem & plures? Videlicet quo simile fastidium optione & varietate vinceret. Hoc ita esse, quot ego tibi testes citare possem, qui quo nobiliores sunt, quo fortuna praestantiores habent liberos, hoc magis eis a flagitiosissimi senis cupiditate metuebant. An tu putas una cum viribus senescere libidinem? Multo secus habet. Imo quantum aetas improborum hominum facultati detrahit, tantum adjicit cupiditati. Quanquam tyrannicum animum his in rebus non tam voluptatis usus capit, quam nostra delectat contumelia. Ut frigeat in sene tyranno Venus, certe fervet vigetque malitia, saevitia, nocendi libido. Postremo totum illud vitiorum agmen, quae propria tyrannorum sunt, cupiditas, rapacitas, improbitas, impudentia, impietas, iracundia, violentia, impotentia, suspicio, fraus, perfidia, crudelitas, implacabilitas, immanitas, perjurium. (Quid autem oportet omnia commemorare nobis omnibus heu nimium nota?) Horum inquam nullum non aetate fit acerbius, propterea quod juventa nonnunquam naturae bonitate vincitur: praeterea quaedam mala nondum didicit: at senecta, si quid pudoris, si quid humanitatis, si quid melioris ingenii a natura insitum est, id omne multo ac diuturno flagitiorum usu penitus exuit, & prorsum in immanissimam quandam feram abiit. Id ita evenisse, Judices, in execratissimo illo sene, quid ego coner argumentis docere, quum sua cuique memoria abunde satis exemplorum suppeditet? Quod si juvenis sese gerebat insolentius, videlicet patris abutens imperio: num tu hunc continuo tyranni nomine donabis? Ergo ex eadem tyrannide sexcentos tyrannos facile reddideris. Nam quis est omnino in tyranni familia, vel extremum mancipium, qui non ipso pene tyranno sit ferocior, violentior, sceleratior? Filius, inquis, emolumentis imperii potiebatur: patri praeter nomen nihil cessit. Quasi vero non sit isthuc omni tyrannidi commune. Longe minima fructuum pars, qui solent ex tyrannide capi, ad ipsum redire tyrannum. Quemadmodum in latrocinio fieri consuevit: praedae communiter in omnes distribuuntur, vel in eos potius quorum opera capiuntur. Alioqui non cohaerebit cohors illa scelerata: nisi dux ille, quisquis fuerit, plus etiam permittat suis, quam sibi ipsi. Solum nomen sibi proprie vendicat. Et in nullos est tyrannus indulgentior, quam in scelerum ministros: quippe quorum opera sentiat suum imperium contineri. Proinde sub unius umbra satelles omnis, omnis ministri, familiaris, leno, tyrannidem quandam in cives exercet. Ridicule fecero, si hoc quoque coner argumentatione probare, Judices. Vidimus, sensimus, experti sumus, nisi forte tam diutinae calamitatis memoriam tam pauculi dies obliteraverunt. Neque enim esset res usqueadeo misero tyrannis, si unius modo foret toleranda violentia. Quot ferendi latrones, quot sacrilegi, quot ex extrema barbarie advenae, feris quam hominibus similiores? Neque desunt, qui se simulent apud tyrannum sceleribus suis gratiam promeritos esse: quo nimirum hoc nomine metuantur a civibus. Horum igitur unumquemlibet tyrannum appellabis, & pro quolibet occiso tyrannicidae praemium petes? Non in tantum omnem exues pudorem, opinor. Sed pater aetate fessus, omnem dominatum

in filium transtulerat, quicquid tyrannicum in urbe gerebatur, id juvenis violentia committebatur. Sed iithuc quantum abfit ab imagine veri, quis tam caecus, ut non videat? Quis tam obliviosus, ut non possit experimento refellere? Ego tibi complures nominare satellites possum filio insolentiores. Ad haec, verisimillimum est nullius insolentiam minus approbasse senem quam filii, vel quod odit omnem tyrannidis affectatorem omnis tyrannus, vel quod intelligit ex illius facinoribus longe plus invidiae odiique sibi conflari (Callidissimi autem tyranni est, eatenus legitimum imitari regnum, quatenus obtineri tyrannis possit) vel quod pater etiam pessimus, tamen liberorum nonnihil offenditur vitiis, & ad crudelitatis ministeria alienis quam suis uti mavult. Quod si clam patre rapinas, raptus, atque id genus facinora designabat filius, profecto non tyrannum agebat, sed insolentem satellitem. Sin approbante patre, qualisque per illum exercente tyrannidem, utri tandem par erat imputari commissa, huic per quem gerebantur, an ei cujus authoritate arbitrioque fiebant? Non arbitror obscurum, quin huic cui in manu erat nutu ne fierent vetare. Quid autem non agunt per alios tyranni? Nam ipsi quidem neque pueros emasculant, neque virgines abripiunt, neque proscribunt, neque bona diripiunt, neque fana dispoliant, neque haereditatibus manum injiciunt, neque compilant aerarium, neque tormentis excruciant, neque quenquam jugulant, neque armis vicos expugnant: neque incendunt villas. Totum hunc tyrannicum ludum per ministros exercent. In unum tamen tyrannici nominis invidia competit, in unum occidendum lex praemium instituit, in unum stringendi ferri jus facit, illos suae cognitioni reservat. Quorum ut quisque sua opera tyranno profuit, ita aliud atque aliud vocabulum imponi potest, certe tyranni vocabulum nemini congruit, nisi uni illi, sub cujus veluti clypeo, tota illa pernicioſissimorum hominum colluvies latitat. Arbitror vobis, Judices, saepenumero auditum esse, id quod eleganter a doctissimis viris est scriptum, tyrannis non longas modo, verumetiam plurimas esse manus, plurimos oculos, eosque acerrimos, plurimas aures, easque longissimas. Omnino prodigiosum quoddam est animal tyrannus, multoque Titanibus illis Briareo & Encelado portentosius, centenis capitibus, centenis linguis, centenis manibus, pedibusque. Quot enim habet scelerum ministros, totidem habere membra videtur. Atque ut ex membris corpus, ita tyrannis ex hujusmodi constat ministris. Verum ut illud quod corpus appellatur, nihil est aliud, quam quiddam omnibus ex membris aggregatum, ita in tyramide unum quippiam est, quod neque pes sit, neque manus, neque ullum aliud membrum, contineat autem universa: at ita contineat, ut ab iis possit separari, idque tyrannus vocatur. Proinde exaggera quantumlibet juvenis insolentiam, violentiamque, praefectum arcis voces licebit, oculum nominet licebit, aut si mavis dextram: aut si ne id quidem satis, praecipuum tyranni caput dicas licebit: tyrannum certe vocare nequaquam potes. Unum enim illud portentum tyranni nomine censet, cujus authoritate tituloque cuncta haec membra velut animantur: idque unum forti civi permittit occidere. Non vult in te oculum aliquem involare, non jubet ut caput aliquod amputes, ne tale quiddam eveniat, quod de Lernaea hydra fabulantur poetae, ut pro uno capite resecto, duo pestilentiora subnascantur: pro uno excusso oculo, plures acriores succedant: pro una rescissa dextera, multae robustiores subpullulent: unius vitae te dominum arbitrumque constituit, qui sibi sit ausus tyranni vindicare nomen: quo subiato futurum sit ut membra reliqua quasi destituta spiritu, emoriantur, aut certe sanentur. At quid ego tecum jam accuratis argumentationibus ago? Possum illico tuis te verbis revincere, ac veluti tuo te laqueo capere. Juvenem paulo ante magnum patris satellitem nominabas. Non inficiabere. Rursum alio loco dicebas omnem tyrannidem occupasse filium: solius appellationis honorem cessisse. Qui convenit eundem & satellitem & tyrannum appellari? Tum si cessit, non igitur usurpavit tyranni nomen. Contractus autem verbis aut rati sunt, aut rescinduntur. Lex hac tecum formula contraxit, si quis tyrannum occiderit, praemium ferat. Quid tu mihi juvenis flagitia commemoras? Id te lex voluit occidere, quodcumque illud esset animal, quod tyrannus diceretur. Magnum (ut ipse fateris) satellitem occidisti, non tyrannum: quid tibi cum lege rei est? At rem, inquis, legis sequutus sum, non syllabas: eum interfeci, qui caput erat tyrannidis, paratus haeres paterni dominatus: libertatem peperi, servitutem sustuli: hoc lex sensit, hujus rei authori praemium praestituit. Satellitem, inquam, occidisti, nihil miror quantum, quam gravem, quam ferocem, quam scelestum: satellitem tantum occidisti tyrannidis, non caput: aut si caput, unum è pluribus. Sed haec omnia tibi ex animi sententia largimur: fuerit sane res tota tyrannidis filius: pater nihil nisi vocabulum quoddam inane tyranni: quemadmodum in fabulis habetur, Echo nympham nihil aliud quam meram quandam fuisse vocem sine corpore. Qui tibi licuit in re tanta a verbis legis discedere? Praesertim ita dilucidis, ut perspicuum magis nihil esse possit, & commentitiam interpretationem domi tuae natam in judicium adferre? Ego, Judices, nullum in Remp. exemplum perniciosius induci posse judico, quam si consuescant homines calumniosi a praescripto legum recedere: & interpretamento, quod ad practexendum facinus quisque suum maxime idoneum comminisci queat, id Judicibus objicere. Quis autem unquam meminit de legis sententia quaeri solere, nisi quum in scripto quiddam apparet ambigue obscureve dictum: aut quum ex verbis & eventu absurditas quaepiam extitit, eaque manifesta? In priore non cujusvis commentum, sed juris prudentium responsa, sed Judicum sententia recipi solet. In hoc posteriore necessitas ipsa compellit aliquantisper a legis vocibus deflectere: & aequitatem juris potius, quam verba spectare. Duplex itaque periculum videtis, Judices: alterum ne superstitiosa cavillatione literarum legis ab eo quod lex spectavit abducamur: alterum ne passim a praescripto discedendo, leges omneis & judicio-

rum

rum religionem ſubvertamus. Quorum illud quidem multo levius eſt : propterea quod vix unquam accidat, ut legiſlator obſcure quid voluerit, explicuerit: aut abſurdum quiddam exoriatur. Hoc multo periculoſiſſimum, perniciosiſſimumque. Etenim quæ tandem lex futura eſt, quam verſutus calumniator, quo poenam effugiat, non facile poſſit aliquo commento ſubvertere? Neque quisquam non elabetur è judicio veſtro nocens, niſi qui ſit usque adeo nullius ingenii, ut ne frivolam quidem aliquam commentatiunculam queat invenire. Atque ut cuique commodum erit, aut animi libido feret : ita pro ſene juvenem, pro tyranno ſatellitem, pro homicidio tyrannicidium : & paſſim aliud pro alio interpretabitur. Veſtra interim, Judices, religio, veſtrum jusjurandum, qua tandem ratione ſervabitur? quibus nihil futurum eſt certi, quod in cognoſcendo ſequamini : verum ambiguas diverſasque litigatorum conjecturas ſpectare neceſſum erit? Ergo quum in omni cauſa maximopere cavendum eſt, ne ſine graviſſima ratione a legis praeſcripto diſcedatur : tum in hac non periculoſum modo, verum etiam abſurdiſſimum : quum legis verbis nihil poſſit eſſe dilucidius: ſententia nihil aequius : interpretamento quod praeter legis mentem inducitur, nihil peſtilentius. An credimus legis hujus autorem usque adeo infantem, & verborum inopem fuiſſe, ut dicere non potuerit: qui quovis modo Tyrannidem ſuſtulerit, huic praemium eſt, ſi modo iſtuc ſenſiſſet? Neque vero fugit illum, totam tyrannidem per ſatellites & praefectos exerceri ſolere, permultosque in his eſſe vel Tyrannis ipſis ſceleratiores: atque, ut ita dixerim, Tyrannicos magis, & omnino ſupplicio digniores : niſi & omnium omnia miniſtrorum ſcelera Tyranno imputarentur. In unum tamen illum, qui hoc nomine cenſetur, ſibi ferro graſſandi facultas data eſt. In reliquos non tibi permittitur idem : non quod illos vita dignos judicet lex, ſed quod unius caede totam tyrannidem tolli velit, non multorum caede reddi duriorem. Tuum erat legi ſimpliciter parere : neque ejus verba quaſi plumbeam quandam regulam ad tuum facinus accommodare, verum ad illius praeſcriptum factorum tuorum rationem inſtituere. Praeſertim in hoc exemplo, quo non aliud poteſt admitti peſtilentius, ut ex legis arbitraria interpretatione, quem velis, interficiendi tibi pro tua libidine licentiam ſumas. Non illud hic ſpectandum, judices, quam inviſus Reip. ſit, qui occiſus eſt, quam majore etiam ſupplicio dignus : verum id etſam atque etiam perpendere oportet, exemplum praeter leges jugulandi hominis, ſemel in civitatem receptum, ſemel veſtris ſententiis approbatum, denique praemio compenſatum, quo tandem licentiæ ſit proceſſurum. Quod iſte ſibi in tyranni filium licere voluit, hoc alius ſibi volet in ditiſſimum quemque civium licere : Quisquis pauper a locuplete contumelia afficietur, protinus tyrannum eum appellabit, & veneno aut ferro adorietur. Poſtremo ſi cui magiſtratus non placebit, ſi cui judex erit inviſus, non dubitabit è medio tollere. Porro ad facinoris defenſionem, Sophiſtam quempiam aut ſycophantam conſulet (ſi ipſe ingenio ſtupidiore fuerit) & novam legis interpretationem vobis adducet : dicet nil aliud ſenſiſſe legiſlatorem, quam ut hujusmodi civium genus non nomine, ſed re tyrannidem agentium, ferro, igni, veneno tollatur è medio. Atque ita brevi futurum eſt, ut quod in uno factum ſemel & probavimus, & gaviſi ſumus : id in multis ſaepius & doleamus, & improbemus. Credite mihi, non mediocre diſcrimen neque convenienter accipiendum, ut titulo reperto, privatus hominem indemnatum interficiat. Id ita eſſe facile liquebit, ſiquidem animadvertimus, nihil omnium eſſe, quod lex parcius circumſpectiusque permiſerit. Etenim (ſi memini) tribus duntaxat temporibus lex indulſit, ut quis citra judicium hominem occidat. Primum adulterum, ſed in uxore deprehenſum : id quod intemperanti & inſuperabili mariti dolori donatum eſt. At ita, ſi corpus utrumque pariter interimat, ſi argumentis idoneis deprehenſum fuiſſe doceat. Deinde in vi depellenda. At ita ſi demonſtres te mortem effugere nequiiſſe, niſi mortem intuliſſes : id lex ita interpretatur, quaſi ſeſe tueri potius ſit iſtuc, quam alium occidere. Uterque tamen facti ſui rationem reddere compellitur, ſtatim ſeſe prodere, nec expectare donec in jus trahatur : atque (ut ita dicam) ultro ſemet reum facere cogitur. Quod ſi omnia conſtabunt argumenta : ita demum a lege dimittitur, ut venia, non laude dignus eſſe videatur. Poſtremo in tyrannicidio : ubi propter periculi ſuſcepti magnitudinem lex praemium quoque proponit : at ita, ſi eum quem tibi lex iſto velut inſigni tyrannici nominis denotavit, fortiter occideris : non ſi ſceleſtum alio ſcelere ſuſtuleris: neque patietur te jus occidendi permiſſum, latius quam ad unicum tyranni caput trahere, niſi ſi quis obſiſtat, ut per illius necem tibi neceſſe ſit ad illum penetrare. Jamque hoc factum tuum ſecunda illa ratione defenditur. Huic tertio generi fortaſſe proxima videatur hoſtem in bello feriendi facultas: quam tuæ tamen libidini lex non permiſit. Niſi palam hoſtis ſit declaratus, niſi in Imperatoris verba juraris, niſi ille aciem eduxerit, niſi ſigna canere juſſerit, tibi fraudi futurum eſt, hoſtem interfeciſſe. Tu dicturus es : Hoſtem occidi, nam plus quam hoſtilia faciebat, nomen hoſtis tantum aberat, re hoſtem agebat. Lex reſpondebit, ſuarum partium fuiſſe, hoſtem declarare, ac tuo fortaſſe ſcelere fruetur : verum ne ſerpat exemplum, poenas de te ſumet. Quid autem aliud abs te factum eſt? Unum tibi lex nominatim deſignaverat : tu illius vocabulum tuapte authoritate in alium transfers, quod niſi in unum non poteſt competere : neque traduci debet abeo cui lex attribuerit, ne tibi fas ſit aliquando quem voles magiſtratum, quem voles, Judicem, quem voles civem, tyrannum appellare. Neque vero ſine graviſſimis cauſis lex tot vinculis aſtrinxit hanc invitam alterius licentiam. Perpendit nihil majus eripi cuipiam poſſe, quam vitam : vidit in extinctum facile varias cauſas confingi etiam impune poſſe, quandoquidem ille non ſit refutaturus, qui jacet. Videt quam multis titulis ſuum quisque dolorem poſſet praetexere, ſi poſt occiſum hominem ulla cauſa recipiatur, praeter eas quæ legibus ſint expreſſæ. Quid quod gravatim ſibi quoque lex permiſiſſe videtur,

tur, ut homini vitam eripiat? Quam comperta, quam multa requirit argumenta, quam multa concedit reo, quam maligne agit cum actore, quem non nisi suo periculo vult accusare: quantum spatii largitur ei qui defertur: quam liberam Judicum rejectionem. Quantum igitur a mente legis abesse putes, ut cuilibet permittat, vel pro suo privato dolore, vel domestica juris interpretatione, hoc est, subvertione in cujusquam vitam grassari? Neque ad rem pertinet, quantum criminum acervum exaggeres, quantumvis etiam verorum, addo notorum: dicas parricidam, sacrilegum, incestum, proditorem, peculatorem, veneficum interfeci. Tyrannum lex jubet occidi. Atqui hic unus multis tyrannis erat sceleratior, pestilentiorque civitati. Ad ista tam multa crimina lex tibi verbo respondebit: nihil moror quam fuerit scelerosus, qui periit? In unum tyrannum tibi jus feceram occidendi, in reliquos in jus trahendi. Si detulisses: auditus, revictus, damnatus a me palam poenas dedisset, omnique Reip. salubri exemplo tulisses. Nunc tu privata hoidine interficiens, pro saluberrimo exemplo perniciosissimum in civitatem induxisti, & legum instaurationem a legis violatione auspicaris: hoc est, malis malo mederi studes. An me clam esse putas: quam multi sint in hac turba vita indigni, morte dignissimi? At eos meae cognitioni, non tuis manibus servo: sunt fora, sunt tribunalia, sunt Judices, sunt carceres, secures, carnifices. Cur tu mihi praeire conaris? Cur nullo mandante magistratum occupas? Et dum Tyrannicida videri vis, tyrannum imitaris? Nam quo alio nomine tantopere mihi est invisus ille, nisi quod mihi parere recusat, & praeire conatur? Ei demum ferrum tractare licebit, cujus manibus ego permisero. Si juvenem occidisses, quod non alia patuisset ad tyrannum via, darem veniam necessitati: nunc occidisti, non obsistentem, non auxilium ferentem patri, sed patris opem implorantem. Hujus unius caede contentus discessisti, tyrannum nec impetisti, in quem unum tibi jus feceram. Meum erat expendere, utrum ex usu Reipub. fuerit, an juvenis occideretur: malueram illum exquisitioribus excruciatum suppliciis, exemplum omnibus edere. Neque haec dico, Judices, quasi parum gaudeam pariter cum patre sublatum filium: utinam eadem opera simul omnes sint oppressi, quibuscumque tyrannus placet. Sed quis prohibet, simul & gaudere, quod deorum bonitas nobis hanc rem bene verterit, & tamen non committere, ut hujus temeritas, si judicio comprobetur, in legem atque in exemplum trahatur? Nec de juvenis injuria vindicanda nunc agitur, sed de legis violatae majestate. Non enim par est, ut cuiquam personae praeter jus extincti odium in scelere suffragetur. Neque tam spectandum in quem commissum sit facinus, quam quo exemplo commissum. Alioqui cur non eadem opera fas sit in tyranni nepotes, pallacas, pueros, uxores, liberos, lenones grassari? Bonam tyrannidis partem uxor saepenumero suggerit. Ad summam immanitatem nonnunquam libertus aliquis, aut vernula instigat: cur non & hos jugulas, si tibi jus est aestimatione privata meritorum civem jugulare? Quid quod est aliquid tyranno nocentius, in quod tamen haudquaquam tibi jus sit occidendi? Finge esse qui totam hanc urbem, templa, domos, curiam conatus sit incendere, imo qui jam compluribus locis ignem subjecerit, sed incendium subito exorto imbri restinctum: authorem non obscurum, verum abditum latitare. Eum forte fortuna repertum, manu tua trucidas. Num lex tuum factum approbabit? Non opinor. Atqui tyranno ille quanto erat nocentior? Tanto nimirum, quanto est atrocius civitatem semel funditus evertere, quam expilare: cives universos uno igni finire, quam in pauca quaedam saevire capita. Et tamen in unum tyrannum stringendi ferri potestas privatim permittitur. Illum deferendi modo jus habes. Hic in re tam aperta legis mentem calumniari, & novo interpretamento tuum facinus palliare, quid tandem aliud est, quam legum authoritatem evertere, atque id per cuniculos quosdam agere, quod tyrannus palam ac vi facere consuevit? In recipienda lege fas est populo causam aequitatemque legis excutere. Caeterum receptae, & longo jam usu comprobatae, simpliciter oportet obtemperare. Neque enim existimandum est majores illos nostros, viros sine controversia sapientissimos, ita sine gravissimis rationibus instituisse, ut privatim interficiendi Tyranni facultas unico capite finiretur. Primum ad jugulandi licentiam fenestram aperiendam civibus non putaverunt: deinde perspiciebant, tyrannidem fatale quoddam esse Reip. malum, quod minore nota tolleraretur, quam male exagitaretur: neque *posse semel* tolli, nisi ipsius caede. Quo submoto, videlicet qui legibus imperabat, non parebat, jam nihil opus esse privata audacia, nimirum illis in reip. administrationem vindicatis. Quod si tyrannus in jus vocari potuisset, ne hunc quidem tuae dextrae arbitrio permisisset. Videbant & illud: tyrannidem nonnullam habere monarchiae legitimae speciem: hoc tantum interesse, quod in monarchia populus regi paret, rex legibus: in tyrannide omnia unius libidini subjecta sunt. Rex publicam spectat utilitatem, tyrannus privatim suam: unde publicitus expedit, ut tyranno veluti principi legitimo civitas pareat, donec idoneus aliquis vindex extiterit, qui legum authoritatem in pristinum statuam restituat, atque id unius (si fieri potest) capitis jactura. Nam hac moderatione in fatalibus illis pestibus, quae totum Reip. quasi corpus corripiunt, legum prudentia consuevit uti: ut exemplo magis, quam admissi talione, morbo medeatur: ne dum civitatem sanare studet, magnam civitatis partem interimat. Hinc est quod in seditionibus publicis non nisi in ipsos authores consuevit animadverti, reliquis quos tempestas illa commoverat, dari venia: aut vix etiam dari venia, qui in publico Reip. tumultu quietem egissent. Quae potest autem pestis esse fatalior, quam tyrannis? Quae sese latius in civitatis membra diffundit? Quota quaeque urbis pars ab hoc vitio syncera potest esse? Omitto jam quicquid est ambitiosorum, aere alieno obstrictorum, scelere contaminatorum, barbarorum (nam haec tota sentina hominum tyrannide gaudet. ut in qua nullis majora, quam scelleratis sint praemia) bonos etiam cives haec malum involvit, dum vel timent fortunis suis, vel

vel rectum judicant servire tempori. In hoc itaque rerum statu leges non extinctæ, sed oppressæ modo, cautim & circumspicienter agunt: intelligunt hoc ulcus citra summam civitatis perniciem exasperari non posse, unius capitis dispendio commode sanari posse. Quare docto cuipiam medico praemium ostendunt, digito demonstrant, quod membrum secari velint, quibus abstineri. Caput indicarunt illæ, tu dextram secuisti. Illæ tyrannum, tu tyranni satellitem occidisti. Quo praemio dignus? Nempe eo quo qui morbo inscite exagitato, totum hominem in extremum vitæ discrimen adducat, quo qui hominem legibus vetantibus occidat. Neque ego nunc te caedis reum ago, aget alius fortassis, cuicumque lubitum erit: verum illud modo consilium fuit, ostendere tibi quam insignitæ sit impudentiæ, in ea causa tam eximiam tibi vendicare laudem, tam egregia poscere praemia, in qua nequeas obtinere, si modo tecum exactius ac severius agatur, ut graveis poenas effugias. I nunc & curiosum me voca: qui tam candide, tamque civiliter tecum agam: ut quum te possim in grave discrimen vocare, fat habeam legis & Reipub. causam defendere, ne circumventa praemium dare cogatur ei, qui nihil boni sit promeritus. Id quod non judicibus modo (quibus istuc jam dudum liquere puto) verum tibi etiam ipsi cupio persuadere: & facturum me confido, si modo tantisper animum possis attendere. Vin' igitur, ut quemadmodum tu faciebas, itidem & nos summatim totam causam ob oculos revocemus? Dispiciamusque quam multa tuo in facto desiderentur ad id, ut legi satisfeceris: & quantum tu sis hallucinatus, quum multa diceres etiam superesse? Tria quaedam requirit lex, & ita requirit, ut si quodlibet horum desit, aut poenam te, aut certe nihil gratiæ debere se credat. Quorum ego non unum aliquod, sed *unumquodque* deesse docebo. Quod si facio, utrum æquo animo cedes praemio, an impudenter petere perstes? Ergo rem accipe. Nisi tria haec tibi constiterint, non est quod tyrannicidæ praemium petas: Animus, via, & effectus. Animus duo quaedam complectitur, vel quid speraris, vel quid proposueris. Nam si tyrannum per imprudentiam occidisses, si praeter propositum, non magis profecto praemium tibi debetur, quam si quis tyranno amicissimus idem fecisset, nam idem potuit accidere. Tu porro quid propositi in arcem attuleris, ipse videris: ita demum legi persuasum erit, te voluisse occidere tyrannum, si occideris. Non occidisti, atque id etiam quum tibi in manu fuerit (ut ais) si libuisset interficere. Lex negat sua referre, utrum tyrannicidii propositum in arcem non attuleris, an allatum repente mutaris. Jam quid speraris, excutiamus. Quamquam istuc leges non ita valde curiose perscrutantur: sed tamen in tam absoluto facinore partes omneis constare oportet. Quid enim si tyrannum interfecisses, quo tyrannidem ipse occupares, utrum praemium sperares? an supplicium metueres? Quid si quo privatum animi tui dolorem ulciscereris, tyrannum occidisses, atque id esset palam, num praemium audires poscere? Quid, si latrones tyrannum forte fortuna obvium obtruncassent, num ad hunc honorem aspirarent? Quid si quis tyranno privatim infensus, magna te pecunia conduxisset, quo ei tyranno venenum dares, dedissesque, num quaeso, tyrannicidæ praemium postulares? Ego hic tecum non ago conjecturis: nihil dico in vitam tuam, quæ quidem obscurior est, quam ut tu, alioqui tam gloriosus, quicquam de ea ausus fueris dicere: illud unum affirmare non dubitem, qui tyrannum, quum tuto licuerit, non occidit, plane noluit occidere. Qui eum occiderit, cujus mors extremum exitium Reip. videretur allatura, potius quam ullam commoditatem: is aut privatum dolorem ulcisci voluit, non libertatem publicam vindicare, aut emolumentum suum sequutus est Reip. periculo, non suo periculo Reip. studuit prodesse. Postremo non potest nisi gloriæ jejunio adductus videri, qui tam insolenter se jactat. Non potest non videri lucrum sequutus, qui tam improbe praemium flagitat. An non vides igitur quantopere hac parte a tota legis mente dissentias? quem illa tuæ vitæ periculo sua causa voluit occidere, eum tu non solum volens praeteristi, verum etiam periculose in Remp. irritasti: quem sua causa noluit occidi, eum tu maximo nostro periculo tui compendii, aut animi fortasse gratia jugulasti. Sed finge te animum tyrannicida dignum ad facinus attulisse, lucri perinde ut vitæ contemptorem: magni tamen refert, qua ratione tyrannidem tollere aggrediaris. Jam enim omnia tibi ex animi tui libidine largior, quæ tamen nemo alius tibi concessurus est. Te in filio jugulasse patrem, in non tyranno tyrannum. Largior istuc Delium aliquem tibi praedixisse, ut certum praescire potueris, quod ipse etiam vix divinare Delius potuerit. Licuisse tibi patrem occidere, si libuisset, verum hoc poenæ genus tibi magis placuisse. Sustuleris sane tyrannidem, idque nova quadam & inusitata ratione. Vides quam multa tibi dono. Tamen obsistam tibi, nec sinam ferre praemium, propterea quod ea via sustuleris, quæ legi non probatur, quæ non expediat moribus civitatis, quæ non sit forti viro digna. Age quid si tyranni filium infantem in cunis jugulasses, & rursum adfuisset Delius ille, per quem certum praescire posses, fore ut necato puero pater sibi mortem accerseret, atque id evenisset, utrum te tanquam tyrannicidam suspiceret Respub. an potius tanquam immanem & ferum hominem execraretur, qui in eam saevieris aetatem, cui etiam ab hoste armato parcitur, quæ leonibus etiam miseranda videatur? Quin ergo? Utetur tuo maleficio Respub. caeterum exemplum haudquaquam probabit. Quid si tyranni uxorem: quam ille misere deamaret, per vim construpasses, atque ille ejus impatiens contumeliæ, fugerit è vita: utrum tyrannicidii laudem flagitabis, an raptus & adulterii supplicium potius formidabis? Res obscura non est, Conferam tuo facto propiora. Quid si tyranni medicus quum esses, veneno ægrotanti dato, illum sustulisses, utrum ut veneficum oderit te Resp. an ut virum fortem admirabitur? Tyrannum sublatum gaudebit, facti rationem, modumque detestabitur. Quid si quum te tyrannus familiariter uteretur, tu in convivio praetextu necessitudinis venenum porrigeres? Denique si per magicas imagines ac maleficas quasdam devotiones tyranno vitam ademisses: utrum a lege praemium, an poenam expectares? Atqui tyrannidem utcum-

cumque ſuſtuliſti. Eventu gaudet lex. Verum exemplum tam perniciosum in Rempub. non recipit : ut conſuescant cives ſcelus ulciſci ſcelere, patrem in filio jugulare. Vides quantum momenti ſit in modo, viaque, ut factum tuum approbetur? Quod lex permittit ut fiat, non ſtatim permittit, ut id via qualibet efficias. Adulterum ferro occidere licet, veneno aut incantamentis non licet. Cur ita? Quia peſtilens exemplum omnino tractare venena. Nec id ulla cauſa quantumvis honeſta, ſinit in civitatem irrepere. Quid quod ne hoſtem quidem veneno, aut malis artibus interficere fas eſt? Nam nusquam non improbat maleficia lex : & veneno tincta tela etiam in bellis interdicta ſunt. Quod ſi modus facti ſpectatur in his, in quibus nullum petitur praemium, quanto magis id fiet in his, in quibus ſummum petitur? Lex triumphum ſtatuit ei, qui certum hoſtium numerum ſuderit. Fuderit aliquis non acie, ſed aquis & pabulo veneno tinctis. Utrum cives hunc æquis oculis ſpectare poterunt triumphantem, an potius ſicuti veneficum oderint, averſabuntur, execrabuntur? Quid quod privatis etiam in rebus via, modusque perpenditur : quo magis idem oportebit, tum in publico, tum in ſplendidiſſimo facinore, ut a quo conveniat omnem ſceleris ſuſpicionem abeſſe? Age illud tecum reputa, ſi medico mercedem pactus eſſes, quo te morbo levaret, atque ille non pharmacis ſed maleficiis & incantamentis morbum exemiſſet, utrum praemium dabis, an magis hominem in jus trahes? Injuriæ malis artibus datæ reum ages? Clamabit ille, morbo te levavi, qua via? quid istuc tua refert? Hoc tantum ſpectabas, ut morbo liber eſſes, ei rei merces eſt promiſſa. Ingratum te vocabit, qui, niſi ſua opera, ne eſſes quidem, qui praemium negare poſſes. Tu protinus reſpondebis, opinor, medico te praemium eſſe pollicitum, non mago, neque debere quicquam niſi rem malam ei qui beneficium male dederit, quamquam ne dediſſe quidem videtur, qui malum malo tollit. Id enim mutare eſt incommodum, non amovere. Dices enim animo nocitum, dum corpori ſubvenitur. Atque iſtam litem vinces, etiam iniquo judice. Atqui eadem, aut melior etiam, & vincibilior eſt tecum cauſa legi, quam quæ tibi futura fuerit cum medico. Nam ibi de privata mercedula diſceptaretur: hic de publico honore. Ibi falſus eſt unus, hic legi fraus facta, per quam cautum oportuit, ne quisquam civium circumveniatur. Ibi ſalus data, certa quidem & efficaci, ſed ſuſpecta & improbata via : hic nefario ſcelere (cur enim non ſic appelletur homicidium, quod in civem contra legem admiſſum ſit?) non libertas reſtituta, ſed in extremum diſcrimen adducta Reſpublica, quandoquidem tuum factum perinde habet, ac ſi medicus quispiam ad curam mercede conductus, venenum pro remedio miniſtret: quod tamen ægrotanti (ita ut non raro conſuevit accidere) per occasionem morbum adimat. Qui revaluit, ſuis fatis acceptum feret quod vivat. tibi mortem, tametſi vitarit, imputabit. Neque ſua referre putabit, utrum imperitia, an perperam, ac ſtudioſe pro pharmaco venenum porrexeris : propterea quod tui fuerat officii : aut non ſuſcipere negocium, ut fidem ſimul, & artem, & induſtriam, ac diligentiam, & quicquid a probato artifice ſolet requiri, ad curam adferre. Sed age, ſinimus adhuc poſſidere te quod dudum ſumus largiti : ut plane iſta vu tyrannum occideris, citra ullum Reipub. diſcrimen. Lex non approbabit facinus tuum : niſi non tantum a crimine, verum etiam ab omni criminis ſpecie procul abfuerit : ne videlicet ea quæ in hoc potiſſimum adhibita eſt in civitatem, ut maleficium omne ſecludat, incolumitatem ſuam quam conveniebat, aut Deo cuipiam, aut certe Diis ſimillimo homini acceptam referri, ſceleri debere dicatur. Non approbabit, inquam, niſi Tyrannum ipſum quem nominatim indicavit ipſa, quaque permittit via ſuſtuleris: ne per rimam iſtam periculoſum exemplum in Remp. irrepat. Poſtremo non niſi ferro, non clancularii ſ ac maleficis artibus: niſi virtute, niſi manu, niſi vitæ tuæ manifeſto contemptu tyrannum trucidaris. Neque enim hoc tantum ſpectat lex, ut Tyrannus in præſens ſubmoveatur : verum illud multo magis reſpicit : ut omnes mortales intelligant in ea civitate viros eſſe fortes, qui non vereantur vitæ ſuæ diſpendio patriæ commodis conſulere : ac præclari exemplo facinoris, omnes etiam in poſterum ab affectatione tyrannidis deterreantur : cum videant in ea civitate nullum eſſe tyrannis ſatis tutum præſidium : quandoquidem illud nemo neſcit, qui vitæ ſuæ ſit contemptor, eum eſſe alienæ vitæ dominum. Nam quod omnino fatellitium, quæ excubiæ, qui parietes, quæ arx, quæ arma adverſus hujusmodi animum Tyranni caput defendant : qui patriæ libertatem ſua vita bene credat emi? Poſtremo autem : ut maxime tibi conſtet animus, ut conſtet via, id quod eſt totius negotii caput, non effeciſti. Tantum enim abeſt ut tyrannum occideris: ut quantum in te fuit, tyrannidem majorem in modum auxeris, interfecto tyranni filio. Quid autem refert, malitia, an ſtultitia Remp. in diſcrimen adduxeris? Nam illo quod vulgo dicunt nihil verius: Intempeſtivam benevolentiam nihil a ſimultate differre. Tantum abeſt ut occideris tyrannum: ut ne ſuſpicari quidem potueris id eventurum, ut ipſe ſemet occideret. Sed juvenem occidiſti patre inclementiorem: quid tum poſtea, ſi patri & hujus ſceleri lex imputat? Magnum proinde tyranni ſatellitem, non Tyrannum occidiſti. Sed paratum tyrannidis haeredem occidiſti : in tyrannidem ſuccedit, qui prior, qui potior eſt in occupando. Verum eſto hæc ne, certum haeredem ſuſtuleris : igitur qui tyrannus erat futurus, interemiſti. Atqui quod futurum eſt, id nondum eſt. Porro lex eum qui jam tyrannus ſit, tolli jubet: non quem aliquando futurum divines. At qui ſtatuam ex pacto debeat, & rudem truncum præſtiterit, fidem perſolviſſe videatur? Non arbitrabor. Ubi nunc igitur ſunt illa tam multa, quæ tibi ad praemium poſtulandum ſupererant? Vides quam ne unum quidem omnium tibi conſtet, quorum nihil oportebat deeſſe. Volui, inquis: id demum voluiſſe te lex credit, quod effeceris. Poſtea è re nata propoſitum eſt commutatum. Hoc igitur praemii tibi debetur, quod ei, qui in Olympiis medio è curſu, relicta meta, ad carceres reflectit habenas. At pericitatus es. Proinde id laudis auferes, quod is qui ſudavit in Olympiis, nec vicit. Sed occidiſti denique:

verum eum, quem neque lex permittebat arbitrio tuo, neque ex usu publico fuerat occidi. At bene vertit civitati, quod feciſti. Numini igitur gratia debetur, tali, qualem Palladem Atticis fuiſſe ferunt: de qua proverbium extat: quod Athenienſium male conſulta in bonum exitum vertere conſuevit. Non tu leges ſervaſti, ſed ſuſtuliſti: non libertatem reſtituiſti, ſed numen aliquod huic urbi propitium, quod eventum tuæ temeritati debitum, ſua commoditate a nobis avertit, quod tuam ſtultitiam nobis vertit in occaſionem reſtituendæ libertatis. Non ego ingratum erga te populum conſtituo, imo tu populum ingratum in Deos reddere laboras: quem cum ſemel in periculum vocaris, ne pro ſimplici Tyrannide duplicatam pateretur, nunc rurſum in diſcrimen trahere conaris, ne ab iratis ſuperis in priſtinam ſervitutem, aut gravius aliquod infortunium retrudatur. Quid tu te fucis & phaleratis dictis in alienum meritum inſinuas? Quid tibi in eo negocio laudem univerſam vendicas, ex quo praeter pœnam temeritatis, nihil ad te redire merito poſſit? Si Reipublicæ, ſi Judicibus probare potes, animum tuum Tyrannicida dignum, qui nullum periculum vitæ Reipublicæ cauſſa recuſarit: ſi facinus non ſcelere, non pernicioſo exemplo, ſed legitima via peregiſti, ſi fortuna tuis egregiis conatibus bene expeditum dedit eventum: aude Tyrannicidam te vocare: aude pulcherrimum, ac pene divinum munus a Republica poſcere, aude nobis ſervatas leges, reſtitutam civitatem: aude templa, aras, focos, fortunas omneis, tutos pueros, inviolatas virgines, impolluta matrimonia, denique hoc ipſum quod hic lege & apud Judices agimus, exprobrare: aude mihi minari, quod obſtiterim: aude civitatem ingratitudinis inſimulare, niſi laudem promeritam perſolverit: aude Judices, vel iniquos, vel corruptos clamitare, niſi ſuis ſententiis praemium tibi decreverint. Contra: ſi ſuſpectum quid volueris, ſi periculoſum, ſi contra leges, ſi cum ſcelere conjunctum quod feceris: ſit pudor, ac deſine tandem improbe praemium flagitare, quod nulla ratione promerueris: pœnam, ſi ſapis, incipe deprecari. Iſthuc fortaſſis ab aequitate Judicum, a civitate deorum munere laeta, queas impetrare. Neque enim putes unum me te a praemio deterrere. Imaginare iſthac in cauſſa pariter & leges, & Rempub. & deos tibi adverſari. Puta leges his tecum verbis agere: Si nos vere reſtitutas videri vis, fine noſtram auctoritatem primum in hac tua cauſa valere. Longe plus laudis ex hoc judicio referes: ſi nobis ceſſeris: ſi parueris: ſi tuam cupiditatem noſtro ſubmiſeris arbitrio: ſi primum exemplum in te civibus ediderit, revixiſſe nos: ſi monſtraris civitati jam non ex ſceleratorum libidine, ſed ex noſtro praeſcripto cuique vivendum eſſe. Atque altera ex parte Rempub. hac tecum oratione uti puta. Si civem bonum mihi praeſtare ſtudes, noli hanc ſtultitiæ notam mihi inurere: ut in poſterum re cognita, dicar ebrietate quadam gaudiorum ei praemium decreviſſe, cui pœna magis deberetur: noli mihi Deos, quos vix denique tam diutinis votis, tot ſacris, tot precibus, tot meis malis placavi, commovi, propitios reddidi, denuo per ingratitudinem iratos atque infenſos reddere. Sine ut mihi per te liceat ſaltem illorum beneficio frui; quod ſi te neque leges, neque Reſpub. commovet: certe Deorum orationem vereri debes, quos ita tecum agere putato: quid tu in noſtrae laudis poſſeſſionem te ingeris? Quid honori noſtro invides? Cur non ſinis nos in hanc civitatem perpetuo benignos eſſe? Cur tu ipſe tam ingratus exiſtis? Civitas haec ſemel mihi reſtitutam libertatem debet, tu bis debes commoditati noſtrae, & quod Rempub. ſervavimus, cujus tu pars es, & quod commoditate noſtra tuam periculoſam ſtultitiam, vel ſcelus potius, in maximam felicitatem verterimus. Etenim niſi nos dextri, propitiique adfuiſſemus, quid aliud tu quam perieras, & per te Reſpub.? Quod ſi plane contendis, ut praemium aliquod feras, abunde magnum praemium a nobis perſolutum eſt, quod per nos res a te male inſtituta bene verterit. A legibus merito major relata gratia, ſi noſtrae proſperitatis reſpectu, temeritatis ſimul, & ſceleris veniam condonarint. A civitate ſatis amplam laudem feres, ſi ea patiatur, ut in reſtitutæ libertatis hiſtoria, tuum quoque nomen admiſceatur. Hac laudis parte contentus, deſine nobis debitum velle praeripere, civitati munus noſtrum eripere, legibus auctoritatem adimere. Sed finem facio, nimirum exſtillata jam aqua. Quod ſupereſt, nunc veſtræ partes ſunt, Iudices, ſtatuere, utrum ſecundum leges, ſecundum Deos, ſecundum Rempub. ſententiam dicere, an ſecundum hunc glorioſum oſtentatorem pronunciare velitis. Utrum hanc urbis felicitatem hujus temeritati, hujus ſceleri acceptam ferre malitis, ſaepius exprobrandam, & brevi fortaſſis a ſuperis iratis (id quod abominor) auferendam, an in Deos, quibus ſine controverſia tota debetur, referre, eorundem pietate ſervandam, augendam, beneque fortunandam. Utrum magis ex uſu ſit, ut primo hoc judicio ſtatim leges circumventæ dicantur, an ut appareat, legum reſtitutarum ſeveritatem, & Judicum ſapientiam adverſus unius iniquam poſtulationem valuiſſe.